DOMITIVS CALDERINVS IOANNI FRANCISCO LODOVICI PRINCIPIS MANTVANI FILIO SALVTEM.

On fuiſſent tot exemplis editi commentarii noſtri: quos ſuperiore æſtate emiſeramus: niſi tu magna ex parte impuliſſes: q̃ martialis & ingenium amas: & iocos in ſago ac caſtris aliquando legere ſtatuiſti: nam cum Homerus Mantuanus ciuis tuus: quem græcũ Alexander perpetuum comitem habuit: inter tubas tantum canat. Nunc quoniam odium eſt a bellis illius lectione intermiſſa huius ſalibus: quem uerus imperator Maronem ſuum appellabat: aium in æſtiuis relaxabis. Hæreditaria enim tibi ſtudia ſũt: nec ab his diſcedere potes: niſi cũ maioribus tuis: tum Lodouico patre doctiſſimo principe te indignum filium fateri uelis: ſed quũ domeſticam ludem ac noblitatem facile ſuſtineas humanitate: prudentia: rei militaris induſtria: ſtudio quoq; litterarum quæ a domo tua omni tempore cultæ & ornatæ fuerũt: dignũ te præſtas Gonzaga familia: Franciſcoq; in primis cardinali fratre: qui dignitate omnium in ſe beniuolẽtia: ſingulari uirtute: quod accepit a familia nominis: uel illuſtrauit: uel certe integrum propagabit ĩ poſteros. Vnum illud abs te magis atq; magis peto: & ſi pateris contendo: ut ſi forte in ſcripta incideris: quibus laborum noſtrorum accuſatio contineatur: loca de quibus diſputabitur cõferas: nec qđ ego dixerim ex calũniatoribus audias potius: q̃ ex commentariis noſtris cognoſcas. Quoſdam enim hæ noſtra lucubratio ita offendit: ut de ſuis rationibus actum putẽt: niſi calumniis: iurgiis: contumeliis me de laudis poſſeſſione deiecerint: & cum multis apertiſſimiſq; rationibus noſtra probari intelligant: ea ab ſe accepta & mihi tradita fuiſſe inſigni mendacii uanitate affirmant. Quãti ſe faciunt dii boni: q̃ ſe & ſua amant ſine riuali. Remitto illis omnem reprehenſionem: modeſtiæ enim meæ: qua eorum inſolentiam iãdiu ſuſtinui: me adhuc non pœnituit: ſed eos libero eo metu & dolore. Ex iis enim quæ olim iactabant tantum affuit: ut quicq̃ probarim: ut ne ea quidem ĩ commentariis noſtris uſq̃ confutare libuerit: ne in araneas: ut in prouerbio eſt arietem agere uiderer. Quid enim falſum eſſe demonſtrare oportuit Laureolum apud Martialem minimum eẽ ſyrios tumores callum ſeruorum: lacertum ſaxetanum. i. inter ſaxa uerſantem: Vare paretonias lata uoce: prolatia uitæ: Menſis ſorptita ſecundis pro ſcriblita: clemens eliconis in oras pro elicaonis oras: quæ cuperet partius eẽ ſua: pro quæ cuperet pactius eſſe ſua: ſed quid ego iſta conſector: quæ pene infinita ſunt: paratus eſt: ita me deus amet: ad editionem libellus: quo ſupra ducenta eorum errata: & ea quidem cum puerilia: tũ aperta collegimus: q̃ altera epiſtola facturum pollicitus ſũ: edidiſſẽq; niſi ioannis lodouici tuſcani: & Marci Lucii Facini conſilio uſus eſſem: quorum uterq; & doctiſſimus & mei amantiſſimus me iniuriæ obliuiſci maluit: q̃ ulciſci. Id quum ad optimarũ artium ſcientiam & humanitatem: quam profitemur pertinere uideatur: ſecutus ſum eorum uoluntatem ac iudicium: quod etiam ea de cauſa libenter paſſus ſum: ne Laurentium Medicen meũ offenderem: qui pro ſua grauitate: ſapientia & calumniatorum leuitatem aſpernatus eſſet: & ĩ me deſideraſſet facilitatem: ad quam ipſe natus eſt & inſtitutus: itaq; ualebunt iſti. Tu quid ad laurẽtium noſtrum ſcripſerim leges: ac mihi aderis teſtis earum laudum: quæ in homine eximiæ profecto: ac ferme innumerabiles ſunt: cui non ſolum me non pœnituit has uigilias dicaſſe: ſed meæ erga illum obſeruantiæ immortali & fidei nulla ex parte ſatiſfactum eſſe arbitror. Laurentii cauſa ſuſcepti ſunt hi commentarii Laurentio dicati. Laurentii eſt Domitius. Vale.

Domitius in uolumen dicatum Laurentio.

Odiſti uigiles liber lucernas:
Et ſignum calami ſeuerioris:
Clarus conſpicuæ nitore ueſtis:
Egreſſus foribus tumens uagaris:
Nec turbæ metuis ſubire naſum:
Docto quæ potuit placere Syllæ.
Sed currunt pueri ſalariorum.
Iſtas qui lacerent tibi lacernas:
Et thynnis faciant nouos cuculos.
Quid demũ trepidus redire tẽtas?
Clauſa eſt ianua: iam liber ualebis.

BIBLIOTEKA NAUCZYCIELSKA Państwowego LESZNO
BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu
2. 1925/6.402.

Bibliotheca Domus Rydzinensis
Scholarum Piarum.



Z biblioteki nauczycielskiej
Państwowego Gimnazjum
im. Komeńskiego
w Lesznie

26/IX 1932 r.

Inc. 188



Calderini Commentarius in Martialem. Venetiis apud Joannem de Colonia. 1485. editio prima. vid. Biblioth. Duboisian. Tom. 1. p. 448. n. 4478.

Perantiquae hujus editionis mentionem fecit cl. Vir Morhof. in Polyhist. errat autem in editionis anno illum ad Annum 1493. referendo, cum Martialis Ste Venet. 1485. jam jam prodierit, ut in fine videndum est. Judicium de Calderini elegantioribus Animadversionibus, quibus Martialem ornavit, legatur apud Morhof. in Polyhist. l. IV. XIII. XI. p. 197. edit. noviss. p. m. 901 et 902



~~Bibliothecae Domus Rydzinensis Scholarum Piarum.~~
Ex Libris Gymnasii Lesnensis

Martialis
Epigrammata
1485

H * 10819

DOMITIVS CALDERINVS IOANNI FRANCISCO LODOVICI PRINCIPIS MANTVANI FILIO SALVTEM.

On fuissent tot exemplis editi commentarii nostri: quos superiore æstate emiseramus: nisi tu magna ex parte impulisses: q martialis & ingenium amas: & iocos in sago ac castris aliquando legere statuisti: nam cum Homerus Mantuanus ciuis tuus: quem græcũ Alexander perpetuum comitem habuit: inter tubas tantum canat. Nunc quoniam odium est a bellis illius lectione intermissa huius salibus: quem uerus imperator Maronem suum appellabat: aĩum in æstiuis relaxabis. Hæreditaria enim tibi studia sũt: nec ab his discedere potes: nisi cũ maioribus tuis: tum Lodouico patre doctissimo principe te indignum filium fateri uelis: sed quũ domesticam ludem ac noblitatem facile sustineas humanitate: prudentia: rei militaris industria: studio quoq; litterarum quæ a domo tua omni tempore cultæ & ornatæ fuerũt: dignũ te præstas Gonzaga familia: Franciscoq; in primis cardinali fratre: qui dignitate omnium in se beniuolẽtia: singulari uirtute: quod accepit a familia nominis: uel illustrauit: uel certe integrum propagabit ĩ posteros. Vnum illud abs te magis atq; magis peto: & si pateris contendo: ut si forte in scripta incideris: quibus laborum nostrorum accusatio contineatur: loca de quibus disputabitur cõferas: nec qd' ego dixerim ex calũniatoribus audias potius: q̃ ex commentariis nostris cognoscas. Quosdam enim hæ nostra lucubratio ita offendit: ut de suis rationibus actum putẽt: nisi calumniis: iurgiis: contumeliis me de laudis possessione deiecerint: & cum multis apertissimisq; rationibus nostra ꝓbari intelligant: ea ab se accepta & mihi tradita fuisse insigni mendacii uanitate affirmant. Quãti se faciunt dii boni: q̃ se & sua amant sine riuali. Remitto illis omnem rep̃hensionem: modestiæ enim meæ: qua eorum insolentiam iãdiu sustinui: me adhuc non pœnituit: sed eos libero eo metu & dolore. Ex iis enim quæ olim iactabant tantum affuit: ut quicq̃ probarim: ut ne ea quidem ĩ commentariis nostris usq̃ confutare libuerit: ne in araneas: ut in prouerbio est arietem agere uiderer. Quid enim falsum esse demonstrare oportuit Laureolum apud Martialem minimum eẽ syrios tumores callum seruorum: lacertum saxetanum. i. inter saxa uersantem: Vare paretonias lata uoce: prolatia uitæ: Mensis sorptita secundis pro scriblita: clemens eliconis in oras pro elicaonis oras: quæ cuperet partius eẽ sua: pro quæ cuperet pactius esse sua: sed quid ego ista consector? quæ pene infinita sunt: paratus est: ita me deus amet: ad editionem libellus: quo supra ducenta eorum errata: & ea quidem cum puerilia: tũ aperta collegimus: q̃ altera epistola facturum pollicitus sũ: edidissẽq; nisi ioannis lodouici tuscani: & Marci Lucii Facini consilio usus essem: quorum uterq; & doctissimus & mei amantissimus me iniuriæ obliuisci maluit: q̃ ulcisci. Id quum ad optimarũ artium scientiam & humanitatem: quam profitemur pertinere uideatur: secutus sum eorum uoluntatem ac iudicium: quod etiam ea de causa libenter passus sum: ne Laurentium Medicen meũ offenderem: qui pro sua grauitate: sapientia & calumniatorum leuitatem aspernatus esset: & ĩ me desiderasset facilitatem: ad quam ipse natus est & institutus: itaq; ualebunt isti. Tu quid ad laurẽtium nostrum scripserim leges: ac mihi aderis testis earum laudum: quæ in homine eximiæ profecto: ac ferme innumerabiles sunt: cui non solum me non pœnituit has uigilias dicasse: sed meæ erga illum obseruantiæ immortali & fidei nulla ex parte satisfactum esse arbitror. Laurentii causa suscepti sunt hi commentarii Laurentio dicati. Laurentii est Domitius. Vale.

Domitius in uolumen dicatum Laurentio.

Odisti uigiles liber lucernas:
Et signum calami seuerioris:
Clarus conspicuæ nitore uestis:
Egressus foribus tumens uagaris:
Nec turbæ metuis subire nasum:
Docto quæ potuit placere Syllæ.
Sed currunt pueri salariorum.
Istas qui lacerent tibi lacernas:
Et thynnis faciant nouos cuculos.
Quid demũ trepidus redire tẽtas?
Clausa est ianua: Iam liber ualebis.

BIBLIOTEKA NAUCZYCIELSKA Państwowego Gimnazjum LESZNO
BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza
D. 1935/6.402.

Domitii Calderini Veronensis Commentarii in. M. Valerium Martialem ad clarissimũ uirum Laurentium Medicen: Florentinum Petri Medicis. F.

Domitius Calderinus Veronensis Laurentio Medici Salutem.

N omni ciuitatis administratione præclare actum arbitrari soleo laurenti: Si quis cũ maiorum splẽdore & opibus: tũ suis laudibus: ita ex oĩ numero existat: ut ad eũ & gr̃a apud ciues & apud oĩs auctoritate publicar̃ rõnum consilia deferantur: q̃ nõ modo Plato excellenti doctrina philosophus: & diuino ingenio uir in sua illa repu. exquisitissima: quã supra mortalium conditionẽ constituebat: optare uisus est: sed oĩs antiqtas imortali studio & iudustria semp ẽ ꝓsecuta. Nã in græcor̃ exercitu: quẽ aristoteles ad ciuitatis formã præclaro Homeri ingenio & carmine ex oĩ primũ memoria instructum fuisse scribit: nisi primas tribuissent ducibus: uel in testinis seditionibus labefactati: uel diuturna oppugnatione fessi rebus infectis in patriã aliquãdo reuertissent. Nec iis in locis: in q̃bus bene institutæ reip. uestigia pestea aperuisse memoriæ ꝓditum est: domestica amplitudo & hæreditarium nomẽ defuit: q̃ a cunctis priuata pietate & publico cõsensu maxime obseruaret̃: Barcinii: Carthaginẽ: Dorii: cretã: Reges: lacedæmonẽ: Alcmæonii athenas sublatis simultatibus in officio sæpe insigni auctoritate cõtinuerunt: atq; ea una re suis profuerunt plurimũ & cõem tutati sũt utilitatẽ. Id cũ maxime optandũ sit liberæ ciuitati: tum quẽq̃ id dignitatis assequi & præstare: ut sine impio suor̃ hominum uoluntate & consilio ipse potissimum colatur: diuini cuiusdã aĩ & singularis uirtutis esse existimo. Nam ut a rege discedamus: quẽ Plato tanto præstantiorẽ eẽ humano genere oportere scribit: quãto diuina natura ipse sit inferior: ut eũ optare quidẽ debeant oĩs: sperare possit nemo. Quem tãdem populus libertatis tuendæ & conseruandæ studiosus amplectatur potius: q̃ qui accepta a maioribus ornamẽta oĩa: opes gratiã uirtutis laudem adæquabilem suorum societatẽ conferat: nihil sibi assumat seorsũ: oĩa publica cãuelit & cupiat. Hunc q̃cũq; populus nactus fuerit ciuem: eum & perbeate agere contenderim: & ꝑpetua libertate fruiturũ facile suspicari licet. Hæc tu omnia Laurenti adeo cumulate præstas populo florentino: ut minus mirandum sit: si publica eius commoda: quorum accessio maxima facta est: intra paucos annos æterna tranquilitate constituta in dies summa cũ laude augentur. Nã cum tibi summa omnia contigerint quæ cũq;: uel ab ampliss̃imor̃ maiorum gloria: uel a fortunæ commodis proficisci solent: ea animi facilitate: uirtute: sapientia cum tuis uiuis: ut non modo pristinã domus tuæ dignitatem in te residere patiantur: sed maiorem: ut oportent: & deferant quotidie. Fatentur enim te Cosmi aui tui: cuius nomen imortale nullis unq̃ lr̃arum monumentis satis celebrabitur: & Petri patris uiri præstantissimi ita hæredem eẽ: ut quum optandum eẽt te alterum imitari: alterum uix sperare auderent: utriusq; ingeniũ & uirtutes clarissimas singulari moderatione susceptas in te uno intueant̃. Illud uero admiranť plurimum: quod cum cosmi senis grauitatem & sapientiam sustineas: nil tñ de cõitate remiseris: quæ ista ætate iuuenili: qua es: maxime oĩbus iucunda eẽ solet: hinc illud nimirum est cõsecutus: quod semp habitum est difficillimum: ut idem te ament & colant: In senatu consiliorum autorem sæpe retineant. Domi consuetudinẽ expectãt tuam: ubiq; amplectantur: & suis laudibus extollant. Omni uero iniuria in tantis opibus ita abstines: ut aliquando tibi inferri ob id unum doleas uehementer: quod. f. uereris: ne propulsando offendas. Omne enim studium cogitatiõem aĩum ad beneficientiam contulisti tuorum primum ciuium: quod officii rõ postulat: tum externorum oĩum. Omniq; orbis emporio hoĩes habes: nõ magis qui tua gerant negocia: quæ maxima & honestissima sunt: quam qui multos officiis & liberalitate tibi denunciant: ita quos nũq̃ uidisti hoĩes & principes ex tota Europa & magna Asiæ parte tibi se debere profitentur. Nemo unq̃ de te: aut tuis benemeritis pauciora accepit quã uolebat: multi plura tua munificentia: quam sperabant. Moderationem uero aĩ illud maxime declarat: quod cum ciuium eximia in te beniuolentia & studio ampliss̃imo loco sis: ita te intra tuum ordinem & dignitatis conditionem contines: ut quum nihil tibi arroges: reiicias in alios quamplurima. Quibus moribus non modo patriæ carus & iucundus semper fuisti ciuis: sed uel nr̃i: uel externi principes: aut tuam ineunt amicitiam: aut certe exoptant. Eos ut omittam singulos: Petrus antistes diui Xysti: quem opibus & gr̃a apud pont. maxi. florentissimum esse intelligis: quum superioribus diebus pontificum suffragiis Præsul florentinus declaratus eẽt: nullam in eo rem commodiorem duxit: q̃ ꝙ ea pietatis necessitudine & religione tecum coniunctus eẽt: cuius uiri & principis iudiciũ maxime faciendum eẽ non ignoras. Nam q̃uis incredibili quodam fauore ingentes diuitias & honores sit consecutus: quãtos & antea pauciss̃imis in eo genere cõtigisse legimus: & nostra ætate meminimus: nemini tamen eũ se præstat: ita oĩs bonas artes ad pristinũ decus & gloriã reuocare studet: ut quẽ nũq̃ ad eum locum peruenturum cogitauimus: ampliore: dignum fateamur: hẽamusq; gratias fortunæ: q̃ ꝙ tantam ingenii & uirtutis laudem nostra memoria in medium & lucem publicam produxerit. Ego quoq; q̃ ꝙ ad me attinet: ita tua omnia admiror & laudo: ut ea non modo sempiterna fore confidam: sed si in his augendi locus est: cumulatissima esse cupiam. At tuam enĩ beniuolentiam comparandam: nec maiorum imagines: quæ nullæ sunt: nec diuitias quar̃ iãdiu spectator potius fui: q̃ possessor: affero: sed obseruantiam fidem aĩ uoluntatem egregiam: quæ tu in his probare soles potissimum: qui in tuorum numerum & ordinem asciscuntur. Quum ita affectus essem: audiréq; superiori anno Romæ ex sermone: qui de te institutus fuerat inter cæteras laudes tuas: quæ maxime & ferme innumerabiles sunt: ingenii acumen quoddã & extẽporalẽ urbanitatẽ

1401219 (V)
Inc. 188
UNIWERSYTECKA BIBLIOTEKA POZNAŃ

laudari sūmopere:nihil tibi maius q; quidem efficere ualeam præstari posse arbitratus sum: q̄ si M. Valerii Martialis epigrāmata interpretarer. Qui enim apud nostros:aut urbanius laudet:aut ī eo genere scribat elegantius. Est nemo plane: ut p certo habeam. M. Ciceronem: qui corduben/ses poetas peregrinū quīddam sonare scribit:aliquid de sententia sua remissurum fuisse: si hunc unū Hispanum aliquādo ei legere contigisset:ita enim linguæ urbanitate eruditus est:ut & si illic nō est natus:tamen non alibi q̄ ī urbe didicisse uideat. Sermo in eo quotidiano usui propior:q̄ af/fectatæ sublimitati:sed dum suas rebus singulis appellationes reddit:& uerba fingit noua:nōnū q̄ & inobscœna incidit sæpissime:ea tū obiurgatione: ut alienæ potius turpitudinis:q̄ eius uitæ testi monium accipias. Vita enim tam aperte nominat q̄ imprudenter cōmisit qui reprehenditur. Sales præterea arguti:& qui repente moueant plurimum. In rebus uero uel minimis enarrandis tanta é copia:q̄tum uis res ipsa capiat:in quo ad ingenii usque ostentationem uersatur. Nusq̄ obscurior: q̄ ubi peculiarem sibi assumit elocutionem. Latent uerbo; inuolucro plærūq; aculei: quos modo admouet:modo emittit. Ambiguitate in primis suspensū auditorē circunscribit:quem uni inten tum parti altera occupat. Deniq; delectat oēs:alienat neminem. nam eum quoq; q dicto læditur: risu retinet. Tanta uero ī eo est rerū cognitio:q̄tū in nullo apud nostros esse cōtenderim:ut diuus quoq; Hieronymus libr; hunc ī manus aliquando sumpserit. In his explicandis multa uel ex græ/co; latinorūq; disciplina:uel nulla studii intermissione me animaduertisse affirmauerim: quæ iam pridē aut incognita habeantur:aut certe parū recte tradita fuerant:in quo facile redargui pa tiar ab æquo iudice:q opus nostrū legens aliter statuerit. Idem efficere studui superiore triennio: quo Romæ publica mercede docui in Sillio Cicerone:siluis papinii aliisq;:quos pfessi sumus scri ptoribus. Quātum uero in eo sim assecutus alio; sit iudiciū:illud certe prædicare nō desistā & cō stantissime tueri in iis. M. Valerii cōmentariis:q uos olim tuo nomine suscepi & nuper dicaui tibi si minus ingenii & doctrinæ: laboris certe & industriæ nostræ laudē existere. Quinq; habui codi/ces uetustissimos & eos quidem admodū emendatos:sed quædā occurrebāt aliquādo adeo:uel am/bigua:uel remota:ut una tantū dictio p complures dies sæpe me suspensum habuerit. Postremo non defuit:qui lucubrationem nostram maledictis interpellaret. Quidam enim in meam de quo/dam loco sniam edita epistola grauissime inuectus est:cui quid responderim:in fine huius operis leges. Multa condonaui familiaritati:qua mecum olim coniunctus fuerat:nihil tamen remisi de rōnibus nostris:quas omni ut arbitror ex parte:uel ipsi qui reprehēderat probauimus. In toto ue/ro opere eadem leges aliquando repetita:nulla quidem oblitione:sed consilio. Nolui enim si qs quid de uno tantum epigrāmate sentirem fortasse q̄reret aliquando:eum alibi scripta desiderare Ita nec te offendent:nec lectorem inconstantem habebunt. Hos igitur cōmentarios ab homine ti/bi deditissimo accipies:& quum per tuas licuerit occupationes:uel solus leges:uel una cū uiro do/ctissimo Gentile Vrbinate. Qui cum Martialis argutias epigrāmate exprimat: non poterit non iis delectari:in quibus tam suum agnoscet ingenium:q̄ illius admirabitur:si qua uero aliquando uel eadem: uel his similia in aliquorum manibus esse audies: nihil est cur mireris magnopere. Nam auditores quædam huius generis cum imprudenti mihi quotidiana surripuerunt consuetu dine:tum a docente publica professione exceperunt:quæ aliquando in lucem prolatum iri facile coniicio:inuersa quidem illa atque haud scio an etiam sub alterius nomine. Non enim desunt:q nostras sibi uigilias & labores uendicare studeant:sed in illis complura esse non dubito:quæ casti gatione indigeant. Sunt enim non tam uerbis nostris tradita:quam alieni studii calore suscepta. Itaq; hoc uno exemplo & perfici debebunt:si inchoata erunt ac rudia: & facile refelli poterunt: si omnino aliena uidebuntur. Nam tuo iure ad te pertinent omnia:cuius uniꝰ caua ſ hæc a nobis peruestigata & elaborata fuerunt.

Vale.

Arcus Valerius Martialis in Hiſpania bilbilim patriam habet: quod ipſe cum alibi: tum eo carmine indicat: Nec me mea tacebit bilbilis. Eſt autem oppidū non ignobile in celtiberia & Strabonis teſtimonio & Sertorii pugna: qui illic aduerſus Metellum dimicauit Salōe fluuio ꝓximo ex ferri temperatura inclyto: qđ ipſe non tacuit: Videbis inquit altā liciane Bilbilim: equis & armis nobilem præterea. Quā ſalo ferri temperatior ambit: celtiberū ſe ꝓfitetur: Vir celtiberis non tacendæ gentibus noſtræq; laus hiſpaniæ. Parentes romana appellatiōe Frontonem & ſlacillam nominat: Obſcuros quidē ac filii tantū teſtimonio uix cognitos. Litteraꝝ cā Romæ: cum ageret: ingenium nulli ſtudioꝝ generi accōmodare potuit: q̄ uis alii ad cauſas agendas: alii ad carmē heroicum & iuſtum poema hortarentur: præterq̄ epigrāmatis ſcribendis ocii & epicureæ ſectæ: quam ueram uitam appellat. Supra Horatium Catullum alioſque poetas ſtudioſus tenui ſuppellectile contentus: ſuos hortos in ianiculo admiratur: quāuis tenues: ac nomentanum iactat: in prædii donati ab amico exiguitatem feſtiuo carmine iocatur: Cum iam ætate ad ſenectutem ingraueſcentem rerum urbanarum tedio affectus rediit in Hiſpaniam peragrata prius Gallia ciſalpina. Vnde quartum librum emiſit. Ita. xi. epigrāmatō editis triennio tacuit. Demum hortante priſco amico: qui & ipſe in patriam ab urbe redierat. xii. addidit: in quo Neruæ & Traiano aſſentatur clam dānatis Domitiani temporibus: quibus ſeruili ferme adulatione blanditus fuerat non ſuo magis ingenio: quā inperatoris arrogātia: qui diuinā adorationē a ſuis exegit. Amicos coluit poetas: Stellam in primis & ſilium italicum: nec publicis caruit honoribus equeſtri donatus dignitate: prætura & iure triū liberorum. In Hiſpania obiit: non ſine Plinii etiam mœrore: q epiſtola quadam ſua cum poeta familiaritatem teſtatus eum & deflet & laudat ſummopere. Acri ingenio epigrāma cōpoſuit: cuius lex ē: ut iocandi cauillandi: deridendi licentia laſciuiat: nudis uerbis prope ſatyricum: urbanitate ciuile. Deniq; nihil ſit: quod aut felle non aſpergat: aut riſu non cōdiat. Aſſurgit nōnūq̄ i magnitudinē heroicam: ſed perraro: ut illud. Tanta tibi eſt recti reuerētia Cæſar & æqui. Heroicis tamen muneris abſtinet: q̄ uis id & ſolere & poſſe fieri contendat: Inſeruntur uerba græca imitatione Pytholeonis Rhodii: qui primus ita ſcripſit epigrāma: Lucilius repræhenditur quod in ſatyra idem fecerit. Verba ſunt: nec figuris poeticis ſublimina: nec humilitate quotidiana depreſſa: ita mediam quādam elocutionem ſeruantia: ut proprium retineant locum. Corpus epigrāmatis ſua conſtat dimenſione: quā ſi uerſuū numero prætergrediaris optatū amittas leporem. Affectus ſæpe tentat: quos omnis ultima effundit periodo. Nec ita a Martiale ſerata ſunt: ut & græcos ſuperauerit: q̄ uis apud illos uix ſimgulis epigrāmatis claruerint pauci & ſolus in hoc ſcribendi genere apud latinos elaboraſſe ac profeciſſe uideatur. In laſciuioribus habet auctores Auguſtum Cæſarem: qui libello epigrāmaton magna licentia luſit: & Lucanum: & quem phaſalia ſua intermiſſa in eo laſciuiſſe oſtendit: Marſum præterea Pedonem Getulicū & Catullum: Ipſe opus ſuum in hunc ordinem redegit: quo legitur præter primum librum: qui totus in ſpectaculis laudandis uerſatur. Nam nec in antiquis codicibus prima fronte ponitur: nec abſurdum iudicari debet diuerſis locis & temporibus edita ſingulis ſpectaculis epigrāmata in unum tandem librum redacta fuiſſe.

Plinii Secundi epistola ad Cornelium Priscum.

Audeo Valerium Martialē decessisse:et molestе fero. Erat homo ingeniosus: acutus:acer:et qui plurimum in scribendo:et salis haberet et fellis:nec candoris minus: prosecuturus eram uiatico secedētem:dederam uersiculis:quos de me composuit:fuit moris antiqui eos uel qui singulorum laudes:uel urbium scripserant aut honoribus: aut pecunia ornare. Nostris uero temporibus:ut alia speciosa et egregia:ita hoc ī primis exoleuit. Nam postq̄ desiuimus facere laudanda:laudari quoque ineptum putamus. Quæris q̄ sint uersiculi:quibus gr̄am rettulerim remitterē te ad ipsum uolumen:nisi quosdā teneretem. Tu si placuerint hi:cæteros in libro requires. Alloquitur musam. Mandat ut domū meam in exquiliis quærat:adeatque reuerenter

Sed ne tempore:non tuo difertam
Pulses ebria ianuam uideto.
Totos dat tetricæ dies mineruæ.
Dum centum studet auribus uirorum.
Hoc quod sæcula posterique possint.
Arpinis quoque comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lucernas.
Hæc hora est tua dum furit lyeus.
Dum regnat rosa:dum madent capilli.
Tuum me uel rigidi legant catones.

Merito ne eum qui hæc de me scripsit:et tunc dimisi amicissime:et nūc amicissimum defunctum esse doleo. dedit enim quātum mihi maxime potuit:daturus amplius si potuisset. Tametsi quid homini potest dari maius? quam gloria:laus et æternitas? Aeterna quæ scripsit non erunt fortasse:ille tamen scripsit tāq̄ futura. Vale.

ARBARA Pyramidum: Hoc primo epigrammate assẽtatur domitiano: cuius amphitheatrum operis magnificentia & dignitate omnibus edificiis scribit anteponendum: quæcũque antiquitas admirata est. Id destinauerat Augustus media urbe: Vespasianus extruxit Titus filius dicauit maximo apparatu uno die quinque milibus ferarum occisis: ut Eusebius & Tranquillus scribunt. Dicauit autem: quoniam publica ædificia numinibus consecrabãtur: Cur autem huius laudem tribuit Domitiano: cum illud neque extruxerit: neque dicauerit: ratio ẽ: q̃ Domitianus ex quo puer capitolium defendit una cum Sabino patruo putauit sibi deberi imperium: q̃ ab ipso acceperant. Quare poeta uult quæcũque gesta sunt: uel a uespasião: uel a Tito ad domitianum referri: cuius imperiũ: ut supra dictum est fuisse assentando inuit. Præterea imperantibus patre & fratre non destitit se principẽ imperii gere re. Ego tamen existimauerim hoc Tito imperanti scriptum fuisse: cui uera laude nunc assentatur. Pyramides: lapides erãt erecti miræ magnitudinis ĩ acutum tendentes: dicti ab ipsa figura: quæ flammam imitatur igneam: nã πυρ dicitur ignis: unde Pyramis Reges egyptii primi excogitauerunt id genus ædificii: uel ut ne pecuniã successoribus relinquẽt: uel ne plebs ociosa esset: cum multæ essent in Aegypto: tres maxime impleuerunt orbẽ fama & admiratione: quæ erant in parte Africæ inter memphim & deltam in monte sterili: quarum amplissimam. lx. hominum milia. xx. annis construxisse dicuntur: autores sunt Strabo Plinius Solinus. Miracula pyramidum: ita & a Plinio dicuntur: quoniam ad admirationẽ potius quam ad usum constructæ erant. Strabo in ultimo scribit se uidisse cumulos reliquiarum: quæ remanserant ex cibis operarum: eodem uersu poeta utitur alibi: Barbara Pyramidum Cæsar miracula ride. Mẽphis: regia ægyptiorũ ab Ogdoo rege ædificata: Cuius filia Memphis nomen dedit. Puella ea est: cũ qua Nilus sub imagine tauri dicitur concubuisse. Vrbis ambitus erat. c. &. l. stadiorũ septum apidis habebat: & templum Veneris: autor est Strabo & Diodorus. Babylon: urbs caput caldæarum gentium ambitus. ccc. &. l. stadiorum: ædificata a Semiramidæ regina æmulatione Ninæ urbis: quam Ninus eius uir construxerat. Accersita sunt teste Diodoro ex omni regno terdecies centena hominum milia ad opus iuuandum: Clytarcũ & Alexandrum secuti scriptum reliquerũt quolibet anni die stadium urbis fuisse absolutum. Assiduus labor: multorum annorum. iactet: extollat & laudet. i. cesset laus & ostentatio babylonis. Triũiæ templo. i. Dianæ: de templo Dianæ ephesiæ intelligit: q̃ erat in panorio portu ad ephesum in Asia: græce fuit admiratiõis & magnificẽtiæ: ut Plini. cc. &. xx. annis structum a tota Asia in solo palustri: ne terræmotibus quateretur. Columnas habebat. c. &. xxxvii. ex quibus. xxxvi. erant cælatæ miro artificio. Cteſiphon fuit architectus: ut alii Archiphron. sunt qui scribant primum Dianæ templum fuisse minus: secundum maius: quo incẽso ab Herostrato tertium ædificatum aiunt ornamentis mulierum ad id collatis. Molles honores i. luxuriosi & asiatici honores: quoniam præter ædificium multa erant: ut scribit. Pli. quæ nihil ad speciem naturæ pertinebant: sed ad luxum tantum. Quid alii hoc loco suspicentur: non percipio: ego ut dixi: molles honores interpretor: quoniam ut dixi erant in eo multa ornamenta ad luxum & molliciem potius pertinentia: quam ad edificii solidam laudem: ut uerba plinii indicant. Molles honores: id est luxuriosa ornamenta: nam amphitheatrum sua sublimitate & ædificii præstãtia admirandum est: non propter luxum aliquem rerum: qui in eo sit: quemadmodũ in templo Dianæ ephesiæ. Erant præterea in eo eunuchi sacerdotes: qui Mezabolizi dicebantur: cum quibus uirgines aliquas sacras eẽ oportebat: ut scribit Stra. Ara frequẽs: de tẽplo louis Ammoniis intelligit: q̃ apud Nasamones populos lybiæ erat. Iuppiter lingua ægyptia ammum dicebatur: unde corrupto nomie Ammonem dixerunt Afri: autor ẽ Hero. Prætermittuntur opiniones Seruii & Diodori. Pausanias scribit Ammonẽ dictum ab Ammone pastore: qui primo ei illic templum erexit. Multæ aræ erant huic deo dicatæ: autor ẽ Pli. ĩ africa: q̃ & Vir. testatur ĩ. iiii. Templa louis centũ latis imania regnis Cẽtũ aras posuit. Mausolea: Mausoleũ sepulchr̃ fuit mausoli rẽgis cariæ in alicarnasso: q̃ prius Zephira dicebat: cõditũ ab Artemisia coniuge: & enumeratũ iter orbis miracula: hac una de cã q̃ erat colũna: ĩ qua sculpẽda claruerũt quattuor excellẽtissimi sculptores. ſ. Scopas: Briax: Thimotheus: Leocares: cingebant. xxxvi. columnis. certabatur etiam illic a poetis: unde extabat tragœdia a theodecte: autore Gellio: quæ Mausolus inscribebatur: Mausoleũ & nõ mausolũ dicit. Propertius: Nec mausolei diues fortuna sepulchri. Vacuo aere: qa aer non habitatur: & uacuus ppetuũ epitheton ẽ aeris. Cares: populi subditi Mausolo. Mausoli meminit Demosthenes in oratione pro libertate

IN AMPHITHEATRVM CAESARIS.

ARBARA Pyramidum sileat mira
cula memphis.
Assiduus iactet: nec babylona labor.
Nec triuiæ templo molles laudentur honores.
Dissimuletque deum cornibus ara frequens.
Aere nec in uacuo pendentia mausolea
Laudibus immodicis cares in astra ferant.

rhodiorum.

Hic ubi ſydereus:Domitianus urbē diſtinxit:ut alibi a poeta laudatur:nūc uero extollit:q̄ plura ædificia erexerit in eo ſolo loco & ſpacio:q̄ ædes Neronis occupauerāt:& argute ait Romam ſibi redditam eſſe:quā prius tyrānus occupauerat:& nunc loca patere delitiis populi:quæ olim uni tantum domīo ſeruiebant. Sydereus:altiſſimus. Propius aſtris.i.uicinus,hyperbole figura amica poetis:ut ſcribit Quinti. Coloſſus:dicitur īgens ſtatua ἀπὸ τοῦ κολούειν,i.ab hebetādo aſpectu:ut Suidas apud græcos interpretatur:uel a Coloſſo primo conditore:ut Põpe.ſcribit:hic loquitur de Coloſſo Nerōis.Nā Nero accerſito zenodoto ex gallia:eius opera & artificio iuſſit ſibi ſtrui coloſſū centū & uiginti pedum:q̄ ſtatua eo mortuo dicata ē ſoli mutato nomine:& erat in atrio olim eius domus.De hoc inquā loquitur:quoniam ut Suetonius ſcribit erat in atrio domus Neronianæ:ut etiā hic:& quod idicat Martialis: Inuidioſa feri radiabant atria regis:Erat præterea Coloſſus domitiani in urbe equeſtri habitu:de quo alibi loquitur poeta:ide ſacra uenerāda petes palatia cliuo:Plurima qua ſummi fulget imago ducis.De eodem multa apud Papinium ī prima ſilua. Pægmata celſa uia:pægma ſignificat compactum ædificiū:quod uel ſtatuis:uel alio aliquo ludicro ornatū:iterdum pueris conſidētibus producebatur in ſcænam:hinc eſt quod Suetonio ſcribitur Claudiū cōſueuiſſe obiicere beſtiis ēt illos:q̄ pæ diligēter & proſpe pægma ī ſcænā produxiſſēt. C. priceps produxit in ſcænam pægma: in quo erāt cētum & quinquaginta pondo argenti:ut ſcribit.Pli.inde illud eſt luue. Et pægma & pueros inde ad uelaria raptos:qđ praue īterpretātes pægma p ludo accipiunt:cū machinam ſignificet: ut dixi.

Omnis cæſareo cædat labor amphitheatro:
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Ad eundem Cæſarem.

Hic ubi ſydereus propius uidet aſtra coloſſus:
Et creſcunt media pægmata celſa uia.
Inuidioſa feri radiabant atria regis:
Vnaque iam tota ſtabat inurbe domus
Hic ubi conſpicui uenerabilis amphitheatri
Erigitur moles:ſtagna neronis erant.
Hic ubi miramur uelocia munera thermas:
Abſtulerat miſeris tecta ſuperbus ager.
Claudia diffuſas ubi porticus explicat umbras:
Vltima pars aulæ deficientis erat.
Reddita roma ſibi eſt:et ſunt et præſide cæſar.
Deliciæ populi quæ fuerant domini.

Ad eundem.

Quæ tam ſepoſita eſt:quæ gens tā barbara cæſar?
Ex qua ſpectator non ſit in urbe tua?
Venit ab orpheo cultor rhodopeius hæmo.

Atria feri Regis:domus Neroniana a palatio tendebat ī æſquilias:quam primo appellauit tranſitoriā:poſtea aureā habētē porticus triplices miliarias:ſtagnum inſtar maris:arua:uineta:ſiluas cum oī genere pecudū & ferarū phyſtulas ſpargētes flores & unguēta:cœnationē rotūdā:quæ ī modum cæli mouebatur:aues argēteas:ī ſolaris lapidē ſphēgitem:quo perpetuus dies illucebat. Tacitus & multi ſenſerūt:& Suetonius īcēſā fuiſſe urbē:ut tātā domū ædificaret. Inuidioſa maxima:& redūdantia delitiis. Radiabant:ſplendebant ornamentis & coloſſo Neronis: quæ ī atrio erat occupata:& idem ex diſticho:Roma domus fuit:ueios migrate quirites:Si non & ueios occupat iſta dōus. Velocia munera thermas:Titus celeriter ſtruxit thermas prope amphitheatrum Domitiāi:propterea uelocia munera:emenda deprauatum locum apud Suetonium:qui ita ſcriptus eſt. Thermis celebriter extructis:pro celeriter. Superbus ager:quia domus Neronis complexa erat agros. Porticus claudia:olim & Liuia dicta eſt:ſed ædificāte Nerone euerſa fuit:reſtituta poſtea ſub nomīe priſco a Domitiano.Porticus apud Romanos ædificabantur umbris & ambulatiōibus.Sunt q̄ de Neroniana porticu:ego de Liuia ſentio: cuius meminerunt Cice.& Suetonius. Deficientis:finientis. Reddita ſibi roma eſt:roma romam amiſerat,quia non ſua erat:ſed Neronis:nunc a Domitiano ē ſibi reddita:& romanis.

Quæ tā ſepoſita.Domitianus edidit ſpectacula magnificentiſſima auctore tranquillo:quæ ut celebriora uiderentur pœta ait totum orbem confluxiſſe.ſed edidit epigramma hac de cauſa: quoniam cum clamatum eſſet in ſpectaculis domino & deo fœliciter ea uoce mirum in modum oblectatus eſt Domitianus:propterea pœta principi blādiens ait diuerſos fuiſſe populos in theatro:ſed unam & eandem uocem extitiſſe:cū Domitianus dominus & pater patriæ appellaretur:quaſi dicat omnes illos fuiſſe ſubditos Domitiano:& multa merita cōſecutos:ut cū Domitiāus pr patriæ appellaret:nō ab diuerſis populis:ſed q̄ſi ab una & eadē uoce id teſtimoniū accepit:qđ multi romanorū cōfluxerīt ad ſpectacula:īdicat trāquillus ī Cæſare:ubi ſcribit tot cōueniſſe ad ſpectādū: ut plurimi aduenæ iter uicos & uias māſerīt:Plurimi p̄terea eliſi iter quos duos fuiſſe ſēatores. Sepoſita:a regiōe nſra rmota. Barbara: moribus. Rhodopeius:thracius.rhodope mōs thraciæ.i.accola thraciæ.

Sarmatæ:populi ſeptentrionis paſcũtur pulte e milio: ut Plinius: aut lacte equino ſãguĩe admixto. Epoto equo. i. ſanguine equi cũ pulte e milio. Deprenſi nili: Nilus incerti ortus eſt: ꝓpterea poeta ait deprenſi nili: nam deprendũtur ea quæ ſunt occulta. Sũt q̃ putent Nilum oriri ab ultimis æthiopiæ finibus: longa eſt Plinii ex lubæ teſtimonio diſceptatio. Deprenſi: tãdem inuẽti: Et quem ſupremæ tethyos unda ferit: De britannis potes itelligere: qui extremi hominum abluuntur Oceano. Potes & de morinis q̃ ſunt ad Oceanum gallicũ. Virgilius: Extremiq; hominum morini: Ferit: abluit: Arabs: arabia diuidit iudæam ab ægypto: quæ triplex ẽ auctore Ptolæmeo felix petrea: & deſerta. Arabs & arabus dicitur. Feſtínauit: oñdit magnã famã fuiſſe ludoꝝ. Sabæi: populi ſunt in felici arabia: qui thus mittunt e regione appellata ſaba: quod ſignificat myſterium. Cilices: populi aſiæ minoris ad taurũ mõtem crocum habẽt præſtantiſſimum ad id ãtrum maxime qđ coricum appellant: ũde Crocus Coricius: Plinius & Strabo teſtes. Nimbis ſuis: ideſt croco: Nam croco trito & mixto uino dulci perfundebãtur theatra: uaſe quod nimbũ appellabãt. Martialis ĩ diſtichis de nimbo: A loue qui ueniet miſcenda ad pocula largas Fũdet nimbus aquas: hic tibi uina dabit: intellige uinũ dulce croco trito immixto. Cum enĩ bonus odor croco eẽt: & romani herba uti non poſſent: ad coronas eſt enim apta: hoc quod diximus excogitarunt. Quod aũt theatra ſpargebãtur croco: teſtãtur Martialis alíbi: Propertius: pulpita ſolẽnes non oluere crocos. Ouidius: & Saluſtius in hiſtoriis: qui de Metello ſcribẽs & illius luxuriam deſignãs: cũ in hiſpaniam inquit prætor acciperetur ita ſcænis ad oſtentationem ſtructis: ſimul croco ſparſa humis. Nimbis ſuis: ideſt croceis. Sicambri: populi ad Oceanũ in germania ſunt: qui & colorare crines: & calamiſtrare romanos impulerunt: oblectatos capillorum pulchritudine quæ ſicambris erat natiua. Aethiopes: duo genera æthiopum ſunt: Aæthiopes heſperii. & æthiopes ad meridiem: ut ex uerſu Homeri in primo odyſeæ coſmographi tradiderunt. Poeta: ut puto: loquitur de heſperiis qui remotiores ſunt: & deſertam magna ex parte regionem incolũt: dicti ab Aethiope Vulcani filio: ut Plinius tradit.

Venit et epoto ſarmata paſtus equo.
Et qui prima bibit: deprenſi flumina nili.
Et quem ſupræme tethios unda ferit.
Feſtinauit arabs feſtinauere ſabei
Et cilices nimbis hic maduere ſuis.
Crinibus in modum tortis uenere ſicambri:
Atque aliter tortis crinibus æthiopes.
Vox diuerſa ſonat populorũ: ẽ urbs tamẽ una
Cum uerus patriæ diceris eſſe pater.
Ad cæſarem quod expulerit delatores.
Turba grauis paci: placidæque inimica quieti
Quæ ſemper miſeras ſollicitabat opes.
Tradita getulis nec cepit harena nocentes:
Et delator habet: quod dabat exilium.
Exulat auſonia: profugus delator ab urbe
Impenſis uitam principis annumeres:
Blanditur cæſari.
Iunctam paſiphæn dictæo credite tauro

Turba grauis paci: Initio principatus Domitianus delatores grauiſſima pœna affecit: ſolitus dicere: Delatores qui non caſtigat irritat. Multi autem erant qui leuiſſima de cauſa & nonnunquã ficta accuſabant: cum ex fiſco eis daretur pars pecuniæ: qua mulctabantur accuſati: propterea Trãquillus appellat calumnias fiſcales. Conuerſus poſtea princeps ad auaritiam & crudelitatem nõ modo non puniebat delatores: ſed etiam fouebat: nunc laudatur ꝙ eos expulerit: & inter cætera munera data populo romano: ait etiam uitam hominum eſſe aſcribendam prĩcipi: quam ſublatis delatoribus dediſſe uidebatur. Turba: delatorum. Grauis: moleſtia: quia paci aduerſebatur & quieti. placidæ: epitheton quietis. Miſeras opes. i. opes miſerorũ ciuium. nam opulenti timebant delatores. Gætulus: gætuli africæ populi. nam nocentes grauiore exilio mittebantur in Aphricam minore tibur: præneſte: & in inſulas campaniæ. Nec cæpit harena nocentes: ideſt qui puniendi erant: in theatro puniebantur: ut harena: ideſt theatrum accipias. Cum autem mittendi eſſent ĩ exilium: pari. i. ſupplicio: quo ciues olim afficiebant: non ſunt puniti in theatro: ſed ẽ nauigia impoſiti eiecti in exilium ꝙ Plini. multis uerſibus in pagyrico teſtatur. Impenſis uitam principis annumeres: Impenſis. i. muneribus: nam præter alia munera: quæ tibi dedit princeps: dedit uitam: quoniam eiecit delatores: qui te uita priuabant. Malo tamen ſentire hoc etiam epigramma ſcriptum in gram Titi imperatoris: nam is delatores primum cæſos fuſtibus in harena: in aſperrima inſularum aduehi iuſſit. Suetonius in Tito. Inter aduerſa temporum & delatores mandatoreſque erant & licentia ueteri: hos aſſidue in foro flagellis ac fuſtibus cæſos: ac nouiſſime traductos: per amphitheatri harenam: partim ſubiici in ſeruos: ac uenire imperauit: partim in aſperrima inſularum aduehi. In de ait poeta: Nec cœpit harena nocentes.

Iunctam Paſiphæn: Paſiphæ filia Solis & uxor Minois Regis cretæ amauit taurum: quoniam cum Minos pulcherrimum taurum conſueuiſſet ſacrificare Neptuno: mactauit deteriorem

iratum numen Pasiphæn i turpē tauri amorē cōpulit: cū uellet cōcubere cū belua: habuit bouem Ligneam arte Dædali fabricatam: sub qua latens coitu tauri potita est. Hoc spectaculum editum est a Domitiano: q̄ & si historia non tradidit: non potest tamen non uideri uerisimile: qm̄ Tranqllus scribit Neronem hoc spectaculi genus edidisse. Accepit fabula prisca fidem: idest facta est uerisimilis: & credit uera. Lōgæua uetustas. i. antiqtas: q̄ fabulas fixit. Nō miret ñ extollat: qm̄ tu oīa rep̄sētas: & facis eē uera spectaculis. Quicqd fama cāit donat harena tibi. i. q̄cūq; fabulæ fixerūt & canūt: tu r̄p̄sētas ī theatris uera actiōe.

Belliger: Domitianus: ut Tranquil. refert: edidit pugnas nō modo uiroꝝ: sed ēt mulieꝝ & uenationes: cum nuper eēt prostratus leo a muliere: Mar. blandiēs principi ait prostratū leonem ab Hercule non esse amplius dignum admiratione: cū ī theatro Domitiani fœmina idē pegerit. Hāc uenationem mulierū carpens Iuue. ait: Cū meuia tuscū figat apꝝ & nuda teneat uenabula māma. De eadem pugna Papi. ī siluis: Stat sexus rudis insciusq; ferri: Vt pugnas capit īprobus uiriles: Credas ad tanaim ferumq; phasim Thermodoontiacas calere turmas.

Sæuit & ipsa Venus: nō satis ē q̄ tu edideris puguas uiroꝝ ī spectaculis: sed edidisti pugnas mulieꝝ. Nemea silua: inter philōtē & agros iuxta Cleōas: ubi primo certamīe leo ab Hercule ē ꝓstratus. Strabo. Fama: fabula. Prisca fides. i. prisca monumēta sileāt. Munera: post quam tu edis spectacula.

Qualiter ī scythia: In spectaculis cōœdiæ & nō nūq̄ tragœdiæ recitabātur: ut Trāqllus ē auctor: q cū alias de hoc traditū: scribit: Caligulā egisse laureatum minimū: ī quo actor ruina se ꝓripiēs sāguinē uomit. Tragœdia erat q ī scribebat laureolus a laureolo q ī eo ītroducebat sublatus ī crucē. Domiti. cū multos afficeret supplicio: uoluit nō sine uoluptate spectatoꝝ eos īterire: iussitq; recitari uera rep̄sentatōe īter cæteras tragœdias Orpheū & Laureolū: ita ut dānati repræsentātes ꝑsonā Laureoli ñ ficta cruce sed uera pēderēt & ꝑsonā Orphei: ita ut nō fictis mulierū māibus: sed a ueris lacerarēt. Cū hæc olī recitata eēnt a lentulo ciue romano ī theatro: subeūte ꝑsonā laureoli: nō uerā ut nūc: sed fictā: clamat Iuue. debuisse illū īterire uero supplicio: quo scilicet histrionicā exerceat: Laureolū uelox beñ letulus egit iudice me dignus uera cruce: Ait igit hūc q nuper sub ꝑson a Laureoli pēdebat uera cruce iussu Domitiani superasse scelera Laureoli fabulosi: qm̄ scilicet id suppliciū qd̄ ī Laureolo fuit fabula in ipso fuerit uerū. Laureolus dānatus: qui subibat personā Laureoli iussu domitiani recitatus tragœdiā. Neuius poeta scripsit ī carcere Laureolū & Leōtē ut Gellius scripsit. Vrso calidonio: idest britanico. Calidonia silua britanniæ: ad quā arma romana ꝓcesserūt: unde sæui ursi mittebantur. Scythica rupe: idest caucasea. Prometheus enim relegatus in caucaso monte fuit. Nimio pectore. i. renascēti auē assiduā. i. aquilā: Nota fabula extat de Prometheo: tragœdia Aeschili q̄ īscribitur Prometheus. Viuebant: idest palpitabant. Stillantibus mēbris: manantibus cruore. Inque omni nusquam corpore corpus erat: & nulla facies corporis erat in toto corpore.

Dædale Lu. Hic Dædalus obiectus fuit feris & laniatus: alludens ad nomē poeta ait Dædalū nūc optasse habere pennas ut fabulæ finxerunt Dædalum habuisse: Nam Dædalus mitionis filius fuit atheniensis: præclarus architectura & statuaria: Talaum sororis filium interfecit īuidia īgenii: quoniam inuenerat figuli rotam: & seram damnatus ab areopagitis dicitur adhibitis alis euolasse ī cretā īde Δαιδαλος ingeniosus. Lucano urso: ex Lucania ursi mittebantur in theatrum: ut Varro scribit feritate & magnitudine.

Vidimus: accepit fabula prisca fidem.
Nec se miretur Cæsar longæua uetustas.
Quicquid fama canit: donat harena tibi:
Blanditur Cæsari.
Belliger inuictis: quod mars tibi sæuit in armis
Non satis est Cæsar: sæuit et ipsa uenus.
Prostratum nemees: et uasta in ualle leonem
Nobile et herculeum fama canebat opus.
Prisca fides taceat: nam post tua munera Cæsar
Hæc iam fœminea uidimus acta manu.
Pœna laureoli.
Qualiter in scyticha religatus rupe Prometheus
Assiduam nimio pectore pauit auem.
Nuda calidonio sic pectora præbuit urso:
Non falsa pendens in cruce laureolus.
Viuebāt laceri membris stillantibus artus:
Inque omni nusquam corpore corpus erat.
Denique supplicium dederat necis ille paternæ:
Vel domini iugulum foderat ense nocens.
Tēpla uel arcano demens spoliauerat auro:
Subdiderat sæuas uel tibi roma faces:
Vicerat antiquæ sceleratus crimina famæ:
In quo: quæ fuerat fabula: pœna fuit
De Dædalo.
Dædale lucano cum sic lacereris aburso

Præstitit exhibitus:Rhinocerotem primus ostendit in spectaculis Pompeius:tum Augustus:nunc Domitianus.animal est buxei coloris inimicum elephato:cuius aluum elimato cornu petit ī pugna nuper fuerat ī theatro:& diu stupens ad pugnam non poterat irritari:quod ægre ferebat Domitianus:tandem facto īpetu ī taurum:illum nō secus extullit ī altum:quam si fuisset pila. Exhibitus:datus ī spectaculum:nam exhibere est ī spectaculum dare. Quæ non promisit prælia rhinoceros:uel quia tantum pugnat cum elephanto:nunc autem cum tauro pugnauit:uel quoniam non uidebatur posse irritari in pugna: quod placet. Pronus:inclinato cornu quod habetinnaribus. Cui pila taurus erat: Pilæ dicebantur uestes ī globum & speciē pilæ collectæ quæ obiicebātur cornibus taurorum:ut irritarētur. Rudis antiquitas homines e stramine formabat ad id opus:test e Pediano:postea luxus in tātū auctus est ut uestes purpureæ obiicerentur. Oui. Haud secus exarsit quā circo taurus aperto:Cum sua terribili petit irritamina cornu Phœnicias uestes:elusaq; uulnera sentit.locās igitur poeta ait taurum cui pilæ solent obiici nūc fuisse pilam rhinoceroti.

Læserat īgrato:Leo mansuefactus ductus est in theatrum :reuersus ī pristinā feritatem lacerauit magistrū.Iussu Domitiani telis cōfossus est. Laudatur priceps quod humanos mores nō modo uelit esse in homine;sed etiam ī fera. Cō temerare:uiolare. Tam notas manus:ideſt familiares. Tulit tela:ideſt passus est tela:qa cōfossus fuit telis iussu Domitiani quod magistrū uiolauerit. Quos:quales:ideſt mitissimos:cum uelit feras hēre mitius īgeniū:& mores humanos.

Præceps sanguinea:Nouitate uenationis oblectatus est Domitianus captis ferīs fisco.Iubet poeta ī assentationē uenatores petere aerē:& uolucres: q; aucupis est:quā aucupes petant feras. Implicitā uisco perdidit ille fugā:quia non potuit fugere ursus implicitus uisco. Harena sāguinea.i. theatro sanguineo cōsperso sanguine multarū ferarum.Tecto ferro cessent uenabula.i.reponātur & recōdātur uenabula ī uagina:quoniam iis opus nō est:nam uisco feræ capiūtur. Inter Cæsareæ. Sus grauida icta ī uenationibus editis a principe emisit filios icolumes:ipsa mortua:nūc ait poeta non esse mirādū q; canūt fabulæ Bacchū deū natū mortua matre:quoniam iam fera ita nata est. Cæsareæ Dianæ:ideſt cæsareæ uenationis. Hasta leuis:quia si grauis fuisset percussisset filios. Exiliit partus ideſt exilierunt fili. Lucina:dea quæ præest parturiētibus & ueniētibus ī lucē

Triste iter:ideſt uulnerū:Bacchus natus fuit Semele fulminata nutritus intra femora Iouis.nota fabula.

Icta graui telo.Idem argumētū de sue grauida. Perdidit:& dedit uitā:pdidit qa mortua ē.Dedit qa pepit filios. Certa dextra:qa pcussit ut uoluit. Lucina:dea q̄ p̄est pturiētibus:& ueniētibus ī lucē:dictā siue a luco quē hēbat in æsqliis romæ:siue a luce:auctores Var.& Pli. Numē utriusque Dianæ.i.Lucinæ:quæ præest pturiētibus:& Dianæ quæ præst uenantibus.

Quam cuperes pennas nunc habuisse tuas.

De Rhinocerote

Præstitit exhibitus tota tibi cæsar harena
Quæ non promisit prælia rhinoceros.
O quam terribilis exarsit pronus in iras
Quantus erat cornu:cui pila taurus erat.

De leone qui gubernatorem offendit.

Læserat in grato leo perfidus ore magistrum:
Ausus tam notas contemerare manus.
Sed dignas tanto persoluit crimine pœnas:
Et qui non tulerat uerbera:tela tulit.

Quos decet esse hominū tali sub pricipe mores:
Qui iubet ingenium mitius esse feris.

De urso.

Præceps sanguinea dum se rotat ursus harena:
Implicitam uisco perdidit ille fugam.
Splendida iam tecto cessent uenabula ferro:
Nec uolet excussa lancea torta manu.
Deprehendat uacuo uenator in aere prædam:
Sic captare feras aucupis arte placet.

De sue quæ ex uulnere peperit.

Inter cæsareæ discrimina sæua dianæ
Fixisset grauidam cum leuis hasta suem:
Exiliit partus miseræ de uulnere matris:
O lucina ferox hoc peperisse fuit.
Pluribus illa mori uoluisset saucia tælis.
Omnibus ut natis triste pateret iter.
Quis negat esse satum materno funere bacchū?
Sic genitum numen credite:nata fera est.

De eadem.

Icta graui tælo:confossaque uulnera mater
Sus pariter uitam perdidit atque dedit.
O quam certa fuit librato dextera ferro.
Hanc ego lucinæ credo fuisse manum.
Experta est numen:moriens utriusque dianæ:

Et qua est soluta:idest facta parés.Et qua perépta.i.mortua:nã Diana uenãtibus feraꝝ dat cædẽ.
Sus Fera.Idem argumentum.Maturi uentris:quia erat prope partum & tempus pariendi: iccirco maturi. Pignora:idest filios. O quãtum est subitis casibus ingenium: Poeta ait in rebus quæ celeritate indigent:& subitæ sunt:quãdam excellentem & peculiarem uim ingenii existere:sententia est Thucydidis. Subita ingenium experiuntur & indicãt.Ita laudatur uenator:qui suem ut supra dictum est tã commode uulnerauit ut uno momento & suem ferã strauerit: & ꝓduxerit ĩ lucẽ fœtũ.

Summa tuæ.Duo Carpophori temporibus Domitiani fuisse legũtur:alter mãgo:idest puerorum diuenditor:alter iunior fortitudine clarus.Hunc Domitianus non parũ amauit & fouit:q; eius dextra in feris conficiendis oblectaretur. nam & princeps eodem studio tenebatur adeo ut in secessu albano cẽtenas aliquãdo feras prostrauerit.In Carpophoro igitur laudando poeta Domitiano assentatur:Ita enim nuper peregerat uenationẽ in spectaculo:ut multis feris occisis:& accepto præmio fortitudinis adhuc uigeret:& recẽs uideretur:quod præter aliorum morem contigit.nam qui perfecto certamine præmiũ acceperunt:fessi sũt nec integras habẽt uires. Duo Meleagri fuerunt:alter de quo hic Martialis:alter qui secutus argonautas: O etam regem ĩ littore interfecit:Sunt qui eundẽ putẽt. Apollonius alium. Fusus aper: idest ĩterfectus:o Meleager aper fusus a te fuit summa tua gloria: idest tu tantam ex apro consecutus es laudem: sed aper est portio.i. pars laudis Carpophori: quoniam non solum interemit aprum: sed ursum leonem & pardum:& quod maius est post confectam uenationem:nam adhuc poterat:nõ erat defatigatus. Tres apri in portentis numerantur: erimantheus quem Hercules sustulit: Aper in olympo mysiæ ĩ cuius uenatione cecidit filius Cicesi uulneratus ab Adrasto ut Herodotus:& aper Calidonius:quem interfecit hic Meleager. Condidit uenabula:idest misit & abscondit. In urso præcipiti:idest irruẽti cõtra se. Primus:idest q prícipatũ & feritate & magnitudine obtinebat.

Quaque soluta parẽs:quaque perẽpta fera est
De sue pregnante.
Sus fera iam grauior maturi pignora uentris
Emisit fœtum uulnere facta parens.
Nec iacuit partus:sed matre cadente cucurrit:
O quantum est subitis casibus ingenium.
De carpophoro.
Summa tuæ meleagre fuit quæ gloria famæ:
Quantum est carpophoti portio fusus aper:
Ille et præcipiti uenabula condidit urso.
Primus in arctoi:qui fuit arce poli.
Strauit et ignota spectandum molle leonem.
Herculeas potuit:qui decuisse manus.
Et uolucrem longo porrexit uulnere pardum:
Præmia cum laudis ferret adhuc poteram.
De tauro.
Raptus abit media quod ad ethera taurus harenã
Non fuit hoc artis:sed pietatis opus.h
Vexerat europem fraterna per æquora taurus:
At nunc alciden taurus in astra colit:
Cæsaris atque Iouis confer nunc stẽma iuuentus.
Par onus ut tulerint:altius iste tulit.

In arce poli arctoi:ĩ siluis septẽtrionis.Nã septẽtrio maiores feras mittit & seueriores quã aliæ partes orbis:Hispania etiã dedit ursũ ĩ spectaculo:sed eius fere caput apud illos cõburebat: quoniã rabiẽ ĩ esse putabãt. Molle ignota.i.ĩcredibili magnitudine. Decuisse Herculẽ.i.parẽ esse: qa a nullo uidebat magis posse superari:nisi quã ab Hercule:nã Hercules accersebat ad ea nostra. quæ ab aliis supari nõ poterãt. Poterat.i.adhuc habebat ĩtegras uires absoluta uenatõe & præmio donatus

Raptus abit.Taurus qui per machinam uexit Domitianum in altum:ut cælo impositus uideretur:nam cum futurum cælum:& immortalitatem sibiipsi uellet repræsentare tauro insidens superiores scænæ partes in speciem cæli confectas petiit æmulatione Herculis,cuius nomen etiam sibi indiderat:nam Alcides appellabatur:qui taurum ex creta in atticam ducens eius dorso incedisse dicitur.Cum autem olim Iuppiter in formam tauri conuersus:Europen ĩ cretam uexisse feratur. Poeta ait maiorem laudem tauri qui nuper Alciden:idest Domitianum in cælum uexerit: quam illius qui uexit Europen:quoniam & si pars onus utrique fuisse uideatur:tamen hic altius tulit. Opus artis:idest non fuit hoc artificium non scænicum & fabulosum:sed opus pietatis:quia pie & uere factum fuit.Raptus:ex oculis spectatorum. Alciden:idest Domitianum qui uoluit appellari Alcides.Duæ laudes tauri:altera quod tulerit Europem:altera quod tulerit Alciden. Stemma:nobilitatem.Confer:adæqua:compara. Alter sensus est & hic placet:ut intelligas Domitianum per minimum æmulatione Iouis qui olim se in taurum conuertit:sumpta forma tauri per machinam extulisse Herculem cuius nomen imposuerat in cælum quemadmodum Iuppiter taurus factus uexerat Europem:ut sit sensus poete maiorem laudem esse Domitiani qui tulerit Herculem in cælum:quẽ altius tulit quam Iouis:qui uexit Europem in cretam per æquora.

Quod pius. Elephas nuper in spectaculo adorauerat Domitianum: nam elephanti ut Plinius scribit; tantæ sunt docilitatis ut non modo submittere genua: & adorare: sed etiam regi porrigere coronas discant. Poeta uult uideri hoc factum esse non domitoris industria sed numine Domitiani: cuius sensu elephas submiserit genua.

Lambere securi. Tigris data est in spectaculis ab Augusto Cæsare: & nupera Domitiano mansuefacta: sed cum leonem inspexisset; eum lacerauit: uult hoc poeta factum uideri numine Domitiani: cuius uicinitate ausa sit id ꝙ in siluis nō audebat. Securi magistri: non metuentis feritatem beluæ domitæ. Hircano iugo: hircania scythiæ pars est: quæ pantheris: pardis: tigribus abūdat: Lucanus: quas nemore hircano matrum dum lustra sequūtur: Altus cæsorū pauit cruor armentorum. Rara gloria: ideſt maxima gloria ferarum quæ prima erat inter tigres magnitudine. Sæua: reuersa ad feritatem. Tale nihil: ideſt congredi cū leone. Inter nos: in theatro. Plus feritatis: numine Domitiani.

De supplice elephante

Quod pius et supplex elephas te cæsar adorat:
Hic modo qui tauro tam metuendus erat.
Non facit hoc iussus nulloque docēte magistro:
Crede mihi numen sentit et ille tuum.

De tigride et leone.

Lambere securi dextram consueta magistri
Tigris ab hircano gloria rara iugo.
Sæua ferum rapido lacerauit dente leonem:
Res noua non ullis cognita iemporibus.
Ausa est tale nihil: siluis dum uixit in altis:
Postquam inter nos est: plus feritatis habet.

De elephante.

Qui modo per totam flāmis stimulatus harenā
Substulerat raptas taurus in astra pilas:
Occubuit tandem cornuto ardore potitus:
Dum facilem tolli sic elephanta putat.

Assentatur Cæsari.

Dū peteret pars hæc myrinum: pars illa triūphū:
Promisit pariter Cæsar utraque manu.
Non potuit melius litem finire iocosam.
O dulce inuicti principis ingenium.

Ad Cæsarem.

Quicquid in orpheo rhodope spectasse theatro
Dicitur: exhibuit cæsar harena tibi.
Repserunt scopuli: mirandaque silua cucurrit.
Quale fuisse nemus creditur hesperidum.
Affuit immixtum pecudum genus omne ferarū:
Et supra uatem multa pependit auis.
Ipse sed ingrato iacuit laceratus ab urso.
Hæc tamen ut res est facta: ita ficta alia:

De rhinocerote.

Qui modo: ex superioribus Ouidii uersibus: quos adduximus: planū est tauros irritari. & cum petunt aliquem deuitari eorum uulnera obiectis pilis: & uestibus nuper taurus in theatro petiit elephantum cornu: a quo prostratus est. Insultat poeta tauro mortuo: ꝙ tandem potitus certo obstaculo: ꝙ cum pilas peteret: maxime quærere uidebatur: occubuerit.

Flammis: iracūdia & irritatione: nam inflāmatū ira dicimus. Ardore cornuto potitus. i. potitus ardore & uehemētia cornuū: nam inuenit obstaculū: appellat cornutum: ardorem uehementiam tauri. Sic ut pilæ tollebantur: Occubuit: extinctus elephanto. Dum putat elephanta tolli: iactari posse. Sic: ueluti pilas obiectas.

Dum peteret. Domitianus inter cætera spectacula reuocauit in usum munera quæstori. ubi sua liberalitate fecit potestatem populi eligendi duo gladiatorum paria ex suo ludo quæ nouissime introducebātur aulico apparatu. Cum autem pronunciasset se unum par daturum quod populus uellet: aliique peterent Mirinum gladiatorem: alii triumphum: ipse ductis manibus in partes dissidentes promisit duo: Non potuit inquit poeta melius finire litem iocosam: quam tanta liberalitate & magnificētia alibi de mirino: Nuper cum Mirino peteretur misso læso:

Quicquid in orpheo: Recitata est Orpheus tragœdia: ut supra Laureolus: ita ut dānatus repræsentaret personam Orphei: qui dicitur laceratus fuisse cyconū mulierum manibus. Describit actionē huius tragœdiæ poeta: & ait ita uerā fuisse laniationem in eo: qui nuper repræsentauit personam orphei ut de Orpheo fictum est. Orpheum scripsit etiam Luca. de quo Papinius in Neronem. Et noster tibi præferetur Orpheus. Exhibuit: repræsentauit. Rhodope. thraciæ mons. Miranda silua: ideſt pulcherrima: uel miranda quod artificio ueniret ipse qui sub persona Orphei erat. Ingrato urso: quia eius cantu non lenitus est. Hæc res: de hoc Orpheo: ita ut uera est: ita ficta alia.

Sollicitant. De Rhinocerote & urso. Dum ira feræ colligit se: ideſt dum iuflammabatur: deſperabantur prælia a magiſtris: quia non ſperabant poſſe irritari ad pugam rhinocerotem. Gemino ictu: ideſt forti & uehemẽti. Virgilius: Gemina dentalia dorſo. uel quoniam rhinoceros habet duo cornua: ut apud Pauſaniam ſolum legi: quorum alterum inſigni magnitudine ex naribus extat: alterum ſuperne erumpit exiguum quidem: ſed ualidiſſimum.

Dorica: Laudatur Carpophorus: q̃ ita ſtãtes feras ſuperauerit ut nuper leo perterrefactus eius dextram fugiens: coniecerit ſe in uenabula aliorũ potius: quã uoluerit eum expectare. Dorica: dorienſes althemene duce i cretam uenerũt per tẽpora troiana: & cõ diderunt. x. urbes. tertiũ genus hominũ fuit: qui cretã habitarũt: unde cretenſes dorici. Dorica uenabula. i. ſagittas cretẽſes: nã e creta optimi calami ad ſagittarũ uſum. Et teneri Carpophori: ideſt adhuc iuuenis: Facili: facile ſucciſa.

Biſon: animal quod mittit germania deforme quidẽ plixitate iubarũ & reliquo corpore: ſed ferũ. Bubalus: urũ itel ligit. nam ex hercinia ſilua mittũtur uri ſpecie & colore ſimiles bobus: magna uelocitate: & magnitudine paulo infra elephantũ: neque homini neque feræ iſpectæ parcunt. foueis capiũtur. Idem bubali dicuntur: quãuis Plinius accuſet iperitum uulgus: quod bubalos appellet cũ i Africa uri reperiantur: aut nulla aut exigua ſimilitudine cum bubus. Corripe: tolle lentas moras. Turba: ſpectatores conſueuerunt pugnantem feram plauſu excitare ad fugam: monet eos poeta nullum eſſe remediũ fære Carpophoro pugnante: nã & ſtãtẽ ſternit: fugiẽtẽ adeo perterret: ut ruat intela aliorum.

Si Quis adeſt. Inter cætera tehatri munera Domitianus edidit naumachiã: ut ſcribit Tranquillus effoſſo lacu iuxta tiberim: quã ſpectauit iter imbres & niues unde exiit illud epigramma: Aſpice quã denſum tacitarum uellus aquarum. Defluat in uultus Cæſaris in que ſinus. pugna fuit prope iuſtarum claſſium excitatis undis in ſpeciem pene fluctuũ maris. Monet aduenam ſpectatorẽ: ubi undæ tantopere concitantur fuiſſe paulo anterram: quod ſi ei credibile non ſit: expectet tãtiſper dum ceſſet naumachia. Videbit enim ita quieſcere fluctus: ut etiã ſit miraturus quo pacto i tam exiguo lacu tãtæ eſſent procellæ pauloãte: & utrũque tãdem crediturus miraculũ. Siquis ſerus ſpectator incepta iam pugna & i ceptis ludis. Lux: dies naumachiæ. Fuit prima in urbe: ideſt ſi ante hunc diem non fuiſti in urbe. Enio: furor belli. Ratibus: claſſe: Par fretis: ideſt pellago: ideſt ne putaueris hic eſſe mare. Aequora laxent: ideſt dum pugna naualis abſoluitur. Cum uidebis ſedatos fluctus dices: hic pauloante erat pelagus & ita credes utrunque miraculun.

Sollicitant pauidi dum rhinocerota magiſtri:
Seque diu magnæ colligit ira feræ:
Deſperabantur promiſſi prælia martis.
Sed tamen is rediit cognitus ante furor.
Namque grauem gemino cornu ſic extulit urſũ:
Ictat ut impoſitas taurus in aſtra pilas.

De Carpophoro.

Dorica quam certo uenabula dirigit ictu:
Fortis adhuc teneri dextera carpophori.
Ille tulit geminos facili ceruice inuencos.
Illi ceſſit atrox bubalus atque biſon.
Hunc leo cum fugeret præceps in tæla cucurrit.
I nunc et lentas corripe turba moras.

Quid Cæſar in aqua.

Siquis adeſt longis ſerus ſpectator ab oris:
Cui lux prima ſacri muneris ipſa fuit.
Nec te decipiat ratibus naualis enio.
Et par unda fretis: hic modo terra fuit.
Non credis: ſpectes dum laxent æquora martem:
Parua mora eſt dices: hic modo pontus erat:

De Leandro.

Quod nocturna tibi leandre pepercerit unda
Deſine mirari cæſaris unda fuit.
Cum peteret dulces audax leandrus amores:
Et feſſus tumidis iam premeretur aquis:
Sic miſer inſtantes afflatus dicitur undas:
Parcite dum propero: mergite dum redeo.

Blanditur Cæſari.

Sæcula carpophorum cæſar ſi priſca tuliſſent
Iam nullum in monſtris urbe fuiſſet opus.

Quod nocturna. Fabulæ læandri natantis Ad Hæro amicam repræſentata eſt in theatro: ſed tamen hic qui repræſentabat fabulam euaſit: quamuis in ea ſit Læandrũ ſubmerſum eſſe fluctibus.

Nocturna unda: ideſt aqua: quam notaſti nocturno tempore. Cæſaris unda fuit: propterea pepercit. At unda Neptuni non pepercit Læandro.

Sæcula Carpophorum. Laudat itẽ Carpophorus: q̃ ſolus plures feras iterfecerit quã oẽs qui monſtra domuiſſe dicũtur. Nullũ opus. i. nullus labor fuiſſet hoibus i mõſtris. Tuliſſet: natus eſſet.

Marathon:urbs est nõ pcul ab Athenis ad quã Hercules abegit taurũ ex creta amatũ a Pasiphae qué taurũ illic postea domuit Theseus. Plutharchus & diodorus testes: marathon nõ timuisset: qa eũ aprũ Carpophorus iterfecisset. Archas menaliũ: de apro erimãtheo intelligit: quem Hercules iterfecit. Menalus: mõs arcadiæ. Nec armata manus hydræ: de hydra lernæ intelligit: quã octo capita habẽtẽ Hercules oppressit. Vna mors. i. uno certamine superasset hydrã quod Hercules nõ potuit. Chymera: mõstrũ quod Solinus mõtem iterprætatur fuisse: domitum a Bellorophõte filio Glauci. Semel: uno ictu. Ignipedes: tauri euomẽtes ignẽ custodiebãt uellus aureũ: eos superauit Iason: ope Medeæ.

Non marathon taurum: nemeæ frondosa leonẽ
Arcas mænalium non timuisset aprum.
Nec armata manus hydræ mors una fuisset
Huic percussa foret tota chimæra semel.
Ignipedes posset sine colchide uincere tauros
Soluere et hesionem solus et andromeden.
Herculeæ laudis numeretur gloria plus est
Bis denas pariter perdomuisse feras.

De natatoribus.

Lusit nereidum docilis chorus æquore toto:
Et uario faciles ordine pinxit aquas.
Fuscina: dente minax. nexu. fuit ancora curuo
Credidimus rerum: credidimusque ratem.
Et gratum nautis sydus fulgere laconum:
Lataque perspicuo uela tumere sinu.
Quis tantas liquidis artes inuenit in undis?
Aut docuit lusus hos thetis: aut didicit?

Laus Augusti.

Augusti luades fuerãt committere classes:
Et freta nauali sollicitare tuba.
Cæsaris hæc nostri pars est quota uidit in undis
Et thetis ignotas: et galathea feras.
Vidit in æquoreo feruentes puluere currus:
Et domini triton ipse putauit equos.
Dumque parat sæuis ratibus fera prælia nereus
Abnuit in liquidis ire pedester aquis.
Quicquid et in circo spectatur et amphiteatro
Diues cæsarea prestitit unda tibi.

Sine colchide. i. sine ope Medeæ: quod nõ potuit Iason. Hesionẽ: filiã laome dõtis: obiectã mõstro marino: & deiectã saxo liberauit Hercules: cũ illac nauiga ret una cũ argonautis. Andromede: Cephei filia fuit regis æthiopũ mõstro data: eã liberauit Perseus pactus eius nuptias. Hæc erat ĩ Iope portu: Plinius: Ouidius: Propertius: Exoluit duris cãtibus Andromedam. Pariter: eodem certamine Hercules duodecim pdomuit. At Carpophorus. xx. plus ergo egit.

Lusit nereidũ: assentatur principi. nã cum domitianus maxime studuerit ut eius naumachia classes iustæ & ueræ uiderẽtur: scribit omnia ita repræsentata ac si ĩ mari res gesta esset ueris classibus: tãtique artificii fuisse hoc spectaculũ: ut ipsa Thetis aut docuerit hãc pugnã aut didicerit: quasi ĩuat ope mortali nõ potuisse perfici. Docilis chorus nereidũ: idest doctæ puellæ repræsentãtes nereides magna docilitate & ingenio. Toto æquore. i. tota naumachia. Pinxit: idest distinxit & circũscripsit iceſſu. Fuscina: tridens Neptuni & ancorã & remos credidimus esse ueros adeo omnia fuerũt bene repræsẽtata. Sydus laco. significat Castorẽ & Pollucẽ: qui prospera signa sũt nauigãtibus: Ioue cõcedẽte eorũ meritis ut Diodorus & Hyginius scribũt Eorum ortu occidit Helena sydus tempestuosum & minax: ut scribit Plinius. Oratius. Sic fratres Helenæ lucida sydera. Conspicuo: aperto: aut docuit aut didicit.

Augusti laudes: Anteponitur naumachia Domitiani classi Augusti qua superatus est Antonius: quoniam non modo sit pugnatum: sed etiam nymphe & alia maris numina repræsentata: & præterea ludi editi qui interra solent spectari. Iubet igitur poeta omissa naumachia Claudii: quæ olim erat celebris: & Neronis unam hanc celebrari: Placet ut potius intelligas de uera pugna aduersus Antonium: quam de naumachia: quam edidit Augustus: uel certe de exercitatione classium Augusti ĩ lucrino lacu ĩntelligit ubi tota hyeme copias ad bellum siculum auctore Tranquillo exercuit. Quota pars est hæc? quasi di. minima pars eorum quæ uidimus admiratione digna. Triton: Salaciæ & Neptuni filius. & eiusdem numinis tubicen ferarum: quia in mari edidit lusus ferarum: & uenatões. Domini: Neptuni. solum erat in mari: in quo ludi & uenationes exercebantur. Ire pedester: placet tamen ut intelligas illas feras nataſſe: quoniam Traquil. scribit ita factum esse in naumachia Neronis. Sæuis ratibus: quæ illic erant. Diues: plena ludorũ. In circo: aliquando dabantur ludi. Fucinus Claudius edidit pugnam naualem in fucino marsorum lacu: ita ut renuentes pugnare ex littore: nũc abhortationibus: nũc minis ĩ certamine ĩpulerit: repreſentato etiã Tritone tubicine emergẽte ex medio lacu per machinã. Classis rhodia & sicula cõgressæ sunt: auctor Suetonius.

Fucinus:naumachia Claudii. Pigri Neronis:Nero dedit naumachiã aq̃ marina ĩducta:ĩ q̃ nata rũt feræ. Pigri:qa nulla exercitatio ferme ĩ illis fuit p̃sertim si cõferant naumachiæ Domitiani.

PERO me secutuꝝ. Scribit hoc nunc ut Demum sit editurus libꝝ. Et hæc epistola apposita est libro confecto. Quisquis de se bene senserit: idest quicũq; sibi conscius nõ sit:& sit uir bonus:non poterit de me cõqueri. Veris nominibus.i.nudis nominibus. Constet mihi fama uilius.i. detur mihi fama uiliore genere scribendi:

Nouissimũ.i.hoc ultimum scribendi genus & infimum:quia tm̃ in iocis uersatur.

Malignus interpres.i.absit q oĩa interpretat̃ ĩ malã partẽ. Si meũ eẽt exemplum.i.si ego essem primus q̃ in hoc genere scriberem:& eẽm exẽplũ posteris.

Non ĩtret cato theatrũ meũ:reph̃ẽdĩtur sub p̃sona catonis ille q̃ cœpit legere epigrãmata:& statĩ dãnat p̃ lasciuiam.nã qui accedit ad ea legenda:ita eũ oportere esse certi & constantis aĩ eorũ lasciuia: ĩmo inquit allectus es ad hæc legẽda p̃ lasciuiã:perstã igit̃.

Nosses:alloquitur seueros hoies sub p̃sona Catonis:ut hũc suũ libꝝ nõ aperiant.si ip̃m perlegere noluerint:ut cato fecĩt:qui ex theatro recessit:ne meretricibus nudis impedimento esset quo minus ludi florales fierẽt:legit̃ de Catone:qui cum ludi ĩ honorem floræ deæ celebrarentur ab meretricibus nudis:ĩgressus est theatrum:quem cum mulieres uiderunt se nudare noluerunt:tanti uiri auctoritate p̃motæ. Cato tũc admonitus ab Cotta: recessĩt ex ip̃o theatro:cui mulieres nudæ probari non poterant.. Martialis igitur uult suũ libꝝ si aperiat̃ ẽt ab seueris hoibus p̃legi constanter cũ in eo permulta bona sint.

Iocose: p̃ meretrices nudas:quarum iocis plurimi risus excitabãtur.

Hic ẽ quem legis:lectori indicat quis sit:simul ei agit gratias: q̃ se uiuo legat epigrãmata cũ nõ nisi mortuoꝝ poetarum libri legi soleant.carmẽ ẽ faleuciũ a Faleuco iuẽtore:auctore Ausonio:Faleucũ auctorem fuisse huius carminis.

Argutis libellis.i.acutis carminibus.

Epigrãmaton: est genitiuus græcus.

Id decus.i.famã:q̃ legit epigrammata mea ante mortem. Rari uel præstantes uel pauci: quoniam & si multi scribunt tamen paucorum scripta legũtur post cineres.

Qui tecum:Docet hos ubi sunt libelli sui uenales. Quos:libellos. Membrana arctat:idest qui exiguo uolumine sunt compacti. Scrinium:uetustissimum uerbum:idest capsa erat in qua res preciosiores seruabantur: & Mitridates epistolas grauiores: & Darius unguenta seruarunt. Da magnis: idest repone magnos libellos in scriniis.

Me manus una capit: libri qui possũt capi una manu enchirida dicunt.

Fucinus et pigri taceantur stagna Neronis.
Hanc norit unam sæcula naumachiam

PERO ME SEQVTVRVM

ĩ libellis meis tale tẽperamentũ: ut de illis queri nõ possit:quisquis de se bene senserit cũ salua ĩfimarum quoque personarũ reuerẽtia ludãt quæ adeo antiquis autoribus defuit: ut nominibus nõ tãtũ ueris abusi sint:sed etiã magnis.at mihi fama uilius cõstet et probetur ĩ me nouissimum ĩgeniũ. Absit a iocorũ nostrorũ simplicitate malignus ĩterpres:nec epigramata mea scribat. Improbe facit qui ĩ alieno libro ĩgenios̃us est. Lasciuã uerborũ licẽtiã:id ẽ epigrãmaton liguã excusarẽ si meũ esset exẽplũ:sic scripsit Catulus.sic Marsus:sic Pedo:sic catulicus:sic q̃cũque plegit̃. Si qs tamẽ tã ambitio se tristis ẽ ut apud illũ ĩ nulla pagina latiẽ loq̃ fas sit põt epistola:uel potius titulo cõtẽtus eẽ. Epigrãmata illis scribũt̃:q̃ solẽt spectare florales. Nõ ĩtret Cato theatrũ meũ:aut si ĩtrauerit spectet. Videor mihi meo iure fcũtus:si epistolã uersibus clausero.

Ad Catonem.

Nosses iocose dulce cum sacrum floræ.
Festoque lusus:et licentiam uulgi
Cur in theatrum Cato seuere uenisti?
An ideo tantum ueneras:ut exires.

Ad lectorem de se arroganter.

Hic est:quem legis ille:quem requiris
Toto notus in orbe Martialis.
Argutis epigrammaton libellis
Cui lector studiose quod dedisti
Viuenti decus atque sentienti
Rari post cineres habent poetæ.

Ad lectorem ubi libri.

Qui tecum cupis esse meos ubicunque libellos:
Et comites longæ quæris habere uiæ.
Hos eme:quos artat breuibus membrana tabellis.
Scrinia da magnis:me manus una capit.

Vbi ſim uenalis:ideſt ubi ſint uenales libri mei. Secundū:ſecūdus ſcriba fuit Othonis: auctore Plutarco:qui mortuo principe cū ad tpa Domitiani ſuperuixiſſet:iūcta familiaritate cū Martiale eius carmia priuſq̄ ederent legebat:tanquā cenſor. Alibi Martialis: Quod ſi legeris iſta cū diſerto ſed nūquid ſumus iprobi ſecundo:Quod aūt dicat ſe uenalē apud ſecundū:nō mirū nā bibliopollæ erant apud antiquos doctiſſimi:libroſq; nouos ab auctoribus rogabāt:ut non minus cenſores eēnt q̄uenditores:nō placet itelligas de Plinio ſecūdo.Libertum:Grāmaticæ ilibertis maxime floruit. Limina pacis:ideſt poſt templum pacis:quod condidit Domitianus prope porticum liuiæ. Palladiūq; foꝝ: ideſt poſt forum iuxta q̄ erat templū Palladis:ut īqt Papinius.potes & de foro nup cōdito a Domitiano ītelligere: qđ poſt ea Neruæ eſt appellatum.

Ne tamen ignores ubi ſim uenalis:et erres
Vrbe uagus tota me duce certus eris.
Libertum docti lucencis quære ſecundum
Limina poſt pacis:palladiumque forum.

Ad librum ſuum.

Argiletanas mauis habitare tabernas:
Cum tibi parue liber ſcrinia noſtra uacent.
Neſcis:heu neſcis domine faſtidia romæ.
Crede mihi nimium martia turba ſapit.
Maiores nuſquam ronchi iuueneſque ſeneſque:
Et pueri naſum rhenocerotis habent.
Audieris cū grande ſophos:dum baſia captas:
Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago.
Sed tu ne totiens domini patiare lituras:
Neue notet luſus triſtis arundo tuos.
Aethereas laſciue cupis uolitare per auras.
I fuge:ſed poteras tutior eſſe domi.

Ad cæſarem.

Contigeris noſtros cæſar ſi forte libellos:
Terrarum dominum pone ſupercilium.
Conſueuere iocos ueſtri quoque ferre triumphi.
Materiam dictis nec pudet eſſe ducem.
Qua thymelem ſpectas deriſorēque latinum:
Illa fronte precor carmina noſtra legas:
Innocuos cenſura poteſt permittere luſus:
Laſciua eſt nobis pagina:uita proba eſt:

Argiletanas:Librū alloquit iā exitur monetq; eū puētur ad cēſurā multorū: nullāq; eſſe cām cur exeat:niſi qđ forte cupit lituras et crebras emēdationes domini euitare. Argiletū: ppe palatium erat locus dictus;uel a morte Argi. ut Virgi.placet:uel ab archilla q̄ eſt tetræ genus:q̄ illic fodiebat:ut Varro addit: ibi erāt tabernæ bibliopollarū:ut in ſuburra tonſor. De his Ora.hæc ait:Nulla taberna meos hēat uel pila libellos.

Dominæ Romæ:epithetū romæ ē.

Turba martia:ideſt turba romanorū q̄ habuere originē a Marte. Nimiū ſapit:nimium acris eſt cenſuræ. Ronchi: dicuntur ſtrepitus qui fiunt & oriuntur ex corrugatione narium fictitio noie ab ipſo ſono:eo aūt utimur deridētes. Sūt q̄ putant a uerbo græco trahi:quoniam illi roſtrum appellant ῥογχοσ. Maiores nuſquam rōchi:ideſt nuſquā fūt maiores deteriores quā Romæ: Et pueri naſum rhinocerotis habent:hoc eſt p ducunt mentum & roſtrum in tantā lōgitudinem:ac ſi eēt cornu rhinocerotis:

Baſia iactas:ideſt dum iactas te habeſ baſia. Audieris cum grande ſophos. i. cum uerbis laudatus fueris,nam illi dicuntur audire grande ſophos qui laudā tur:ut alibi:Quod tam grande ſophos clamet tibi turba rogata.non tu Pōpōi cœna diſerta tua eſt;tractum ab adulatione græca. Græci.n.cum primum alicuius ſcripta;uel legerint: uel audierit: ſtatim aſſentando ſubiiciunt σοφοσ: ideſt doctus ē. Perſius quoq; genere neutro protulit pegaſeum melos. Audieris grande ſophos:ideſt cum illa ſimulata & deriſoria adulatio ſecuta fuerit. Sagum:eſt ueſtis militaris & groſſioris uili.

Romæ iuueues per laſciuiā:qđ Tranquil.& luuenalis idicāt:quos cōtēnebant ſuppoſita ueſte ī aerē iaculabantur.Id Nero & Otho aliquando egerunt. Excuſſo:iactatione:& maiorē exprimit agi tantium & tollentium aliquem.

Cōtigeris:Primo epigrāmate Cæſarē alloquit:ne uideat cōſcius moꝝ illius ſcripſiſſe laſciua: rogatq; ut & hilari fronte legat:cū ſoleat mimos ſpectare:& ut ne talē auctorē iudicet:q̄lis ē pagīa.

Supciliū.i.grauitatē & ſupbiā. Cōſueuere iocos ueſtri quoq; ferre triūphi:nō debes dānarī iocos noſtros laſciuos:qm̄ ī uris triūphis ē iocorū licētia.nā milites triūphātē ſequētes incōdito carmine multa ioculariter canere ſolebāt:nō mō ī alios:ſed ī ipſū prīcipē:ut cæſariani ī Cæſarē:Gallias ſubegit Cæſar: Nicomedes Cæſarē:& ferī æquo aio. Materiā dictis.ī; argumētū iocis.nā de ipo duce aliqñ iocāt. Ducē:pricipē. Thymele:mulier fuit q̄ prima ſaltationē docuit:ūde & Thymele apud græcos latine ſignificat hiſtrionicā:ide datū nomē uxori latini mimmi. Latinus fuit mimmuſ Domitiani:q aut recitādis diei fabulis ut ſcribit Trāqllus:cœnāti prīcipi:aut iocis:& ñnūquā pulſatōe Thymeles riſū,puocabat. Illa frōte:ideſt libera & ſoluta curis. Innocuos: non ſcelerati auctoris.

Vita enim uerecunda est.

Do tibi naumachiam: Distichon ē fictū ex persona cæsaris respōdētis Martiali mittēti librum: & dicentis eē intempestiuum: cum occupatus sit in edenda naumachia: nisi forte uelit carmina aquis mādari: hoc enim sæpe dicitur a Martiale: cum uult ostendere carmina sua nō esse legenda: In tertio cursorem lexta tibi ruffe remissimus hora Carmina: quē madidum nostra tulisse reor. Non alter mitti debuit: iste liber. Do tibi naumachiam: idest edo naumachiā. Vis natare cum tuo libro tu inquit uis hic mergi una cum tuo carmine: quum sis intempestiuus.

Aethereas aquilas: ludebāt lepores ī ore leonis illesi: Comparat aquilam leoni & Ganymedem leporibus. Onus: Ganymedes. Vnguibus timidis: ne læderent Ganymedem. Exorat leones .i. orādo impetrat ueniam & uitam. Quæ maiora miracula putas aquilæ an leonis: q̄si dicat utrunq; potuit fieri: qa hæc sūt miracula. Cæsaris: illa sūt iouis & uterq; deus ē: nam Domitianus deus uoluit appellari: auctor Tranquillus.

Stellæ delitiū: Stella poeta patauius amauit Violentillam neapolitanā: q̄ cū amisisset colūbā: q̄ hēbat ī delitiis & fleret: p̄buit argumētū stellæ cōficiēdi opis de morte columbæ qđ opus columba ī scribitur. Testatur hoc uenus apud papiniū de stella loquens. Hic nostræ defleuit fata columbæ: anteponit Martialis columbam stellæ: idest opus Passeri Catulli. Nā Catullus defleuit passerem amicæ mortuū carmine: quod passer ī scribitur. Verona: patria Catulli. Meus: mihi amicus.

Quod magni thraseæ. Decianus laudat q̄ grauitatē stoicā secutus: & uirtutē summū bonū iudicās exitus Thraseæ & Catonis nō pbat: quorum uterq; stoicū se p̄fessus morte laudē q̄siuit. Pulchrius īquit est laudari ob uitā quā ob mortē. Thraseas: tēporibus nerōis ex libro: quē Munacius edidit de rebus Catonis: icēsus ē studio stoicæ disciplīæ: adeo ut cū dānatus a Nerōe: solutis uenis moreē tur: magna cōstātia suoq; fletū cōpescuerit: libaritq; sanguinē loui liberatori.

Patauius fuit: postea Iunius Rusticus: q̄m eius laudē ediderat: & appellauerat sactissimū damnatus est a Domitiano. Cato Antipatro Tyrio præceptore usus: stoicā disciplinā hausit: uticæ ne ī potestatē Cæsaris ueniret: sibi mortem consciuit. Sic: ea moderatiōe .i. Sequeris dogmata: idest disciplinam. Cōsumati Catonis: idest perfecti. Vt uelis esse saluus: idest ut uelis laudē ex bene acta uita & non ex morte. Facili sanguine: facilitate mortis. plus enim est bene agere in uita: quam se interficere: nam hoc cuius licet: & in promptu est.

Ad marcum.

Do tibi naumachiam: tu das epigrammata nobis:
Vis puto cum libro marce natare tuo.

Quid leo cæsaris.

Aethereas aquilas puerum portare per auras:
Illæsum timidis unguibus hæsit onus.
Nunc sua cæsareos exorat præda leones:
Tutus et ingenti ludit in ore lepus.
Quæ maiora putas miracula? summus utrisque
Auctor adest: hæc sunt cæsaris: illa iouis.

De columba stellæ.

Stellæ delicium mei columba
Verona licet audiente dicam
Vicit maxime passerem catulli.
Tanto stella meus tuo catullo
Quanto passere maior est columba.

Deciani dogma laudat.

Quod magni thraseæ consumatique catonis:
Dogmata sic sequeris saluus ut esse uelis.
Pectore nec nudo strictos incurris in enses:
Quod fecisse uelim te: deciane facis.
Nolo uirum facili redimit qui sanguine famam:
Hunc uolo laudari: qui sine morte potest.

Iocatur in cottam.

Bellus homo et magnus uis idem cotta uideri:
Sed qui belus homo est cotta: pusillus homo ē.

De gemello et marronilla.

Petit gemellus: nuptias maronillæ.
Et cupit: et instat: et precatur: et donat.
Adeo ne pulchra est? immo fedius nihil.
Quid ergo in illa appetitur? et placet? tussit.

Ad Sextilianum potorem

Cum data sint eqti bisq; nque numismata. quare

Bellus homo: Bellus diminutiuum a bono, magnus & bellus non conueniūt. Deridet Cottam qui uolebat dici bellus cum magnus eēt cum magno enim minimum non conuenit.

Petit Venusteus: Damnat & carpit Venustum auariciæ: quod uellet ducere Marronillam uet propter diuitias. Tussit .i. cito moritura est. Tussit: uerbum respondentis martialis.

Cum data: Ebrietatem Sextiliani equitis accusat: de quo paulopost. Sextiliane bibis. Equites in-

ter iudices numerabantur: lege cornelia. Legibus primum cautum fuit: ne supra .c. in conuiuiis cõsumere liceret: inde priuatim præscriptum est equitibus: cum chium & falernum: & reliqua uina re iecta moderatione Cæsaris & Crassi in magnum precium proueniſſent: ne supra .x. nummiſmata equestri epulo impendere possent: nunc Sextilianus bis decies nummiſmata solus bibebat. Calda: antiqui utebantur in mensa & gelida & calida aqua: luue. Gelidæ calidæq; minister.

Itur ad herculei: De hoc regulo multa apud Pli. in epiſto. & nonnunquam cum eius reprehenſione hic causidicus habebat ad quartum lapidem & nemus & porticum: ī qua cũ gestaretur paulopost statī eo egresso corruit: unde inquit Regulum fuisse curæ diis. Gelidas arces: nam tybur est cœli frigidiſſimi. Herculei: quia Hercules tyburi colebatur. Cana albula: albulæ aquæ sunt in agro tyburtino: quæ maxie uulneribus medentur: ut Pli. & Stra: de his Papinius: iunctis fornacibus amnis ridet anhelantes uicino flumine liphas: qui albulam hoc loco pro tyberi accipiunt: falluntur. Rudis: nõ elaborata: & polita. Antiquas umbras: ideſt tempora antiqua. Quam pene: quam quasi. Nimirum: si nõ corruit: dum illic erat Regulus. Timuit fortuna querelas. qa fortuna non potuiſſet ſuſtinere nostrã iuidiã & querelas nostras q amamus te.

Sunt tanti pericula: sensus ẽ: placet factã esse iacturam in porticu collapsa: nã periculum ipsum quod Regulus euaserit aperto testimonio: q̃ sit curæ diis tãti eſſ faciendum ut iactura porticus placere debeat. Stantia tecta probaſſ: ideſt si tecta porticus stetiſſent: non poterat ostendere deos esse quibus curæ erat regulus.

Casta suo: Duæ Ariæ fuerũt: altera mater: altera filia: mater damnato peto marito fodit corpus gladio: eundemque ipsa tradens hac uoce memorabili usa dicitur. Vulnus quod feci non dolet: sed dolet qđ tu facies: quod uerbum & fortis & pii animi mandatum est monumẽtis & epiſtola Plinii. Et hoc carmie filia uxor fuit Peti Thraseæ: quæ morituro marito exemplum matris meditabatur: ut Tacitus scribit: sed Thraseæ uerbis deſtitit. de matre nũc loquitur. Si qua fides: ideſt ſi mihi credere potes.

Delitias: Cæsar laudatur clæmentia Cæsaris in leone: qui cum Cæsaris sit pcit lepori. Lusus & iocos: quoniam feræ non cedebantur a leone. Blãdo dẽte: non lædenti. Vagus: liber & solutus. Vnde potest: ideſt quomodo põt parcere leporibus. Potest parcere: quia refert clæmentiam tuam cæsar.

O mihi post nullos: Iulium sodalem ætate ingraueſcentem: hortatur ad otium & uirtutem cum uoluptate: nam uera uita apud Martia. nihil aliud est quam dare operã uirtuti cum honesta uoluptate: neque expectandum esse ait: cum labantur dies: & ĩcertum sit quid uesper uehat ut Var. scribit. O mihi post nullos: ideſt o Iuli inter primos meos sodales. Lõga fides: ideſt longa amicitia: Iura cana: ideſt antiqua familiaritas. Iam tibi inſtat bis triceſimus conſul .i. iam nactus sis .lx. annum. antiqui terminabant uitam .lx. ãnis. Tua uita numerat paucos dies: ideſt parum dediſti operam ocio: & uirtuti: & relaxationi animi: ideſt paucis diebus uixiſti.

Bis decies solus sextiliane bibis?
Iam defeciſſet portantis calda miniſtros:
Si non potares sextiliane merum.

De regulo.

Itur ad herculei gelidas qua tyburis arces:
Canaque sulphureis albula fumat aquis.
Rura nemusque sacrũ dilectaque iugera musis.
Signat uicina quartus ab urbe lapis.
Hic rudis æstiuas præstabat porticus umbras:
Heu quam pene nouum porticus ausa nefas.
Nam subito collapsa ruit cum molle sub illa:
Gestatus biiugis regulus esset equis.
Ni mirum timuit nostras fortuna querelas:
Quæ par tam magnæ non erat inuidiæ.
Nunc et damna iuuant: sunt ipsa pericula tanti:
Stantia non poterant tecta probare deos:

De aria et pæto.

Casta suo gladium cum traderet aria pæto:
Quem de uiscеribus traxerat ipse suis:
Si qua fides uulnus quod feci nõ dolet inquit:
Sed quod tu facies: hoc mihi pæte dolet.

Ad cæsarem.

Delitias cæsar lususque: iocosque leonum.
Vidimus: hoc etiam præstet harena tibi.
Cum prensus blando totiens a dente rediret:
Et per aperta uagus curreret ora lepus.
Vnde potest auidus captæ leo parcere prædæ:
Sed tamen esse tuus dicitur: ergo potest.

Ad iulium.

O mihi post nullos iuli memorande sodales:
Si quid longa fides: canaque iura ualent.
Bis iam pene tibi consul trigesimus instat:
Et numerat paucos uix tua uita dies.

Non bene diſtuleris:ideſt nō ſapienter facis & differs. Catenati labores.i.in ſpeciem catenæ coniuncti:&perpetui. Aſſere:uendica tibi. Sæpe fluunt ſic:ideſt aſſerta:& uendicata gaudia ſæpe fluunt:adeo gaudia ſunt inconſtantia. Viuam:differe uitam.Immo ſic quoque lapſa ſinu.i. dum loquor amiſimus tempus uitæ & uoluptates.Perſius:Hora fugit:hoc quod loquor inde eſt.q.d. poteramus has horas non perdere.

Sunt bona:Dicit ſe nullo genere epigrammatis abſtinere:ut librum expleat:in quem ſenſum dixit:Edita ne breuibus pereat mihi charta libellis,aliter enim liber in iuſtam magnitudinem nō uenit: Aliter:ideſt niſi omni genere epigrammatum cōgeſto.

Non fit liber:nō creſcit iuſta libri magnitudo.

Cogit me:Reſpondet Tito hortāti ut declamaret potius quam ſcriberet epigrammata:quoniam declamare eēt res magna:negat hoc Martialis cum etiam coloni ſciant agere cauſas:quaſi uelit oſtendere pauciores ſcribere epigrammata quam agere cauſas. Res magna é q̄ facit colonus:qa coloni ſciūt agere cauſas:ut intetrogando legas:nam quod affirmando legunt alii:non placet.

Quid te tucca? Auaritiam Tuccæ carpit:q̄ cum falernum haberet: miſcebat id uinum uaticano uiliſſimo: et in hoc iocatur:Vinum uaticanū eſt uappa:uallis uaticanæ iuxta ædem Petri. Des nobis facile eſt:ideſt iugulare nos quos fortaſſe odiſti facile eſt & ferendum. Amphora: uas eſt in hoc loco:alibi é genus menſuræ:ut dicitur Cæſar centum falerni amphoras die ſui triumphi dediſſe cōuiuis. Cadus eodem modo ut & idē dicitur dediſſe centum cados uini cadichii. Dic mihi in Domitium cecilianū ſcribit:eiuſdem nominis fuit uir amiciſſimus Thraſeæ:hic uocatis conuiuiis boletos ſolus edebat:eius inhoſpitalitatē carpit poeta:imprecaturque ut par é tā to uentri:& gullæ:ut talem edat boletū qualem edit Claudius quo uenenatus extīctus fuit:de quo Iuuenalis poſt quē nil Claudius edit. Boletus i gullæ irritamenta uenit nouiſſimis temporibus. p pterea alibi ſcribit Mar. bolletos mittet difficile: Plinius appellat nouiſſimum irritamentum gulæ. Quod autē dicit de Claudio;ſequit hiſtoriam etiam edi tam a Trāquillo qui Claudium ſcribit uenenato boleto eē extictū. Tacitus tradit ueneno necatū ab Agrippina opa lo cuſtæ & miſterio Aloti pguſtatoris. Demū auxilio Xenophōtis medici. Turba uocata ſpectante.i.ſpectantibus cōuiuis. Imprecabor:ut edas talē boletū: q̄lem edit Claudius quo periit.

Dum peteret regem: Tāgit hiſtoriam Porſenæ & Sæuolæ quæ nota eſt. Regē Porſenā. Satelire:ideſt ſcriba. nā Scæuola credidit ſe percuſiſſe Porſenam.

Iniecit ſe ſacris focis.i.iniecit ſe igni:q

Non bene diſtuleris:uideas quod poſſe negari:
Et ſolum hoc ducas:quod fuit eſſe tuum.
Expectant curæque catenatique labores:
Gaudia non remanent:ſed fugitiua uolant.
Hæc utraque manu complexuque aſſere toto:
Sæpe fluunt imo ſic quoque lapſa ſinu.
Non eſt crede mihi ſapientis dicere uiuam:
Sera nimis uita eſt craſtina:uiue hodie.

Ad auitum.

Sunt bona:ſunt quædā mediocria:ſūt mala plura
Quæ legis:hic aliter non fit auite liber.

Ad titum.

Cogit me titus acticare cauſas.
Et dicit mihi ſæpe magna res eſt:
Res magna eſt tite:quam facit colonus.

Ad Tuccam:

Quid te tucca iuuat uetulo miſcere falerno?
In uaticanis condita muſtæ cadis:
Quid tantum fecere boni tibi peſſima uina?
Aut quid fecerunt optima uina mali?
Des nobis facile eſt:ſcelus eſt iugulare falernum:
Et dare campano toxica ſæua mero.
Conuiuæ meruere tui fortaſſe perire:
Amphora non meruit tam precioſa mori.

Ad æliam.

Si memini fuerant tibi quattuor ælia dentes:
Expuit una duos:tuſſis et una duos.
Iam ſecura potes totis tuſſire diebus:
Nil iſtic quod agat:tertia tuſſis habet.

Ad cecilianum.

Dic mihi quis furor eſt turba ſpectante uocata:
Solus boletos ceciliane uoras.
Quid dignū tanto uentrique gulæque precabor?
Boletum clauem claudius edit edas.

De porſena et mutio ſcæuola.

Dum peteret regem decepta ſatellite dextra:
Iniecit ſacris ſe peritura focis.

ad aras ſacras erat. Hoſtis pius: Porſena. Satellite: ideſt ſcriba occiſo. Dionyſius: neſcio qd addit noſtrorum monumentis: ſed nihil ad huuc locum. hæc hiſtoria repreſentata eſt in theatro: & ꝓpte rea ſcribitur epigramma. Alibi: idem apertius de hac eadem hiſtoria repreſentata.

Quid nunc ſæua? idem argumentum quod ſupra de leone & lepore. Non timeat: ſenſus eſt leones non ſæuire in uilem prædam & imbecillam exemplo Cæſaris Domitiani: qui generoſi & alti animi ne in hoſtem quidem paruum & infirmū arma mouet. Dacus puer: ideſt hoſtis puer. nā dacos domuit: quaſi dicat in hoſtes debiles Cæſar non ſæuit.

Sed tam ſæua pius miracula non tulit hoſtis:
Et raptum flammis iuſſit abire uirum.
Vrere quam potuit contempto mutius igne:
Hanc ſpectare manum porſena non potuit.
Maior deceptæ fama eſt et gloria dextræ:
Si non erraſſet fecerat illa minus.

De leone et lepore.

Quid nunc ſæua fugis placidi lepus ora leonis?
Frangere tam paruas non didicere feras.
Seruantur magnis iſti ceruicibus ungues:
Nec gaudet tenui ſanguine tanta ſitis.
Præda canum lepus eſt: uaſtos non implet hiatus
Non timeat dacus cæſaris arma puer.

Ad cottam.

Inuitas nullum niſi cum quo cotta lauaris:
Et dant conuiuam balnea ſola tibi.
Mirabar quare nunquam me cotta uocaſſes:
Iam ſcio me nudum diſplicuiſſe tibi.

Ad decianum.

Aſpicis incomptis illum deciane capillis:
Cuius et ipſe times triſte ſupercilium.
Qui loquitur curios aſſertoreſque camillos:
Nolito fronti credere: nupſit heri.

Ad fauſtinum.

Ede tuos tandem populo fauſtine libellos:
Et cultum docto pectore profer opus:
Quod nec cecropiæ damnent pandionis arces:
Nec ſileant noſtri prætereantque ſenes.
Ante fores ſtantem dubitas admittere famam?
Teque piget curæ præmia ferre tuæ?
Poſt te uicturæ per te quoque uiuere chartæ
Incipiant: cineri gloria ſera uenit.

Ad ſextilianum.

Sextiliane bibis quantum ſubſellia quinque.
Solus aqua totiens ebrius eſſe potes?
Nec conceſſorum uicina numiſmata tantum:
Aera ſed a cuneis ulteriora petis.
Non hæc pelignis agitur uindemia prælis:

Inuitas nullū: Cotta habebat balnea: & eos inuitabat: quos in balneis mentulatos inſpexerat: Volebat enim ſubagitari. hi autem iuuenes mentulati qui alios ſubagitabant drauci dicebantur uerbo græco quaſi agentes: Δραω latine ago. Neque mirandum eſt in his ſeruatā eſſe uocem græcam: quoniā & in his qui patiuntur ſeruata eſt. nam pathici appellantur a πασχω qd eſt patior. mentulari autem ab his qui uolebant ſubagitari ex balneis eligebātur: ut alibi: Oculis deuorātibus draucos: hoc eſt q auidiſſime intuebatur & optabat. Scio me nudum diſplicuiſſe tibi: quoniam uidiſti me non ſatis mentulatum ut tibi præſtare operam poſſim.

Aſpicis incomptis: notat barbatum Cynædum: qui cū ſocraticus uellet uideri & aſper: ſubagitabatur: hoc genus hominū carpit Iuuenalis: & ſocraticos Cynædos appellat: quo loco interpretādo neſcio quid multi garriant Superciliū. i. grauitatē. Et ipſe q es ſtoicæ diſciplinæ ut alibi de eodem: qd magni Thraſeæ & cætera.

Ede tuos: Hortat Fauſtinum ut edat ſuos libros compoſitos. & aſſeq̄tur laudem: cum poſſit uiuens eam aſſequi.

Opus cultum docto pectore: ideſt ingenio tuo. Quod opus: nec damnent arces cecropiæ: nec noſtri: nec græci: hoc ē opus a græcis: & a latinis laudandum.

Cineri gloria ſera: ex ſententia Epicuri: qui omnia ſoli uitæ tribuit. Quicqd inquit expectamus ī uita ē accipiendū.

Sextiliane bibis: In Sextilianum bibacem: in quem etiam ſupra ſcripſit. Subſellia: ſedes erant: & ad id alludit quoniam erat iudex. nam equites iter iudices numerabantur. Bibis: quantum quīq; ſubſellia: ideſt quantum quinq; tui collegæ. Cuneus: multitudo in ſpectaculo: quæ ordine non ſedeat. Iuuenalis: Cuneis an habeant ſpectacula totis.

Quod ſecurus ames. Hic accipit cuneum pro ea multitudine quæ ſtat ante ſubſellia iudicum. Prælis pelignis: id eſt non habes: nec petis uinum pelignū.

qd' pessimũ ẽ: alibi. Massica peligni mittũt turbata coloni: Nõ tu libertus sed bibat illa tuus. Vini opimi: idest uini opimiani. Vinum opimianum dictum est a. L. Opimio consule: qui eo anno gessit consulatum: quo Gracchi seditionibus popularibus interierunt: nam eo anno cæli tẽperie: quæ coctura dicitur magua uini copia & præstantia: quod uinum in. cc. annos seruatum est: redactum ĩ speciem mellis tantæ æstimationis ut amphora centenis nummis ueniret. Adhibebantur aliis medicamenta: ut opimiana uiderentur. Alibi Martialis: Fœlix autũnus opimi. Cicero in oratore: & Plinius auctores Massica cella: de falerno intelligit: quod nigrum est: qd' massicum: alibi a poeta. De sinuessanis uenerunt massica prelis. Laletana: prouincia est hispaniæ: q̃ uinum turbidum & uappam mittit: quanuis nõ procul sit a Tarracone: quæ hẽt optimũ uinũ: uel Fex laletana: hoc est pete uinum laletanum: nam eius erat magna copia: quod Plinius scribit, laletana ĩquit copia: Tarraconensia elegantia superant. Mẽdosa est dictio in codice Plinii recentiore Lusitana pro laletana:

Vua nec in tuscis nascitur ista iugis.
Testa sed antiqui fœlix siccatur oppimi:
Egerit et nigros massica cella cados.
A caupone tibi fex laletana petatur:
Si plusquam decies sextiliane bibis.

Ad procillum.

Hesterna tibi nocte dixeramus:
Quincunces puto post decem peractos
Cœnares hodie procille mecum.
Tu factam tibi rem statim putasti
Et non sobria uerba subnotasti
Exemplo nimium periculoso.
μισω μνήμονα πμοτην προηιλλ

Ad accerrã.

Hesterno fetere mero qui credit acerram:
Fallitur: in lucem semper acerra bibit:

Ad fidentinum.

Fama refert nostros te fidentine libellos:
Non aliter populo quam recitare tuos.
Si mea uis dici gratis tibi carmina mittam:
Si dici tua uis: hæc eme ne mea sint.

De diaulo medico.

Chirurgus fuerat: nunc est uespillo diaulus:
Cœpit quod poterat clinicus esse modo.

De encolpo.

Hos tibi phœbe uouet totos a uertice crines:

Hesterna nocte: Incaluerat mero Martialis hesterna nocte: inuitauitq; Procillum ad cœnã sequẽtis diei Procillus uenerat cœnaturus: dimittit' hoc epigrammate: ait enim poeta nimium ꝑiculosũ esse exemplum: si ebriorum uerba pondus habeãt & auctoritatem. deniq; uersu græco ait se odisse compotorem memorem uerborum: quæ inter pocula exciderint: notans figurate scelus tẽporũ suorum: nam poculo & uino nonnunq̃ extorquebantur hæreditates: & testamẽtorum falsæ signationes: qd' alibi aptius ĩdicat. Post. x. ꝑactos qncunces: quincunx est genus mensuræ. Peractos: exhaustos: idest postquã biberamus. x. qncunces. Tu factam rem tibi statim putasti. i. tu statim putasti eẽ factã & ꝑatã cœnã. Verba non sobria. i. ebria. Subnotasti: tractũ a notariis: q in fidẽ & obsignationẽ uerba aliena scribunt. Exẽplo nimiũ periculoso. i. hoc esset nimiũ periculosum exẽplũ: si quæ ab ebrio excidunt eẽnt notanda μωισμνιμονα συμποτην. Procille. i. o ꝓcille odi memorem compotorẽ: hoc est qui tenet memoria quæ medio uini calore iactãtur.

Hesterno: Carpit Accerram: qui semp in Lucẽ biberet. Vnde inquit: qui putat Acerrã fetere mero hesterno: errat. nã sẽp bibit in lucem.

Fama refert: Fidentinus uersibus Martialis uolebat uideri poeta: quos recitabat tanquam suos: Martialis eum monet ut eos emat ne sint sui. locatur alibi. Nam quod emas possis dicere iure tuũ.

Chirurgus fuerat: Chirurgus est medicus uulnerarius. Vespillo est ille qui effert corpora ad sepulturam: a uespere dictus: quoniã maiores ea hora sepeliebantur. Distichon a quo sit intellectum: ñ uideo ut alia multa: sed puto hunc eẽ uerum sensum. Hippocrates ĩcenso tẽplo Aesculapii ĩstituit medicinam: quæ clinice uocatur: ut Varro in rebus diuinis scribit. Qui eam exercebant clinici dicebant', alibi Martialis: Sotæ clinici filia labula: ea medicina sumpsit nomẽ. απο τησκλινησ: qd' est lectus: & quoniam lectus tam cadauerum est: quam ægrotantium: non inepte dicitur: q effert cadauera clinicus. Clinici medici erãt in maiore precio: quam chirurgi. Diaulus prius erat chirurgus nunc factus erat uespillo: Iocans Martia. ait ex chirurgo Diaulum factum esse clinicum: sed nõ potuisset aliter esse clinicus quam elatione cadauerum: ut ridendo dicat diaulum factum esse uespillonem ut se quoq; clinicum profiteatur. nam qui efferunt cadauera: clinici quoque possunt appellari. Cœpit quod poterat clinicus eẽ modo: qa aliter nõ poterat: cũ careret doctrina medici clinici.

Hos tibi phœbe: Encolpus puer erat Auli pudentis centurionis. Centuriones autem proxima dignitate primipilares creabantur. Vouerat puer crines suos phœbo: cum primum dominus factus

esset primipilaris: rogat phœbum poeta: ut auditis pueri ꝑcibus cito faciat primipilarẽ Aulum pudentem: ut puer iã tenera ætate tonsus colla candida domino seruet & ostendat: sed tamẽ faciat eũ sero uirum. Ita fiet: ut Aulus utatur munere phœbi diu & ipse ẽt puer: qa & hic fiet statim primipilaris: ille sero uir. Ita color erit diu primipilaris: puer diu mollis. Encolpus: nomẽ fictũ κολπσο latine sinus: idest ãplectendus. Vouet: antiq uouebant crines & barbam phœbo: & postea ĩ pixide mittebãt: ita egit Nero: ita Farinus apud Papinium Aesculapio. Pudens: idest Aulus pudẽs. Grata præmia: idest primipilatum: qd erat uotum Encolpi pueri. Fac cito tonsũ: ut pudens fiat primipilaris. Sero uirũ: idest sero adultum ut pudens optat.

Encolpus domini centurionis amor:
Grata pudens meriti tulerit cum præmia pili:
Quamprimum longas phœbe recide comas:
Dum nulla teneri sordent lanugine uuluis:
Dumque decent fusæ lactea colla iubæ?
Vtque tuus longum dominusque puerque fruat
Muneribus: tonsum fac cito: sero uirum.

Ad sabidium.

Non amo te sabidi: nec possum dicere quare.
Hoc tantum possum dicere: non amo te.

De gellia:

Amissum non flet cum sola est gellia patrem:
Si quis adest. iussæ prosiliunt lachrymæ
Non luget quisquis laudari gellia quærit:
Ille dolet uere: qui sine teste dolet.

Ad Lesbiam.

Incustoditis et apertis lesbia semper.
Liminibus peccas: nec tua furta tegis.
Et plus spectator: quam te delectat adulter:
Nec sunt grata tibi gaudia: si qua latent.
At meretrix abigit testem: ueloque seraque.
Raraque summenii fornice rima patet.
A chione saltem: uel ab laide disce pudorem:
Abscondunt spurcas hæc monumenta lupas.
Nunquid dura tibi nimium censura uidetur?
Deprendi uero te lesbia: non futui:

Ad cornelium.

Versus scribere me parum seueros
Nec quos perlegat in schola magister
Cornelii quæris: sed ii libelli
Tanquam coniugibus suis mariti
Non possunt sine mentula placere.
Quid si mẽ iubeas thalassionem
Verbis dicere? non thalassionis:

Incustoditis: Accusat Lesbiam: qđ uellet spectari dum futueretur. Peccas: fu tueris. Tua furta: stupra: & adulteria. Tibullus: Celari uult sua furta uenus.

Latent: abscondita sunt. Meretrix: q̃ est turpior mœcha remouet spectãtes.

Sera: quia hostium claudit. Summenii: summeniũ locus in urbe ad circum lupanaria: unde meretrices dicebantur uxores summenianæ. plura in commentariis in luuenalem diximus eo loco: Et ad circum iussas prostrare puellas. Menianí autem dicebantur qui ex loco edito: quem Menianum dicebãt: spectabãt. Tranquillus: Pauci ex proximis menianis: Laide: lais nobile græciæ scortum: cuius coitum ob precii magnitudinem: Demosthenes recusauit: nota illa uoce: non emo tanti pœnitere: reliquis nomẽ dedit. Laidis autem antiquitus tumulus erat corinthi: inscripta læna arietem prioribus pedibus sustinente: alterum eiusdem monumentũ in Thessalia: quo Hi postratum est: secuta eius amore capta a siccariis patria in Siciliam abducta fuit cum puella esset capta insula ab atheniẽ. duce Nitia diuendita corinthi: meretrices omnes forma supauit: auctor Pausanias. Chione nomen meretricis a candore sumptum: nam Χιον significat niuem. Hæc tamẽ nigra erat ut alibi luuenalis Et dubitas alta chionem deducere sella. Monumenta: cellulæ: instar monumentorum. Deprendi: in adulterio non uero te futui.

Versus scribere: Cornelius conquerebatur Martialem scribere uersus parum seueros & impudicos: qui non possẽt legi in scholis. Parum seueros hoc ẽ impudicos. hi libelli huiusmodi quales ego scribo: non possũt placere sine pruritu.

Thalassio: deus nuptiarum: qui ita a romãis est appellatus: apud græcos Hymenæus. cuius laudes canebantur uersu lasciuo. Ait Martialis eiusdem laudes non posse cantari: nisi uersibus suis eiq; numini dicatis: quod si iubeas me dicere Thalassionem: idest celebrare epithalamion. Florales lu-

di celebrantur a nudis magna licentia: de quibus supra. Quis floralia uestit? ideſt quis petit ut ludi florales fiant a nudis? quaſi dicat nemo. Stolatum pudorem: Stola ut Porphyrio: & Marcellus ſcribunt matronæ utebantur ad imos pedes: quam inſtita aſſuta ambibat. de matrõis Papinius: Stola mixta laborat: Oratius. Sunt qui nolint tetigiſſe niſi illas: Quarum ſubſuta talos tegit inſtita ueſte: Ouidius. Ecquid ab hac omnes rigida ſubmouimus artes: Quas ſtolla contingi: ſumptaque uitta uetat. Stolatum pudorem: ideſt pudorem conuenientem matronæ: ita nec tu debes aliqd præſcribere iocis meis. Pruriãt: ideſt libidine laſciuant: nam pruritus libidinis proprie eſt. Caſtrañ: ideſt auferre uerba libidinoſa: nam ut priapum decet eſſe bene mentulatum: & non caſtratũ in quo ſola mentula eſt in admiratione: ita libelli hniuſmodi debent habere pruritum & laſciuiam qua ſola placent. Gallo priapo: ideſt caſtrato: nam galli ſacerdotes erant caſtrati.

Si lucane tibi: Laudat amorem Lucãi & Tulli fratrum: quem anteponit amicitiæ Pollucis & Caſtoris. Caſtor & pollux interierunt: cũ Lynceus & Idas Spartham oppugnarent: Alii ſcribunt caſtorem tantum extinctum in bello lacedæmoniorum aduerſus atheniẽſes. Aliam fabulam tangit Ouidius in faſtis: illud autem Homero auctore inter omnes cõuenit: Pollucem conceſſiſſe uitam dimidiam fratri mortuo: ut alternis diebus uiuerent ut alii tradunt: ut ſenis menſibus uiciſſim: Hyginius q̃ ſcribit caſtoris & Pollucis ſydera alternis diebus lucer̃.

Lædæi: Caſtor & pollux filii lædæ: q̃ lacena fuit.

Ventris onus: aureo uaſe uſos eſſe romanos non tam frequens eſt hiſtoria q̃ argenteo. Conqneritur enim Plinius: fœminas lauari uaſe argenteo: & eandẽ metalli materiem ſeruire cibis & ſordibus. Meſſala autem orator ſcribit Antonium aureis uaſis ad ꝓbra etiam uſũ eſſe. Baſſa purgabat uentrem: & demittebat aluũ uaſe aureo & uitreo bibebat. iocatur Martialis: & carpit Baſſam carius cacare q̃ bibere. Onus uẽtris. i. ſtercus. Miſero auro: qa ſtercori ſeruiebat.

Quem recitas: Fidẽtinus recitabat uerſus Martia. ſed cũ recitabat ꝓpter raucitatem: & quod male recitabat: incipiebant eſſe eius uerſus: & libellus: quoniã ipſe malos ſolebat facere.

Si quis erit: laudat Detianum de quo ſupra. Doctus artibus cecropiæ & latiæ Mineruæ: ideſt doctus artibus græcis & latinis. Ore arcano: qui clam precãtur deos: mala imprecãtur: Perſius: Dic clare ñ audiat hoſpes. Diſpeream: admirantis eſt.

Qui ducis uultus: in inuidum: cui imprecatur ut nunquam inuidiæ cauſa deſit: idem imprecatur Ouidius in ibide. Inuideat nemo tibi: nam cui nemo inuidet: is miſerrimus eſt.

Quis floralia ueſtit? et ſtolatum
Permittit meretricibus pudorem.
Lex hæc carminibus data eſt iocoſis:
Nec poſſunt niſi pruriunt iuuare.
Quare depoſiia ſeueritate
Parcas luſibus et iocis rogamus.
Nec caſtrare uelis meos libellos:
Gallo turpius eſt nihil priapo.

Ad lucanum et tullium.

Si lucane tibi: uel ſi tibi tulle darentur
Qualia ledæi fata lacones habent.
Nobilis hæc eſſet pietatis rixa duobus:
Quod pro fratre mori uellet uterque prior.
Diceret infernas ſi quis prior iſſet ad umbras:
Viue tuo frater tempore: uiue meo.

Ad baſſam.

Ventris onus miſero: nec te pudet: excipis auro:
Baſſa bibis uitro: carius ergo cacas.

Ad fidentinum.

Quem recitas meus eſt o fidentine libellus:
Sed male cum recitas: incipit eſſe tuus.

Ad detianum.

Si quis erit raros inter numerandus amicos
Quales priſca fides famaque nouit auos
Si quis cecropiæ madidus latiæque mineruæ.
Artibus et uera ſimplicitate bonus.
Si quis erit recti cuſtos imitator honeſti.
Et nihil arcano qui roget ore deos.
Si quis erit magnæ ſubnixus robore mentis:
Diſperear: ſi nõ hic decianus erit.

Ad liuidum.

Qui ducis uultus: et non legis iſta libenter:
Omnibus inuideas liuide: nemo tibi.

In cecilium.

Vrbanum tibi cecili uideris.

Vrbanus nimium: Cecilium qui urbanus uolebat uideri inſulſis iocis carpit: oſtenditque quĩ dẽ iocari: ſed ñ urbãius q̃ q ſeruili dicacitate ludunt. quare nõ dẽt is ſibi uideri qd ipſi ſoli uidetur

& aliis minime.urbani dicuntur faceti ciuili ioco ab urbe. Ambulator:nam uiliores personæ trãs tyberim habitabant. Verna ambulator transtyberinus:Manlis uerna:Scurra transtiberinus fuit: autore Porphyrione:ut accipias uerna pro cognomine:sed magis placet distinguas & dicas.Verna es:similis uernæ:ut alibi. Vernaculorum dicta sordidum dentem:& feda linguæ probra circulatricis.In quo aduertẽdum ꝙ dixit hic ambulatorem dixisse illic circulatricem:nam uernæ solent scurriliter iocari. Sulphurata uasa:de huius permutatione meminit Iuue.Et iam rupto poscentẽ sulphura uitro:nam quod nõnulli de glutinio in uersum Iuue. aiunt:falsum est. & papi.quique communitus commutat uitreis gregale sulphur. Cicer:de lupino potes ĩtelligere:qui aqua calida madidus uendebatur:quod genus leguminis & pueris & ociosis emitur. Corõæ: multitudini: Sallarii:dicuntur qui salsamenta uendũt. Tomacla:pro tomacula.Iuuenalis:Candiduli diuina tomacula porci.Dicuntur a frequenti incisione:nam significat incido. Hoc genus cibi seruile habebatur.in lusu autem ex porcis erant abdomina:testiculi uuluæ.Sincipitia uerna: quæ censoriis legibus aliquando fuerunt interdicta.

Magister: idest mango gaditanarum puellarum.Alibi:Nec de gadibus ĩprobis puellæ uibrabant sine fine prurientes Lasciuio docili tremore lumbos.Harum etiam meminit Papinius in saturnalibus. Dicax uetuli:idest exoleti:

Nam exoleti dicatiores esse solẽt actæ ætatis ĩpudentia. Galbam:Galba temporibus augusti urbanitate cum Sarmẽto certauit:Sarmenti:Oratius in satyra: & plutarchus in antonio meminerunt scurræ ambo erant. Alibi:Ille suo fœlix Cæsare Galba.Iuuenalis.Quod nec sarmentus iniquas Cæsaris ad mensas nec uilis Galba tulisset. Caballus:scurra peritissimus fuit:gratusque iocorum urbanitate.hi tamen.s. Galba & tectius Caballus scurrilitate potius q̃ dignitate urbanitatis placuerunt. Natũ:ad iudicandũ. Stolida procacitate:ille qui impudenter iocatur non ẽ Tectius:sed Caballus. alludit cũ nomĩe Caballi: Brutumque hic accipit. Tectius: ita habet codex antiquus.Testius alii:Afferreque posse uidentur illud Iuuenalis:Quãuis iurato metuam tibi credere testi. Nam Testius Trebius is est dictus:alii legũt testi:ut sit dandi.Testii præterea oratoris meminit Eusebius.

Non es:crede mihi:quid ergo?uerna es.
Hoc:quod transtyberinus ambulator
Qui pallentia sulphurata fractis
Parmutat uitreis:quod ociosæ
Vendit qui madidum cicer coronæ.
Quod custos dominusque uiperarum:
Quod uiles pueri salariorum.
Quod fumantia qui tomacla raucis
Circunfert tepidis cocus popinis
Quod non optimus urbicus pœta.
Quod de gradibus improbus magister.
Quod bucca est uetuli loquax cinædi.
Quare desine iam tibi uideri:
Quod soli tibi cecili uideris.
Qui galbam salibus tuis et ipsum
Posses uincere sestium caballum.
Non cuicunque datum est habere nasum
Ludit qui stolida procacitate
Non est tectius ille sed caballus.

De Portia.

Coniugis audisset fatum cum portia bruti
Et subtracta sibi quæreret arma dolor.
Nondum scitis ait mortem non posse negari
Credideram satis hoc uos docuisse patrem.
Dixit:et ardentes auido bibit ore fauillas:
I nunc et ferrum turba molesta nega.

In Mancinum.

Bis tibi triceni fuimus mancine uocati:

Coniugis audisset.Portia uxor Bruti:qui Cæsarem ĩterfecit filia Catonis:audita morte uiri Bruti:poposit ferrũ ut sibi mortẽ cõsciscceret:qd' cũ ab amicis ꝓhiberet ipsa clã sũptis carbonibus & obstructo ore extĩcta est:hoc genus mortis tradiderũt:auctore Plutarco Nicolaus philosophus: & Valerius:q̃uis alii aliter mortuã scribant & ĩusitatũ leti genus carmĩe ꝓsequit poeta.Bruti:q̃ cecidit ĩ Philippicis. Mortem non posse negari:cuipiam.Idem dixit cato pater huius moriturus. si caput inquit parieti illisero:aut spiritum præclusero:facile mori possũ:& docuit qm̃ deceptis custodibus se ĩteremit. Et docuisse hoc.s.mortẽ nõ posse negari alicui. Nunc:deridet Martialis eos qui putant tantum posse mori ferro.

Bis tibi triceni mãcius.Ix.cõuiuas ĩ hospitali ostẽtatione elusit.nã his uocatis apꝝ apposuit nullo alio ferculoꝝ gñe addito:nec q̃cq̃ ĩde distribuit:ait Mar.q ĩter cõuiuas fuerat:spectatũ apꝝ fuisse ĩ mẽsa:ut ĩ harẽa solet spectari.nã & harenæ spectatores:ꝑter oculoꝝ uoluptatẽ nihil ex feris hñt. Imprecat igit ne ipsi unq̃ aper apponat:sed ipse apponat tali apro:q̃li fuit laniatus Caridemus.

Here:antique pro heri. Vuæ duracine:quæ a duricie acini dictæ sunt:hæ ut Columella & pli. docẽt:aut suspensæ asseruantur:aut ollis cõditæ uinaceis circunfumantibus:de his in distic.nõ utilis cyatis & inutilis uua lyeo:sed non potãti me tibi nectar ero. Melimella:poma quædam mustea dicebantur:q̃ celeriter mitescerent.eadem nouissimis temporibus dicta sunt melimella a mellis sapore. Certant fauis:sapore & dulcedine. Nõ pira:pira ampulacea potes intelligere:nã hæc optime seruabantur. Longa religata genesta:idest longis uinculis. Genesta:genesta uirgulta dicunt unde pendentes fructus seruabantur:ut hic. Punica mala:idest granata mala.

Imitata breues rosas:quæ cito occidũt uel breues:quoniam miores rosæ maioris coloris sunt:an a similitudine magis quia ut rosæ erumpunt ex foliis:ita mala punica quæ optima sunt cum mitescunt aperiuntur. Fiscina a ferendo dicta est:ut placet Varroni:notum instrumentum: Meta:pro lacte coagulato accepit a forma:ut puto metarum:nã meta in ludis instar rotundæ columnæ surgebat:ĩ q̃ spẽm lac coagulatum mitti uidemus. Oliua de cadis picenis:picenæ oliuæ & fidicinæ cibis optimæ seruabantur:tamen transmarinæ præstãt.In distichis:Hæc quæ picenis uenit sub ducta trapetis:Incohat atque eadem finit oliua dapes. Nudus ap:ap mensis romãis appositus est exemplo Rulli:qui primus aprum integrum dedit conuiuis: pater Rulli fuit:ĩ quẽ iuectus Cicero pro lege agraria.Iuue.Quanta est gula quæ sibi totos ponit apros? Postea & bini & terni onerarãt mẽsas. Nudus:sine aliis rebus.

Pumilione:nanos græci latini dixerũt pumiliones:pumiliones nani dicũt ĩ delitias romanoꝝ quoꝝ pugnã edidit Domitianus in spectaculis.Papini.in satur. Hic audax subit ordo pumilionũ. Inde datum:ex apro:quia tantum est appositum. Talia facta.i.tale scelus. Caridemus damnatus a Domitiano:dentibus apri discerptus est.

Lasciuos:iocatur cum stella:ait enĩ si multis uersibus & paucis scripsi lusus leonum:& idem bis feci:potes me punire ut apponas mihi bis leporem.Maior charta:idest multa carmina. Bis idem: repetitis epigrammatibus: nam hoc argumento sæpe scripserat.

Edita ne breuibus:Breuibus libellis: idest paucis carminibus: nam liber paucorum uersuum facile interit. Dicatur potius τονΔαπαμεῖβομενοσ certum inquit est nõ modo bis eadem scribere aliis uersibus quemadmodum feci de lepore,sed etiam uti iisdem uersibus si opus fuerit:ut Homerus inculcat.τον Δαπαμεῖβομενοσ decretum mihi est agere hoc ut iustam & integram libri magnitudinem absoluam in quem fere me sensum illud distichon exiit:sunt bona:& cætera.puto hos duos uersus debere hærere superioribus τονΔαπαμεῖβομενοσ :significat.huic autem respondens:quod uirgilius interpretatus:quẽ contra.

Cum dicis propero:Edili Cinædi cõsiliũ & morẽ reprehẽdit:& ĩpudẽtiã qui ĩ coitu iubebat pædiconẽ ,pperare:cõsulit Martialis:si cito cupit absolui:rem hortetur potius ne properet:qa ita peraget uelocius.Lãguet:cadit métula. Propero:idest habeo negociũ. Fac si facis;uerba edili ĩcrepantis frigidum pediconem:id est si uis facere:fac & propera.

Rictib⁹ his tauros:dõitores leonũ ñ potuerũt tauros:& lepores eũt & redeũt liberi. Hoste:ex oꝝ leõis.

Et positum est nobis nil here:præter aprum
Non quæ de tardis seruantur uitibus uuæ
Dulcibus aut certant:quæ melimella fauis.
Non pira quæ longa pendent religata genesta:
Aut imitata breues punica mala rosas.
Rustica lactantes nec misit fuscina metas:
Nec de picenis uenit oliua cadis.
Nudus aper sed et hic minimus:qualisque necari
A non armato pumilione potest.
Et nihil inde datum est: tantum spectauimus oẽs
Ponere aprum nobis:sic et harena solet.
Ponatur tibi nullus aper post talia facta
Sed tu ponaris cui caridemus apro.

Ad Stellam.

Lasciuos leporum cursus:lususque leonum
Quod maiõr nobis charta minorque gerit.
Et bis idem facimus nimium si stella uidetur
Hoc tibi:bis leporem tu quoque pone mihi.

De libro suo.

Edita ne breuibus pereat mihi charta libellis
Dicatur potius τον Δαπαμεῖβομενοσ

Ad Edilum.

Cum dicis propero:fac si facis edile langue:
Protinus:et cessat debilitata uenus.
Expectare iube.uel ocius ibo retentus.
Edile si properas:dic mihi ne properem.

De Leone et lepore.

Rictibus his tauros non eripuere magistri:
Per quos præda fugax itque reditque lepus
Quodque magis mirum:uelocior exit ab hoste:

Nec nihil a tanta nobilitate refert.
Tutior in sola non est cum currit harena
Nec caueæ tanta conditur ille fide:
Si uitare canum morsus lepus improbe quæris.
Ad quæ confugias hora leonis habes.

Ad licianum de hispaniæ locis:

Vir celtiberis non tacende gentibus
Nostræque laus hispaniæ.
Videbis altam liciniane bilbilim
Equis et armis nobilem.
Sterilemque canum niuibus effractis sacrum
Vada ueronem montibus.
Et delicati dulce botrodi nemus
Pomona quod fœlix amat.
Tepida natabis lene congedi uada
Mollesque nympharum lacus.
Quibus remissum corpus astringens breui.
Salone qui ferrum gelat.
Præstabit illic ipsa figendas prope
Voberca prandenti feras.
Aestus serenos aureo franges tago
Obscurus umbris arborum.
Auidam rigens dircenna placabit sitim
Et nemeta quæ uincit niues.
At cum december canus et bruma impotem
Aquilone rauco mugiet.
Aprica repetes tarraconis littora.
Tuamque laletaneam.
Ibi illigatas mollibus damas plagis:
Mactabis et uernos apros
Leporemque forti callidum rumpes equo
Ceruos relinques uillico
Vicina in ipsum silua descendet focum
Infante cinctus sordido
Vocabitur uenator: et ueniet tibi
Conuiua clamatus prope.
Lunata nusquam pellis et nusquam toga
Olidæque uestes murice.
Procul horridus liburnus et querulus cliens
Imperia uiduarum procul.
Non rumpet altum pallidus somnum reus.
Sed mane totum dormies.

Nec nihil; idest aliquid: refert ex nobilitate leonis: cum celerior inde exeat. nã uidetur inde sumpsisse uires. Sola harena: ubi non sunt feræ. Fide: securitate & numine. i. non est tutior in cauea ubi seruabatur q̃ in ore leonis: quod cũ mirũ sit dedit acumen uersui.

Vir celtiberis. Licianum uirum celtiberum proficiscentem in hispaniam te dioque urbis se referẽtẽ ad ociũ carmie prosequitur trimetro: iambico & dimetro: repetitaque locorum illorum amœnitate fastus urbanos accusat & probat liciani consilium. Non tacende: idest celebrande a me qui celtiber sum: & a tuis popularibus. Nostræ patriæ: Hispaniæ. Bilbilim altam edito loco conditam & bellicosam. Sacrum uada: habẽtem aquas sacras & multas. Veronẽ: fluuium. Vero fluuius ẽ celtiberiæ ut Ptholomeus: & uerões populi: ut Strabo. inepti homines legerunt uada uero coniuncta dictione: cũ duo sint. Vade nota significatiõe: & Vero fluuius. Efractis niuibus. i. deliquatis niuibus. Botrodum oppidũ ẽ pascuis & siluis amœnum.

Pomona: dea fructuũ ꝑp ubertatẽ pomoꝝ quæ illic sũt. Tepida lene cogedi uada. Lene: Leniter. Cogedus: flu. Remissum corpus: id est resolutum. Salone: salo fluuius est cuius temperatũ ferrum optimum est. Corpus relaxat aqs calidis: frigidis astringitur. Voberca: silua & uilla. Franges: arcebis. Ilece: nobilis nomine prouinciæ: unde portus illecetanus. Nemeta: fons: qui frigiditate superat niues. Mugiet: insonabit.

Tarraco: nobile oppidum est uino & præstantia uirorum: portu tñ caret. Laletania prouicia ẽ corrupto uerbo apud Strabonem: Apros: uernas: natos illic & ante ianuam. Rumpes: superabis laxando equo. Forti: idest ueloci. Lunata nusquam pellis: idest nusquam uidebis nobiles: nã calceis lũatis utebãtur nobiles. luue. Nobilis & generosus: Appositã nigræ lunam subtexit alutæ. formã ãt lunæ gestabãt nobiles ut Castor scribit: ĩdicates post mortẽ lunã fore sub pedibus: præterea multæ cãæ afferũtur sed hæc maxime placet: quã Plutar. exponit in quæstionibus: q̃. s. fuerit id institutũ Euãdri & arcadũ qui cũ a lunæ se oriũdos dicãt: & lunares appellentur: ortũ ĩdicãt calcei figura: quem morẽ nobiliores romani secuti sũt: declarãtes se ab Euãdro recta stirpe oriũdos. Liburnũ: gẽus uehiculi erat: & ꝑco liburnus: hic ꝑ ꝑcone: luuena. Primus clamãte liburno Currite iã sedit: rapta ꝑperabat abolla. Cliens querulus: qa semp que runtur cliẽtes. Pallidus: tĩore. Mercetur: idest emat alius laudem & sapiẽtiã.

miſerere fœliciũ:idé iſtorum qui ſe putant fœlices. Surra:cauſidicus fuit & amicus Martialis:pal phurius ſurra dicebatur:cuius meminit Trãquil.in uita domitiani.& Pli.in epiſto.& Martialis alí bi:Non impudenter ſenſus ẽ non immerito ocium debet ſuas partes uendicare:cum fama ſuas par tes eſt aſſecuta:& ita laudat Licianum:qui cum ſit famam aſſecutus merito otium & quietẽ petit.

Si tibi miſtyllus:Aemilianus coquum ſuum appellauerat miſtyllum a μιſυλλῶ:φ eſt tenuiter i/cido.uerſus eſt Home.in ilia.cuius initium eſt μιſυλλογταραταλλα quem locũ ita tranſtulit Virgi.Pars in fruſtra ſecant.alludẽs igí tur ad initiũ carminis Homeri:ait.ſi tu appellas coquum miſtylon:ego deíceps appellabo. TarataIla:φ í carmine ſe quitur.ſecabant autem alia:hoc eſt ſeca bant in fruſtra alia ſed iocus eſt ex uo ce dictionũ Home.quia ita ſubſequun tur Miſtylontaratalla:in ilia.& odyſ. idem ẽ carmẽ.

Non facit:De lepore iterum ambiti oſe qui quæris laudem ex pugna & fuga cum leone. Non facit:non conuenit & placet. Niſi prima:ideſt maxima. In/gentis fati:ideſt mortis a leone.

Commendo:Ad Quintianũ cõque ritur de recitatione ſuorum carminum: qua fidẽtinus uolebat uideri pœta: quẽ appellat plagiariũ: qui liberos libellos & emiſſos pro ſuis tanquam ſeruos uen dat. Plagiarius eſt qui hominem libe/ pro ſeruo uendit:cuius rei pœna erat ſã cita lege fania. Præſtes:defendas & tue aris :eſt uerbũ lægis. Plagiarius:qui libe ros libellos a nobis manumiſſos pro ſu/is tenet:& quaſi in ſeruitutem trahit.

Vna eſt in noſtris: Fidentinus inſertis carminibus Martialis uerſus edebat:uo lebatque uideri pœta ut ſupra. Ait autẽ pœta dignoſci uerſus Fidentini:peioreſ que uideri uicinitate carminis Martia/lis:quod per multas ſimilitudines & ex/empla oſtẽdit. Signata quaſi ſtigmate. Domini:quia uerſus tui cognoſcuntur í ter meos:nam peiores ſunt : tractum ab opificibus:quorum opera ſigno impreſ ſo dominũ profitentur: Traducit:ac/cuſat. Bardocucullus:ueſtis erat galli/ca groſſioris fili facta cõpoſitiõe ex bar dis:qui pœtæ ſunt gallicani: & cucullo. Cucullus.n.ueſtis groſſior capiti ẽt tegẽ do apta.Bardi itẽ dicũt ſtulti apud gal los ut póſſit accipere bardocucullum ue ſtem gallicã fuiſſe plebis & uilioꝝ homi nũ:ut í diſtichis: Gallia ſanctonico ue/ſtit te bardo cucullo: Cercopithecorũ penula nuper erat.Lyngonicus:gallicus nam lyngones ſunt populi galliæ.Ty/rianthinæ : ueſtes præcioſiſſimi erant coloris:cõpoſitũ eſt a tyriis:q̃ purpureæ erãt & iãtinus.Ianthinæ ãt dicebãt uio/laceæ:ut uno uerbo dixerit Martialis ty rianthinas;quas Plinius purpura uiola cea tinctas ſcribit. Vrbica tyrianthina: ideſt urbanas ueſtes. Aretinæ teſtæ: aretíum in italia teſtis: Surrentum calicibus terram aptãm habebant:ut Samus uaſis cibariis: auctor eſt Plinius. Alibi in diſtichis: Aretina nímis ne ſpernas uaſa monemus. Lætus erat tuſcis porſena fictilibus. Sic ridetur: ut deridentur tua carmina inter mea. Cayſter: fluuius aſiæ:qui multas aues deferens præter aliam paludem labitur

Mercatur alius grande et inſanum ſophos
Miſerere tu fœlicium.
Vereque fruere non ſuperbus gaudio.
Dum ſurra laudatur tuus.
Non impudenter uita:quod reliquum eſt petit.
Quam fama:quod ſatis eſt:habet.
Iocus ex Homero in coquum.
Si tibi miſtyllus cocus æmiliane uocatur
Dicetur quare non taratalla mihi.
Ad Leporem.
Non facit ad ſæuos ceruix niſi prima leones:
Quid fugis hos dentes ambitioſe lepus?
Scilicet a magnis ad te deſcendere tauris
Et quæ non cernunt frangere colla uelint.
Deſperanda tibi eſt ingentis gloria fati.
Non potes hoc tenuis præda ſub hoſte mori.
Quintianum facit aſſertorem.
Commendo tibi quintiane noſtros
Noſtros dicere ſi tamen libellos
Poſſum:quos recitat tuus pœta
Si de ſeruitio graui queruntur:
Aſſertor uenias:ſatiſque præſtes.
Et cum ſe dominum uocabit ille:
Dicas eſſe meos:manuque miſſos.
Hoc ſi terque quaterque clamitaris:
Impones plagiario pudorem.
Ad Fidentinum.
Vna eſt in noſtris tua fidentine libellis
Pagina.ſed certa domini ſignata figura:
Quæ tua traducit manifeſto carmina furto.
Sic interpoſito uilis contaminat unco
Vrbica lingonicus tyrianthina bardocucullus.
Sic arretinæ uiolant cryſtalina teſtæ:
Sic niger in ripis errat cum forte cayſtri.

& epheſum abluit:Illic multi ſunt cygni.Virgi.Atque aſia circum Dulcibus inſtagnis rimantur pra ta caiſtri. Lædeos olores:Ledæos quoniã luppiter in forma cygni cum læda concubuit : papinius amiclæos dixit.Amiclæos ad frena citauit olores. Querelas cecropias Philomelæ lugẽtis filiũm. Atthide Philomela:quæ attica & tragœdia eſt apud græcos Philochori:cuius meminit Macrobius ea complexa Philomelæ fabulam Atthis inſcribitur:hoc eſt Philomela filia Pãdionis atheniẽſis . Feruet: celebraſ . Indice tu non eges accuſatore aliquo:quoniam uerſus tui coniuncti meis indi cant te furem.Index:conſcius rei ſocios accuſat:atque id clam:accipitur nonnũ quam pro delatore. Vindice:uindices qui uindicant ideſt aſſerunt aliquem e ſeruitute : ut hic de carmine qd̃ fidẽti nus pro ſuo poſſidebat:quum eſſet libe rum:unde ſupra Plagiarius eſt dictus.

Inter ledæos ridetut coruus olores:
Sic ubi multiſona feruet ſacer atthide lucus.
Improba cecropias offendit pica querelas:
Indice non opus eſt noſtris nec uindice libris.
Stat contra:dicitque tibi tua pagina:fur es.

De amicorum iudicio

Si quid fuſce uacas adhuc amari:
Nam ſunt hinc tibi ſunt et hinc amici:
Vnum:ſi ſupereſt locum rogamus.
Nec me quod tibi ſum nouus recuſes .
Omnes hoc ueteres tui fuerunt.
Tu tantum inſpice qui nouus paratur
An poſſit fieri uetus ſodalis.

Ad frontonem de uoto uitæ ſuæ.

Vota tua breuiter ſi uis cognoſcere marci
Clarum militiæ fronto togæque decus.
Hoc petit eſſe ſui:nec magni ruris arator:
Sordidaque in paruis otia rebus amat.
Quiſquam picta colit ſpartani frigora ſaxi
Et matutinum portat ineptus aue:
Cui licet exigui nemoris ruriſque beati
Ante focum plenas explicuiſſe plagas.
Et piſcem tremula ſalientem ducere ſeta:
Flauaque de rubro promere mella cado.
Pinguis inæquales onerat cui uillica menſas:
Et ſua non emptus præparat oua cinis.
Non amet hanc uitam:quiſquis me nõ amat: opto
Viuat:et urbanis albus in officiis.

Si quid fuſce.Puto ad Cornelium Fu ſcum hoc ſcriptum epigramma:qui præ fectus cohortium prætoriarum in dacis occubuit:magna erat apud Domitianũ auctoritate.alibi: ille ſacri lateris cuſtos martiſque togati.& iuuenalis:Qui uul turibꝫ ſeruabat uiſcera dacis.fuſcus hũc rogat ut ſe aſcribat numero ſuorũ ami corum:neque aſpernetur quãuis nouus ſit nam in parando amico inſpiciẽdum eſt nõ an ſit nouus:ſed an fieri poſſit ue tus amicus:hoc eſt an ſit permanſurus ĩ fide:quaſi uelit indicare multos:qui Fu ſcum amare uidebantur ſequi fortu nam potius quam officiũ . Vnum lo cum in amicitia:in tanta amicorũ mul titudine.Si qua parte uacas amari: ideſt ſi in aliqua parte tibi locus uacuus ẽ ut ameris & a me. Hoc:quia ſcilicet noui fuerũt.

Vota tui:Faſtus urbãos damnat:lau danſque otium: infeliceſque putat: qui urbis tedia poſſunt ferre. Fronto:hu ius meminit Tacitus:quẽ nõ mõ domiti ani tpibus:ſed & Neronis fuiſſe teſtatur & apud luuenalẽ:Frõtonis platani. Cla rum militiæ & togæ.i. Frõto uir præcla rus & domi & foris. Vota hæc ſũt : optat habere rus paruũ ꝙ ipſe amet. luuena. Viue bidẽtis amans & culti uillicus hor ti. Otia ſordida:carentia luxu & ſplẽ dore. Frigora ſaxi ſpartani.i. ædes po tentiorum ornatas marmore laconico: ꝙ & præcioſiſſimũ & uiriditate cunctis hilarius ſcribit.Pli.Picta:nam uena pe ride ac pictura diſtinguitur.Marmor la conicũ:uel certe qm̃ cũ phrygio cõiũge baſ ad colorẽ & picturæ uarietatẽ.Papi nius:Vixque locum eurotæ uiridi quũ regula lõga Sinada diſtictã uariat.& pli.xxxv:na.hiſto.ſcribit ĩuẽtũ etiã eẽ ut marmora pĩgerẽtur: de quo is loquiſ poeta:ita intelligens de omnibus ædibus potẽtiorũ:potes & de porticu Octauiæ in telligere:in qua batracus & Saurus lacones templa ſtruxerunt magna ſpe:& eorum nominibus por ticus dicareſ :qd̃ non ſunt aſſecuti ſed tamẽ ſe artifices fuiſſe declarãtes ranã & lacertã ĩ epiſtolis ſculſperunt:ut rana græce Batracũ ĩdicaret : At lacerta Saurum. Aue.i.ſũmo mane ſalutat: nam Romani ſummo mane ſalutabantur a cliẽtibus:& uilioribus perſonis:luuena.Sollicitus ne tota ſa lutatrix iam turba peregerit orbem.Quiſquã eſt ne aliquis:qui hæc præferat: idẽ domos frigidiſ ſimas marmoribus. Cui licet:ideſt qui poteſt. Cado rubro a colore teſte : & cadi in diſtichis:ſi ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta. Pinguis:ſine curis. Inæquales: menſas ſine ordine. Et cui nos emptuſ cinis : ideſt focus non emptus : nam ligna emebantur : ut luue.meminit:Et pa nis fumuſque domi: Albus:ſollicitus & anxius. Alibi timentem:& anxium album dixit.

Continuis:hoc epigramma ſcribit autumnali tempore inter multos imbres iocans:ait.n. uinum ita iam mixtum eſſe:ut caupo:qui nunquam uendit merum:ſed ſemper miſcet etiam ſi uelit non poſſit merum.i.purum uendere exponens ipſe. Vt cuperes.i.etiam ſi cuperes:ut alibi idem ut uelit.i.ſi ét uelit:uel quod magis placet hoc diſtichon dicitur in cauponem rauennatem:in quem alibi callidus impoſuit nuper mihi caupo rauennæ. Cum peterem mixtum uendidit ille merum: & ſubiiciatur hoc diſtichon poſt illud:& inſultet pœta cauponi:qui iam non poterit uẽdere merum ut cuperet.

Qualem:laudat mediocritatem:uult enim puellam:quæ non ſit nimis facilis nec nimis difficilis. Cruciet:negando: ideſt retinendo me.

Milia pro puero:in phœbum draucũ qui conductus ad hiſpidos rem fecerat: nuper emerat magno prætio puerum: quem Martia:ob æſtimationis magnitudinem non auſus eſt mercari.

Mangones:cuſtodes & uenditores puerorum a græcis hippocomi ab equis tantum ornandis nos mangones a manu & ago:id enim eſt polire:q; & rebus omnibus conuenit & mangones faciunt: ut carius uendant:Plato in gorgia & Quinti lia.autor eſt.unde mangoniſare expolire dicimus:& proprie in rebus:quas uendibiliores facere uolumus. Plinius fundum mangoniſatum dixit:& Varro piſcinas. Sed phœbus:& phœbi cuiuſdã liberti meminit Tacitus: ſed alius hic ẽ.

Hoc:q; nõ emerĩ.Secũ tacite cõquerit.

In inuidiã meã.i.meũ cõtẽptũ & odium:uerba Mar.ad Mentulã. Da tu hoc ut acquiram.xx.ſeſtertia opa tua:ut ego pluris emam:q; non erat bene mentulatus poeta;Alibi iam ſcio me nudum diſplicuiſſe tibi.

Dat baiana:dabãt ſportulæ a diũitibus cũ aliis cliẽtibus:tũ his qui una lauabãtur:quas ſuſtulit domitianus & iuſſit nõ ſportulã cliẽtibus:ſed cœnã eadẽ mẽſa dari.Suetonius de Domitiano: Sportulam publicam ſuſtulit reuocata cœnarũ rectaq; cõſuetudine:Nero ãt ſublatis cœnis oli ſportulã:iſtituerat:ſed ſcribẽte hic pœta nõdũ Domitianus eas ſuſtulerat:ſportula hæc ex balneis.c.quadrãtes. Sublatis ſportulis balneorũ clamat Mar. prælætitia:Centum miſelli iã ualete quadrantes anteambulonis congiariũ laſſi:quos balneator diuidebat Elixus regis ſupbi ſportulæ receſſerũt. Sportula baiana.i.ſportula:quæ ĩ balneis dabãt.Baiana quaſi optia lauatiõe.Nã baiis optime aquæ ad lauandum; Iſta fames:i.cẽtũ quadrãtes & parua iſta ſportula:quæ me non ſatiat eſurientem.Inter delitias.i.inter delicatas lauationes.

Lupus & grillus balnea habebant meritoria & publica pauperibus accommodata.

Intres ampla. Vacuo dente:quia nihil haberet intra dentes:tu neq; armos:neq; tergũ hẽs in q̃ ruat. Vbi figet uulnera iuuencor.i.quæ ſolet figere ĩ iuuẽcis & tauris.

Verona:Trimeter & dimeter iambicus.Aſſignat ſuam patriã pœtis:Canium:Decianũ.Licianum & ſe hiſpanos celebret. Docti uatis:catulli. Syllabas:numeros & uerſus.Catullus Veronæ natus eſt:ut Euſebius.ipſe tamen dicit ſermionem peniſulam lacus benaci in agro ueronenſi eſſe ſibi patriam.Vir.natus in andenico:ut Euſe.teſtatur iuxta mantuam unde emendauimus deprauatum Sili carmen in octauo: Mantua muſarum domus: atque ad ſydera cantu euecta andino. nam achiuo & aonio mendoſe erat ſcriptum pro andino:ita enim carmen uirgilianum andinum dixit Sil. ab ande patria pœtæ:ut Virgilius chalcidicum Euphorionis: & ſiculum Theocriti cecis.

Continuis uexata madet uindemia nimbis.
Non potes ut cuperes uendere caupo merum

Ad Flaccum qualem puellam.

Qualem flacce uelim quæris:nolim ue puellam?
Nolo nimis facilem:difficilemque nimis.
Illud quod mediũ ẽ:atque ĩter utrũque probamus
Nec uolo quod cruciat:nec uolo quod ſatiat.

De pueri precio.

Milia pro puero centum me mango popoſcit.
Riſi ego:ſed phœbus protinus illa dedit.
Hoc dolet et queritur:dolet hoc mea mẽtula meũ.
Laudaturque meam phœbus in inuidiam.
Sed ſeſtertiolum donauit mentula phœbo.
Bis decies:hoc da tu mihi:pluris emam.

Ad Flaccum de ſportula.

Dat baiana mihi quadrantes ſportula centum.
Inter delitias quid facit iſta fames?
Redde lupi nobis:tenebroſaque balnea grilli:
Tam male cum cœnem:cur bene flacce lauor?

De lepore et leone.

Intres ampla licet torui lepus ora leonis:
Eſſe tamen uacuo ſe leo dente putat.
Quod ruet in tergum:uel quos procũbet ĩ armos:
Alta iuuencorum uulnera figet ubi?
Quid fruſtra nemorũ dominũ rẽgemque fatigas?
Non niſi delecta paſcitur ille fera.

Ad Licinianum ſcriptores unde.

Verona docti ſyllabas amat uatis.
Marone fœlix mantua eſt.

Aponum:locus iuxta patauium:ubi nunc balnea meminit Hosti.Clau.Censetur:in præcio est:ná qui erant incensu nobiles:qui non ignobiles:unde censeri in precio esse. Stella: non parthenope ius:ut quidam male interpretati papiniũ aiũt:Sed patauius pœta fuit:nam uersus de neapoli ad ui olantillam refert papi:quemadmodum docuimus:cum siluas ĩterpretaremur a te.i.uiolentilla na scentem gremio mea prima recepit Parthenope. Flacco:Valerio flacco:alibi Hacce ãtenorei spes & alumne laris. Appollodori.vi.fuerunt:primus athenięsis comicus:alter gelous:cuius comœdiæ erant philadelphi: sysyphus. tertius tar sensis tragicus. quartus athenien sis. ltẽ grammaticus discipulus Aristarchi.qn tus pergamenus rhetor præceptor Cali dii & hic augusti.& sic sextus: quem no minat Martialis Naso:natus ĩ pelignis. Nasonis item meminit alterius Corne lius Tacitus:Emerita:augusta dicebaẽ: oppidum Hispaniæ. Bilbilis:ciuitas in celtiberia patria Martialis.

Censetur apona liuio suo tellus:
Stella quæ nec flacco minus:
Appollodoro plaudit imbrifer nilus.
Nasone peligni sonant.
Duosque senecas:unicumque lucanum
Facunda loquitur corduba.
Gaudent iocosæ canio suo gades.
Emerita deciano meo.
Teliciniane gloriabitur nostra.
Nec me tacebit bilbilis.

De Leuina casta et ad baias adultera.

Casta nec antiquis cedens leuina sabinis:
Et quanuis tetrico tristior ipsa uiro.
Dummodo lucrino:modo se permittit auerno:
Et dum baianis sæpe fouetur aquis.
Incidit in flammas:iuuenemque secuta relicto
Coniuge:penelope uenit:abit helene.

Casta nec:Leuina uenerat castissima uxor:sed dum uagatur modo bais:modo ad lucrinum:in adulteri amorem in cidit: quem secuta est relicto coniuge: ait ergo pœta Leuinam uenisse castissimã:sed abiisse meretricem :atque ita ridet urbis mores:quos Satyra insectatur luuenalis ubi ait:Et rusticam mulierem theatralibus ludis facile corrũpi posse: Sabinæ & patauiæ mulieres habitæ sũt exempla castitatis.de Patauinis Plinius in epistolis. Penelope:uxor Vlyxis: q̃ castissima:cuius pudicitia a procis non potuit corrũpi. Helena:meretrix.Cætera duo epigrãmata sunt clara de se.

Ad Celerem:

Vt recitem tibi nostra rogas epigrãmata:uolo.
Non audire celer:sed recitare cupis.

Ad Fabulam ambitiosam in laude.

Bella es:nouimus:et puella:uerum est.
Et diues:quis enim potest negare?
Sed dum te nimium fabulla laudas:
Nec diues neque bella:nec puella es.

Ad Ceciliannm de.g.et.d.ficus.

Cum dixi ficos rides quasi barbara uerba.
Et dici ficus ceciliane iubes.
Dicemus ficus:quas scimus in arbore nasci
Dicemus ficos ceciliane tuos.

Cum dixi ficos:ostendit ficum duo significare & morbum:qui nascitur ex nimio pruritu:& fructum:sed tantum genere differre:quoniam pro fructu sit generis fœminini:prò morbo masculini. Hoc epigrammate utitur testimõio Priscianus:licet a nostris redarguatur.

Ad furem de libro suo.

Erras meorum fur auare librorum
Fieri poetam posse qui putas tanti?
Scriptura quanti constet:et domus uilis
Non sex paratur:aut decem sophos nummis.
Secreta quære carmina et rudes curas:
Quas nouit unus scrinioque signatas.
Custodit ipse uirginis pater chartæ:

Erras:in Cælerem & fidetinum hoc potest dictum uideri:quoꝝ uterq; poetæ carmina pro suis usurpabat:ut supra quæstus é poeta. Tomus: grossior papyrus est: ut & ex lino uel faciendum tomentum appellamus:cum enim confice retur papyrus deligebantur subtiliores partes quæ præciosæ modo Augustanæ: modo fanianæ:modo aliter dictæ sunt grossiores partes abscissas tomos appellabant.nam τέμνω latine incido.

Sophos:laus doctrinæ:nam græci doctum eo uerbo laudãt σοφοσ ideſt doctus est:hanc uocem neutro genere protulit Martialis. Quære carmina secreta:quæ non cognoscuntur non mea: nã deprehenderis. Curas rudes.i. nouos uersus. Pr̃ chartæ uirgis.i.autor:Charta uirgo dicebaẽ q̃ nõdum edita erat:ut uirgo quæ nõdũ peperit.Chartæ uirginis:ideſt noui libelli nondum editi.

Mento duro:hoc alibi Martialis ubi indicat chartã:quæ a frequenti lectore habetur in manibus horridã fieri mento:hoc ẽ effici piloſã:et barbatã dũ uſu atteritur. In diſtichis:Ne toga barbatos faciat uel penula libros. Quæ nõdũ inhoruit mento.i.quæ nondũ uſu attrita barbam emiſit:nam horrere pilis dicimus & horrere mento.i.emittere barbam.

Liber:liber ſignificat hominem liberi animi:qui nemini parcit:& liber ſignificat hominem ſine negociis. Hac uerbi alluſiõe deridet Cherulũ. Nimiũ liber homo:ideſt nimium liberi animi: qui nemini parcis. In te qui dicit Cherule liber homo eſt:ideſt ſine negociis:qa non eſt dignus reprehenſione alicuius: ſed omnino cõtemnendus.

Quicqd agit:ruffus meretricio amore ardebat. Næuia:erat quæ amabatur: torquebatque Ruffum:dum præcio corrupta:modo hũc mõ illum ſequebatur. Deridet poeta Ruffum: qui non aliter de næuia loquebatur & cogitabat: q̃ ſi ſperaret ſe uoto potiturum. Ait.n.nõ ẽ una:ſed ẽ multiplex:dum multis ſeruit ut nõ poſſit ſperare ſe unũ habituꝝ illã ĩ poteſtate. Eodẽ argumẽto infra epigrãma:ubi Ruffũ fruſtra expectantẽ Næuiam deridet. Quicquid agebat ruffus loquebatur de Næuia. Propinat:propiabat amico cum ad poculum conuiuam ĩuitabant:ut illud luue. Quando propinat uiro tibi propinabãt. Item cum amico abſente nominato bibebant. Socrates apud Platonem hoc populũ Criciæ propino. Vna:eſt in ore Ruffi. Demiſſo uultu.i.cõueniẽtibus oculis. Non una eſt:ſed publica & multiplex. cõducitur n.a multis.

Cœpit maxime: Terentos locus ĩ cãpo martio dictus: quod ara Ditis patris & proſerpinæ ibi terra cõderetur. hiſtoriam habes apud Valerium maximum: quomodo ſit dicatus. Loci meminit Papini. Aut inſtaurati peccauerit ara terenti.alibi etiã Martialis. Terreſtria numia ut Bacchus:Pan Satyri Fauni ĩ delubro Plutonis collocabantur: qui terræ deus eſt:quem admodum cæleſtia in templo Iouis:marina ĩ templo Neptuni. Statua itaque paucos erat ad terẽtum iuxta arã Ditis. Canius perpetuo riſu agitabatur: q̃ Marti .alibi iocando indicat ubi poſt longas interrogationes quid ageret Canius ſubdidit:ridet. Pan & Satyri riſu perpetuo laſciuiũt:cũ uelit itaque ridentẽ caniũ deridere ait:non oſtẽdi amplius ĩ terento ſtatuam panos:quæ ut dixi habitu ridentis figurabatur:ſed Canium qui æquæ ridet ac Pan.

Vade ſalutatum:Tedio Iuſtrãdæ urbis ad peragendas ſalutationes mittit librum quem ſuo nomine iubet ſalutare Proculum amicum:ſimul nunciare cauſam:quare ipſe non ſalutet. Pro me:meo loco: Lares: ædes Proculi. Caſtora.i.templum Caſtoris:& pollucis:q̃ in foro erat:& quãuis geminis fratribus eẽt dicatũ:unius tãtum Caſtoris dicebatur. Veſtæ:tẽplũ Veſtæ nõ procul erat a palatio:q̃ ex uerbis Papi.cognoſcit loco illo:Pulchrius an tacita uigilet face troicus ignis:atq; exploratas iam laudat ueſta miniſtras. Domũ uirgineã.i.tẽplũ Palladis:quod erat iuxta palatiũ. Papinius de ſtatua domitiani:Leuam tritonia uirgo non grauat. Sacro cliuo:colle. Summi ducis:Domitiani de ſtatua equeſtri intelligit:de qua Papinius in prima ſilua: Mirus coloſſus radians & ſplendens.

Quæ trita duro non inhorruit mento.
Mutare dominum non poteſt liber notus:
Sed pumicata fronte:ſi quis eſt nondum
Nec umbilicis cultus atque membrana.
Mercare tales ab eo nec ſciet quiſquam.
Aliena quiſquis recitat et quærit famam
Non emere librum:ſed ſilentium debet.

Ad Chærulum.

Liber homo es nimiũ:dicis mihi chærule ſemper.
In te qui dicit chærule liber homo eſt

De Ruffo næuia.

Quicquid agit ruffus:nihil eſt niſi næuia ruffo:
Si gaudet:ſi flet:ſi tacet hanc loquitur.
Cœnat propinat:poſcit negat:innuit una eſt
Næuia:ſi non ſit næuia mutus erit.
Scriberet heſterna patri cum luce ſalutem
Næuia lux inquit:næuia lumen aue.
Hæc legit:et ridet demiſſo næuia uultu.
Næuia non una eſt:quid uir inepte furis.

Ad Maximum.

Cœpit maxime pana:que ſolebatur.
Nunc oſtendere canium tarentos.

Ad librum.

Vade ſalutatum pro me liber ire iuberis
Ad proculi nitidos officioſe lares.
Quæris iter:dicam:uicinum caſtora canæ
Tranſibis ueſtæ:uirgineamque domum.
Inde ſacro uenerandа petes palatia cliuo.
Plurima qua ſummi fulget imago ducis.
Nec te detineat miri radiata coloſſi.

Quæ moles gaudet:gloriatur. Opus rhodiũ:ideſt coloſſũ:q erat.lxx.cubitoꝝ altitudine opus Charis: multa Plinius dehoc. Lyæi.i.bacchi. Picto ſtat coribante tholus.i.templũ Cibelis. Stat:erectum eſt. Coribante:ſacerdote. Puto:caſtrato:uel picto uarietate ueſtiũ. Ianua patet: apertis foribus:nulla ianua benignior & hoſpitalior eſt & præſertim doctis. Proprior:nulla eſt ui cinior. Quam:domũ phœbus & muſæ ament. Sic licet excuſes:ideſt ſic potes me excuſare. Saluator:quia ſi Martialis eſſet occupatus in ſalutandis amicis:non ſcriberet hæc. Qualiacunq; ſũt: quaſi dicat melius putat ſcribere carmina in otio q̃ ſalutare.

Quæ rodium moles uincere gaudet opus
Flecte uias hac:qua madidi ſunt tecta lyei:
Et cybeles picto ſtat choribante tholus.
Protinus a læua clari ſub fronte penates.
Atriaque excelſæ ſunt adeunda domus.
Hanc pete ne metuas faſtus limenque ſupbum:
Nullo magis toto ianua poſte patet:
Nec proprior quã phebus amat:doctæque ſorores
Si dicet quare:non tamen ipſe uenit.
Sic licet excuſes:quia qualiacũque legũtur.
Iſta ſalutator ſcribere non potuit

Ad ſomnum

Næuia ſex cyathis ſeptem iuſtina bibatur
Quinque lycas:lyde quattuor:ida tribus.
Omnis ab infuſo numeretur amica falerno
Et quia nulla uenit:tu mihi ſomne ueni.

Ad Fidentiuum.

Noſtris uerſibus eſſe te poetam
Fidentine putas: cupiſque credi?
Sic dentata ſibi uidetur ægle
Emptis oſſibus indicoque cornu
Sic quæ nigrior eſt cadente moro
Ceruſſata ſibi placet licoris
Hac etiam ratione qua poeta es
Caluus cum fueris:eris comatus

Ad Cecilianum.

Nullus ĩ urbe fuit tota qui tangere uellet
Vxorem gratis ceciliane tuam:
Dum licuit:ſed nunc poſitis cuſtodibus:ingens
Turba fututorum eſt:ingænioſus homo es.

Ad Paulam.

Mœchus erat:poteras tamen hoc tu paula negare
Ecce uir eſt:nunquid paula negare potes?

De Lino.

Næuia ſex:ſodalitium eſt:& ſolutus potus:quem antiq agebant coronati numeratis litteris nominũ amicoꝝ:tot cyathos hauriebãt Papin.hũc morẽ tetigit Ora.apertius in carmi.Porphyrio ĩterpres cumulatiſſime:nũc cauillatur ĩ meretrices quaꝝ pfidiam indicat:Ita.n.bibit:ac ſi aliqua pollicita eſſet ſe uenturã cũ nulla ueniet multis trientibus ſiccatis ſomnum petit. Næuia habet ſex lras ex dyphthongo. Bibamus ſex cyathos in honorem Næuiæ. Tu mihi ſomne:poetæ ſomnũ aliquando carmĩe aduocãt: ut Ouidius & papinius.

Noſtris uerſibus; ægle caret dentibus & dentata uidebaf:ẽptis dentibus eburneis. Indico cornu.i.ebore & elphante indo. Moro cadente.i.moro præmaturo. Ceruſſata.i.candidata:ceruſſa & ochra inter colores fictitios ponũtur a Plinio:hic pallor & candor uel ſtatuis: uel mulieribus parabatur. Placet ſibi i.uidetur candida. Alienis crinibus emptis; poteris uideri comatus.

Nullus:Cecilianus habebat uxorẽ q̃ nollebat ab ullo tãgi:& erat turpis:adhibuit cuſtodes: ac ſi eſſet pulchra: eũ deridet:quia conduxit fututores cũ adhibuit cuſtodes:nam a cuſtodibus conductis futuebatur.idem cuſtodes. Dũ licuit:ideſt dũ poterant.Idem notat Iuuena.pone ſerã cohibe:ſed quis cuſtodi et ipſos:cauta eſt & ab illis incipit uxor.

Gratis: hoc uerbũ indicat de cuſtodi bꝰ cõductis ĩtelligendũ qui iã nõ gratis futuũt:cum ſint mercede cõducti:alter ſenſus nõ placet:ut dicas illud nitimur ĩuetitum:&c.

Mœchus erat:Paula cũ olĩ haberet uiꝝ faciebat ſui copiam adultero:nunc ſublato uiro nupſit ei:qui olim erat adulter.Accuſat Martialis utrũq; Paulæ factũ & quod olim adulteꝝ haberet:& q̃ nũc necato cõiuge eũ habeat uiꝝ: mœchus erat:qui tibi eſt nunc uir. Nũquã potes hoc negare:quaſi uelit innuere:q̃ ĩteremerit uiꝝ: ut mœcho nuberet:ut ĩfra de Proculina:Nõ nubis Proculina: ſed fateris uel potius. Nunquid potes negare:te ſcilicet futui ab iſto quod olim quum eſſes mœcha negabas.

Timidum:locatur in Linum non restituentem mutuũ. Crede mutuo:quasi dicat idem est donare Lino: quod credere:quando id nõ reddit

O mihi curarũ:Ad Valeriũ Flaccũ scribit igemiscẽs nullũ eẽ præmiũ musis:sed in iudiciis tãtũ & causidicis pecuniam uersari. Non uile.i.magnum. Curarum:cogitationũ & uersuũ. Alũne: qui nutritus es. Laris antenorei.i.urbis antenoreæ:Patauii:fuit enim Patauius.alibi:Censẽt apona liuio suo tellus:Stellaque nec Flacco minus:Quinti.Multũ inquit nup in Flacco amisimus. Huius extãt octo argonauticorum libri adreditũ usq; heroũ: reliquis uel amissis uetustate:uel poetæ mortis interceptis: totum effinxit. in his appollonium rhodiũ:non modo argumento:sed singulis interdum uersibus:ut ego ex Apollonii opere quattuor libris facile aĩmaduerti. Differ:intermitte. Ex istis musis. Aes:pecuniam. Arca Mineruæ:loquitur nunc de causidicis q in foro uersantur ingentẽ pecuniam ꝙ alibi repetit:Nã si falciferi defẽdere tẽpla tonantis:Sollicitisq; reis uendere uerba uelis: an de foro palladio: quod supra dixit cõditum a Domitiano: hoc magis placet:q̃ ꝙ alii dixerũt Mineruam tulisse leges:& ꝓpterea nominari hic a poeta ĩ iudicijs.una uero snia mihi ꝓbat ut alludat ad arcã pallatinã.i.impatoris. nã pallas numẽ erat Domitiãi:ut dicat poeta eos tantũ qui assentãdo pallatia frequentant:nũmos hr̃e.Arca Mineruæ.i. arca Domitiani. Fœnerat omnes deos: idest adeo diues est:ut possit dare nummos in fœnus omnibus diis.Arbor palladis:nigra: a fructu. Inclinat comas: fructu suo. Sophos:laudem sapientiæ.

Semper inane.i.sine fructu. Permes sus fluuius & Olmeus ex Elicone in unũ permixti in copaidem lacum delabuntur:ut Stra. Basia.i.laudes inanes: de quo supra:Dũ Basia iactas. Crepant: strepunt:tractũ é a meretricibus ꝙ cathedras dixit.Steriles nullũ fructũ afferentes.nam cathedræ & in schola poetarũ erant & modulator:& huiusmodi ludi:Ora.discipularũ inter iubeo plorar̃ cathedras.q̃.d.libri nr̃i tm̃ basiant̃: in quẽ sensũ uidetur superius locutus:Dũ Basia iactas.i.dũ gloriabũdus Basia uenaris.

Pulchræ:De Carino cunnilĩgo. Parce bibit:temperate. Cõquit: digerit.

Et tamẽ pallet:quasi uelit ostendere Carinũ affectantem noua remedia ad colorandã faciem tentatis omĩbus aliis lingere cunnũ:atque ita poeta in ea cauillatur.

Indignas:Laudat̃ mors festi:q cũ morbo ĩsanabili laboraret correptis ét faucibus decreuit mori.prius aũt amicos cõsolatus:mortem sibi cõsciuit gratus erat domitiano:ut nullo metu imperatoris uideat̃ se interfecisse: ꝓpterea maiore laude dignus fuit q̃ fuerit Cato:qui cũ se ĩterfecerit:uidet̃ id egisse metu Cæsaris:cuius erat hostis. Pestis tabida:contagiosa:morbus ille fuit quẽ plinius mẽtagrã appellat. Siccis genis:non flens. Nec tamen:ideſt non sumpsit uenenum: ut multi affecti tedio aduersæ ualitudinis. Lenta fame:ideſt media:ut Silius tedio morbi & portius latro declamator:tedio quartanæ. Sancta mort e.i.sanctitate mortis se romanum præstitit.

Dimidium donare lino:quam credere totũ
Qui mauult:mauult perdere dimidium.

Ad Flaccum.

O mihi curarum præcium non uile mearum
Flacce anthenorei spes et alumne laris
Pierios differ cantusque choroſque ſororum
Aes dabit ex istis nulla puella tibi
Quid petis a phœbo?nũmos habet arca mineruæ
Hæc sapit:hæc omnis fœnerat una deos.
Quid possunt ædere bacchi dar̃ palladis arbor
Inclinatuarias pondere nigra comas
Præter aquas elycon et serta lyrasque deorum
Nil habet:et magnum semper inane sophos
Quid tibi cũ cyrrha? quid cũ permessidos unda?
Romanum proprius diutiusque forum est.
Illic æra sonant:at circũ pulpita nostra
Et steriles cathedras:basia sola crepãt.

De Carino.

Pulchre ualet Carinus et tamen pallet.
Parce bibit carinus:et tamen pallet.
Bene cõcoquit carinus:et tamen pallet.
Tingit cutem carinus et tameu pallet
Cunnum Carinus linguit:et tamen pallet.

De festo.

Indignas præmeret pestis cum tabida fauces
Inque ipsos uultus serperet atra lues.
Siccis ipsis genis flentes hortatus amicos
Decreuit stigios festus adire lacus.
Mec tamen obscuro pia poluit ora ueneno:
Aut torsit lenta tristia fata fame:
Sanctam romana uitam:sed morte peregit:

Dimisitque animam nobiliore rogo
Hanc mortem fatis magni præferre catonis
Fama potest:huius cæsar amicus erat.

Ad Attalum

Semper agis causas:et res agis attale semper.
Est non est:quod agas:attale semper agis.
Si res et causæ desunt:agis attale mulas
Attale:ne quod agas desit:agas animam

Ad Canum.

Sportula cane tibi suprema nocte petita est
Occidit puto te cane:quod una fuit

Ad Sosibianum.

E seruo scis te genitum:blandeque fateris
Cum dicis dominū sosibiane patrem.

De Regulo.

Hæc quæ puluere dissipata multo
Longas porticus explicat ruinas.
En quanto iacet absoluta casu.
Tectis nam modo rugules sub illis
Gestatus fuerat:recesseratque
Victa est pondere cū suo repente
Et postquam dominum nihil timebat
Securo ruit incruent damno.
Tantæ regule post metum querelæ
Quis curam neget esse te deorum?
Propter quem fuit innocens ruina.

De Mammeia.

Os et labra tibi linguit mammeia catellus
Non minor merdas:si liber esse cani.

De quirinali

Vxorem habendam non putat quirinalis
Cum uult habere filios et inuenit.
Quo possit istud more futuit ancillas.
Domumque et agros implet equitibus uernis.
Pater familiæ uerus est quirinalis.

De Mario

Venderet excultos colles cum præco facetus
Atque suburbani iugera pulchra soli.
Errat ait:si quis mario putat esse necesse.
Vendere nihil debet:fœnerat immo magis.
Quæ ratio est igitur?seruos ubi perdidit omnis:
Et pecus et fructus:non amat inde locum
Quis faceret præcium?nisi qui sua pdere uellet
Via nobiliore:idest ferro quā ueneno aut media. Cæsar huius amicus erat:ic circo præferenda mors huius morti Catonis:qui inimicus Cæsaris erat.

Semper agis:lucuriosum & semp aliquid agentem Attalum. Agis causam:idest declamas. Agis res:idest obis negocia. Agis mulas:idest ducis mulas. Oratius:Festinat caliolū:mulis gerulisque redemptor. Agas animam:idest morere:& expira. nam Gelius scribit his uerbis:Hortensius cū has scripsi animā agebat:idest moriebatur:Liuius de ueneno senatus campani.Hi cū animā egissent:omnes tamen priusquā hostibus aperirent portæ expirarūt:Hic liuius accepit ac si diceret anxie animā diu agitauerunt.

E seruo:reprehendit Sosibianū:qd patrē appellaret dominū:& hic Sosibianus erat libertus:seruus & dominꝰ correlatiua:sed tamē sosibianus id agebat uolens blandiri patri:quemadmodum dominū & regē apud hūc pœtā sæpe legimus

Hæc quæ puluere:de porticu Reguli:quæ cecidit statim:cū inde regulus discessisset. Post metū.i.postq̄ diu ostē derūt quærelas hominū se metuere:si mortuus esses.

Os & labra:in Mameiam cuius os fetidū ob fellationem erat. Esse:comedere:sequēs epigrāma est clarum.

Venderet excultos:faceti præconis ingenium laudat:qui cū nup uenderet agrū Marii:ne ille uideretur ob inopiā uēdere::attulit causam quare uenderet & eam cām:ut nemo fecerit præciū.

Inde:ob eam cauſam. Faceret præcium:offerret aliquid. Hæret Mario:non emittit ab ullo.
Vicinus:Nouius nomẽ eſt fœneratoris in annalibus nomen diuitis et amici apud Martialem:cui cum nunc uicinus eſſet:eius conſuetudine uti non poterat:ait ergo qui ſit uicinus nouio oportere migrare ſi eum uelit uidere:ſi nolit oportẽ eſſe uicinum & contubernalem duoꝝ Nouiorũ memi nit Porphyrio. Cui liceat:qui poſſit. Terentianus: ſodalis martialis gerebat conſulatũ in ægyp to. Tam ꝑcul:conſuetudine. Eſt migrandũ.i.oportet me uel illũ longius abire: ſi uolo uidere.
Inquilinus eſt qui in aliena domo cõ/ ducta cũ dominio habitat.

Ne grauis:Feſceniæ imprudentiã ex cuſat:quæ celaret odorem uini deuora bat odores Coſmi:ſed ita mixtus fetor uini odoribus largius olebat. Conſu/ lit ergo:ut omiſſis medicamẽtis ſimpli citer fateatur ebrietatem. Luxurioſa: ꝑdiga:quæ oblectaris luxu Coſmi: pa/ ſtilli dicũtur grandiores pillulæ:atq; id præſertim in re unguentaria:Plinius cũ de ſcabie loquit:ita ait:Et de eius medi camentis terit in mortario:deinde ĩ pa ſtillos diuiditur. Fragres: ne emittas malũ odorẽ. Lentula: leuiora prãdia dicta ſunt & quæcũq; in paratis menſis apponebãtur ganeata Martialis uſus eſt ꝑ pane dulciario apto iẽtaculis in diſti chis:Surgite iam uendit pueris ientacu la piſtor. Extremo baratro::ideſt infi mo ſtomacho. Diapaſmata & malag mata differunt:ut plinius auctor eſt:q/ diapaſmata dicuntur unguenta ex ſic/ cis odoribus:Malagmata dicũtur feces unguentoꝝ. Virus:uenenũ & malus odor. Grauius:ideſt peius olet:uel ui rus:ideſt uitium:quia ut apud Siliũ ex poſuimus in epiſtola ad Alexandꝝ: Ve nenũ ꝑ uitio accipitur. Animæ: ideſt ſpiritus.

Alcime Epitaphium alcimi pueri:cui tumulũ conſecrat inter buxos uineas:& in mediis pratis:optatq; ſibi tales ſepul/ chris honores:cũ morieẽ. Labicum: erat in uia latina non ꝑcul ab urbe op/ pidũ uetuſtum.ut ſcribit Srabo finiti/ mũ erat pictis:& picti populi de quibus mihi uidetur Virgilius locutus cum ait Et picta ſcuta labici:quod refert Serui/ us:de labico nuſq; extat. Via labicana a porta eſquilina auctore Strabone inci/ pit:ubi alcimus erat ſepultus. Accipe ñ phario ſaxo. Phario:ita codex habet antiquus:& ita legendũ eſt:nam de ſi/ mide lapide ægyptio:qui poſtea pyrope cilos eſt dictus intelliigt: unde obeliſci tumulis regum erigebantur:obeliſci la/ pides acuti in ſpeciem radii ſolaris:un/ de obeliſci dicti: οβελισκοσ radium & ſagittam ſignificat. Phario non legẽ dum eſt quoniam nec ſcriptio ꝑbat:nec ullus eſt uſus:non enim e marmore pa rio erigebantur lapides ſepulchris:de q bus uidetur ſenſiſſe poeta. Saxa micantia:ideſt obeliſcum:qui uidetur micare in aere. Faciles:ñ premẽtes grauiter tumulum & terram. Accipe:hec loca & pignora noſtri doloris. Viuet perpe tuo:quia finientur hæc:ut obeliſcus: Peruenerit.i.cũ expleuerit fatalem curſum.

Omnia?ſic mario noxius hæret ager.

De Nouio micorſpico.

Vicinus meus eſt:manuque tangi
De noſtris nouius poteſt feneſtris.
Quis non inuideat mihi?putetque
Horis omnibus eſſe me beatum?
Iuncto cui liceat frui ſodale.
Tam longe eſt mihi:quam terẽtianus:
Qui nunc niliacam regit ſyenem:
Non conuiuere:non uidere ſaltem
Non audire licet nec urbe tota
Quiſquam eſt tam prope:tam proculque nobis.
Migrandum eſt mihi longius uel illi
Vicinius nouio uel inquilinus
Sit:ſi quis nouiũ uidere non uult.

Ad Feſceniam.

Ne grauis heſterno fragres ueſcenia uino
Paſtillos coſmi luxurioſa uoras.
Iſta linunt dẽtes ieutacula: ſed nihil obſtat
Extremo ructus cum uenit a baratro.
Quid quod olet grauius mixtũ diapaſmate uirus
Atque duplex animæ longius exit odor
Notas ergo nimis fraudes deprẽſaque furta
Iam tollas:et ſis ebria ſimpliciter.

Ad alcimum

Alcime quem raptum domino creſcentibns annis
Labicana leui ceſpite uelat humus
Accipe non phario nutantia pondera ſaxo.
Quæ cineri uanus detruitura labor.
Sed faciles buxos:et opacas palmitis umbras.
Quæque uirent lachrymis humida prata meis.
Accipe care puer noſtri monumenta doloris
Hic tibi perpetuo tempore uiuit honor.
Cum mihi ſupremos lacheſis peruenerit annos:

Non aliter cineres mando iacere meos.

Ad Cinnam.

Garris in aurem ſemper omnibus cinna
Garris et illud teſte quod licet turba.
Rides in aurem quereris arguis ploras:
Cantas in aurem:iudicas.taces:clamas.
Adeo nec penitus ſedit hic tibi morbus:
Vt ſæpe in aurem cinna cæſarem laudes.

Ad baſſam tribadem.

Quod nunquam maribus iunctã te baſſa uidebã:
Quodque tibi mæchũ fabula nulla dabat.
Omnis et officium circa te ſemper obibat
Turba tui ſexus non adeunte uiro.
Eſſe uidebaris fateor lucretia nobis:
At tu pro facinus baſſa fututor eras:
Inter ſe geminos audes committere cunnos
Mentiturque uirum prodigioſa uenus.
Commenta es dignũ thebano enigmate monſtrũ.
Hic ubi uir non eſt:ut ſit adulterium.

Ad Lælium.

Cum tua non edas:carpis mea carmina læli.
Carpere uel noli noſtra:uel ede tua.

Ad mamurianum.

Sæpe mihi queritur non ſiccis ceſtos ocellis:
Tangi ſe digito mamuriane tuo.
Non opus eſt digito:totum tibi ceſton habeto:
Si deeſt nil aliud mamuriane tibi.
Sed ſi nec focus eſt:nuda nec ſponda grabati.
Nec cutuus chiones antiopes ue calix.
Cærea ſi pendet lumbis et trita lacerna:
Dimidiaſque nates gallica palla tegit.
Paſceris et nigræ ſolo nidore culinæ.
Et bibis immundã cum cane pronus aquam
Non culũ:neque enim eſt culus qui nõ cacat olim.
Sed fodiam digito:qui ſupereſt oculum.
Nec me Zelotypum nec dixeriſ eſſe malignum.
Denique pædica mamuriane ſatur.

De aquino.

Fabritio iũctus fido requieſcit aquinus.
Qui prior eliſias gaudet abiſſe domos:
Ara duplex primi teſtatur munera pili.
Plus tamen eſt titulo quod breuiore legis
Functus uterque ſacro laudatæ fœdere uitæ.

Garris.In Cinnam cui detrahẽdi morbus adeo inſederat:ut ne cæſarẽ:qđ' apte poſſet:laudaret:id aũt clam agebat:& in aurem alterius non modo maledicentia:ſed oẽ uerborum genus admonebat:

Turba teſte.i.pſentibus aliis. Morbus:garriẽdi.Sedit:fixus ẽ. Quod:nũq̃.In baſſam:tribadẽ. Tribades dicebãt mulieres quæ alias fricabant:de his plura infra dicemus.Iuuenalis illaq̃ libidiné accuſat:Frictũ criſſantis adorat. Turba tui ſexus.i.mulieres.Obibat:oẽ officium perficiebat. Fututor:erat tribas. Prodigioſa:portentoſa libido. Cõmenta.i. feciſti dignũ mõſtrũ. Enigmate thebano.i.par monſtrum thebano enigmati. Enigma thebanũ propoſuit Sphynx Oedipo:quis eſſet:qui prius quattuor pedibus mox duobus:poſtremo tribuſ:reſpõdit Oedipus eſſe hoiem:auctor ẽ diodorus:ut dicaſ adulteriũ ubi nõ eſt uir:hoc eſt mirandũ. Sequẽs epigrãma eſt claq̃.

Sæpe mihi:in mamurianũ pauperẽ captũ amore Ceſti pueri Martialis.

Grabatũ:lectũ uiliſſimũ. Curtũ:mutilatũ & fractum. Chione & ãtiope:meretrices;quaq̃ calices ſunt ſemper ĩmundi.Cærea:flaua:colore amiſſo. Gallica palla:non tamẽ galli oẽs utebant breuioribus ueſtibus ut ſtrabo. Non culũ fodiam:quoniã adeo pauper ut cũ non edas;culus non faciat officiũ ſuũ. Satur:prius exple ſtomachum & poſtea pædica q.d. magis tibi neceſſe eſt reperire cibũ:q̃ puerum.Eodẽ uerbo & ſenſu uſus eſt Catullus in paſſere:Aurelii pater eſuritionum.& cætera.

Fabritio iũctus:Epitaphiũ aquini & fabritii:quoq̃ uterq; primipilaris fuerat;& quod raro ſolet accidẽ collegis;amarũt inter ſe. Qui:Fabritius:ne lugeret amicum mortuũ:gaudet ſe priorẽ mortuũ eſſe. Teſtatur mũera primipili:qa uterque fuit primipilaris.

Cantasti:In Eglem fellatricem:quam supra annum esse indicauit:Sic dentata sibi uidetur egle:si mul hoc ostendit:olim cũ iuuenis esset:male cãtabat:nam coitus raucescebat:nũc bene cãtat: quod indicat eam fellare:&abstinere coitu:ꝓpterea os fetere.ait poeta bassiãda non es .alibi quoq; fellatricem esse ostendit

Quod clamas.hoc potest uideri dictum in Helium causidicũ:qui magna uoce in foro causas agebat:ut ꝓterriti aduersarii eius acrimonia data pecunia eũ corrumperent:ut taceret:quod de Demosthene legitur:qui corruptus pecũia causam quam prius agebat in sequẽti die deseruit inuoluto collo fascia dicens se sinãche laborare:&ita Demosthenes acceperat:ut taceret.

Si non est. Scazon genus carmis est qđ iambis constat sed in penul. pede habet trocheũ ubiq; præterit leges iambici carminis. claudicare dicit̃ uerbo græco σκαζω significat claudico:memit Ausonius epigrámate:Claudosq; scazones.&plinius ad Tranqllũ:caueas ne eos ipsos scazones inuenies:alloquit̃ carmẽ suũ poeta. Maternus:uir doctissimus: cuiꝰ meminit plinius ĩ epistolis: & Cornelius in dialogo:de cinædo socratico loquit̃: de quo supra:Aspicis in cõptis. Bæticatus: idest hẽns pannũ nõ tinctũ aheno.i. sui coloris: nam ad betim flu.hispaniæ oues hẽnt lanã subrutili coloris:ex qua uestes cõfectæ nullo alio colore tingebãt̃.Martialis in distichis ubi lacernæ bæticæ loquunt̃:Nõ est lana mihi mẽdax nec mutor alieno:Si tyriæ placeãt me mea tinxit ouis. Leucophnæatus:pãni leucophi dicebant̃ albi nullo medicamento coloris adhibito:sed a lana ipsa albescẽtes.Plinius cũ de rubeta loquit̃:lecur eius alligat̃ in panno leucopho. Coccíatos:id est gerentes uestes tíctas cocco. Amethistinas .i.uestes amethstini coloris. Amethistinus color a colore lapidis sumptus est. Erat autem lanis purpuræ ebrietate ꝓfusis:fiebat etiã tyri amethistus. Natiua.i. pãnos natiui coloris. Fuscos: sordidos.

Galbani.s.genere dicũt̃ apud græcos. Nos neutro protulimus ꝓ uestẽ & qdem preciosa.luue.Et galbana rasa.Galbanũ ité frutex est apud Pli.sed hic de uestẽ metaphora:ná ait poeta q̃uis corpus ꝛgat uestibus natiui coloris:tamen hẽt mores coccinatos amethistinos & galbinos.i. luxuriosos.Spectat:aspicit. Clam:frequẽter. Draucos:mentulatos:quos sibi optat ad opus:cætera duo epigrámata sunt clara.

Nõ plenũ.In calenũ qui cũ prius pauper esset liberalis:nũc adeptus cẽties miłia factus erat auarus:tãtæ auaritiæ impũtatur Martialis. ut miles milia habeat: quoniam si id contigerit præauaritia abstinebit cibo.Septimas Kalẽdas.i.septem

Famamque quod raros nouit amicus erat.

Ad æglen fellatricem.

Cantasti male:dum fututa es ægle
Iam cantas bene.basianda non es.

Ad Helium.

Quod clamas sẽper:quod agẽtibus obstrepis heli
Non facis hoc gratis:accipis ut taceas.

Scazon ad maternum de penilingo.

Si non molestum est teque non piget scazon.
Nostro rogamus pauca uerba materno
Dicas in aurem:sic ut audias solus.
Amator ille tristium lacernarum
Et bæticatus atque leocophæatus
Qui coccinatos non putat uiros esse
Amethistinasque mulierem uocat uestes
Natiua laudet:habeat et licet semper.
Fuscos colores:galbanos habet mores
Rogabit:unde suspicer uirum mollem.
Vna lauamur aspicit nihil sursum.
Sed spectat oculis deuorantibus draucos
Nec ociosis mentulas uidet labris.
Quæris quis hic sit:excidit mihi nomen.

Ad neuolum causidicum.

Cum clamant omnes loqueris tu Neuole semper:
Et te patronum causidicumque putas.
Hac ratione potest nemo non esse disertus.
Ecce tacent omnes.neuole dic aliquid?

Ad Flaccum.

Litigat:et podagra diodorus flacce laborat:
Sed nil patrono porrigit.hæc chiragra est.

Ad Calenum auarum.

Non plenum modo uicies habebas:
Sed tam prodigus atque liberalis:
Et tam lautus eras calene:ut omnes
Optarent tibi centies amici.
Audit uota deus preceſque nostras:
Atque intra puto septimas calendas

menſes. Mortes:mortuoꝝ hereditates. Nigræ monetæ:nigra moneta dicebaſ ex ære ut fulua ex auro:neq; ꝓbanda ſentẽtia illoꝝ qui putarũt Flauios.i.Veſpaſianũ & liberos ſignaſſe monetã fuluam:nam longe ante eoꝝ tempora.P.Decius tribunus militũ donatus obſidionali corona mactauit tauꝝ:& cedit centũ fuluos. Semel in anno natali ſuo. Selibra plũbea:repetit qđ dixit monetã nigram:cũ tamẽ nulla ex plũbo fuerit percuſſa:dixit plũbeum ut deprimeret. Selibra:genus numeri id eſt ut libra ſeruatis his nõibus in numero pecuniæ:quoniã prius argentũ & auꝝ appẽdebaſ. Vnde libripendes dicebanſ qui pendebãt: ut Varro docet.

Mammas:hoc dictũ eſt in afram: quæ puellæ uerbis utebaſ:& mammã matrẽ: tatam patrem appellaret: cum ipſa eſſet anus.Perſius. At iratus mãmæ lalare recuſas Maxima mãmaꝝ:abauia & omnino auus.Cato de liberis educãdis:cum cibum ac potionem buas ac papas docẽt & matrem mammã patrẽ tatam.

Illa manus: Demetriũ cui epigrãmata ſua dicabat deflet amiſſum:ait tamen ſe ꝓſecutũ eſſe morientẽ: quo potuit mũere:hoc eſt libertate:nã ex ſeruitute ipm manumiſit.Illa manꝰ:Demetri fida meorum ſtudioꝝ:qa excipiebat carmina.

Nota cæſaribus: Tito & Domitiano: q; bus epigrãmata mittebãnſ.placet enĩ alĩ quid ſcriptũ fuiſſe ad Titũ q̃is nihil in opere legamus præter Nauciſſum. Deſtituit uirides annos.i. iuueniles. Multi Demetri fuerũt.Nepos Antiochi Demetrius Calcedõius:orator alius byzãtinus philoſophus.Tertius ſtatuarius. Quartus aſpõdius Apolĩs diſcipulus.Quintus Calatianus ſcriptor. Sextus Bizantinus item.Septimus ſophiſta.Octauus tramithenus appellatus Ixion.Nonus Ciræneus.Decimus ſeptimus:& multi ꝑterea inter quos poeta qdam iambicus: hic uero nomen ſerui. Meſſis quarta.i.q̃rtus annus.i.natus erat.xviiii.ãnũ. Cauimus: ꝓuidimus. Famulis: ſeruis: qa manumiſſimus. Cũ lues:moribus.Ius domini remiſſimus.i.donauimus libertatem. Munere meo:libertatis. Sua premia:libertatẽ. Me patronũ:nam ſerui manumiſſi auctore Dionyſio dños a qbus fuerant manumiſſi:patronos uoce romana appellabãt. Iturus liber: ideſt donatus libertate.

Qui pinxit:Venus iudicio Paridis ſupauit Mineruã & lunonẽ pulchritudie: nũc Venus fuit male picta: ait poeta pictorẽ uoluiſſe blandiri Mineruæ:ne.ſ. pulchrior uideret. Blãditus eſt mineruæ:qa depinxit deformẽ Venerẽ: geſſit morẽ Mineruæ:cũ q̃ olĩ cõtẽdit d̃ forma

Si dederint ſuperi:Scæuolæ auaritiam accuſat:qui cũ olim nondũ haberet quadrĩgenta ſeſtertia: optans diuitias a diis: pollicebatur ſe fore liberalem modo decies centena haberet: nunc eas opes aſſecutus uiuebat auare & tenuiter. Nondũ iuſtus eques:ideſt cum nondũ haberes legitimũ cenſum equeſtrẽ.i. q̃drĩgenta ſeſtertia. Faciles:exauditis precibus. Poſt hæc.i.poſt paratas diuitias. Penula:ueſtis cõtra ĩbres.

Mortes hoc tibi quattuor dederunt:
At tu ſic quaſi non foret relictum.
Sed raptum tibi centies:abiſti
In tantam miſer eſuritionem.
Vt conuiuia ſumptuoſiora
Toto quæ ſemel apparas in anno:
Nigræ ſordibus explices monetæ.
Et ſeptem uerteres tui ſodales.
Conſtemus tibi plumbea ſelibra
Quid dignum meritis precemur iſtis?
Optemus tibi milies calene
Hoc ſi contigerit fame peribis.

De Afra uetula.

Mãmas atque tathas habet afra. ſed ipſa tatharũ:
Dici et mammarũ maxima manima poteſt.

De Afro demetrio.

Illa manus quondam ſtudiorũ fida meorũ.
Et felix domino:notaque cæſaribus.
Deſtituit primos uirides demetrius annos.
Quarta tribus luſtris addita meſſis erat:
Ne tamen ad ſtygias famulus deſcenderet ũbras.
Vreret implicitum cũ ſcelerata lues.
Cauimus et domini ius omne remiſimus ægro.
Munere dignus erat conualuiſſe meo.
Senſit deficiens ſua præmia:meque patronum
Dixit.ad infernas liber iturus aquas.

Ad Licorem.

Qui pinxit uenerem tuam licori:
Blanditus puto pictor eſt mineruæ:

Ad ſcæuolam.

Si dederint ſuperi decies mihi milia centum:
Dicebas nondum ſcæuola factus eques.
Qualiter o uiuam quam large quamque beate:
Riſerunt faciles et tribuere dei.
Sordidior multo poſt hoc toga:penula peior:
Calceus eſt ſarta terque quaterque cute.

De decẽ oliuis:ſex ſeruant. Duas cœnas.i.una & ea dẽ menſa:& ueſceris & reliquias ſeruas in alterã & ſequentẽ menſam. Veiẽtani rubelli:aut hic depraua tum eſt nomẽ:aut apud Pliniũ: hoc enĩ genus uini rubelli:nõ a ueiẽtanis:& nomẽtanis mitti ſcribit:ubi uuæ ſunt rubẽtes:quas ut ipſe auctor eſt nõnulli dixerũt rubellas:quæ nimiã fecẽ hẽnt:ꝓptẽrea ait Martialis:fex craſſa:deprauatus ẽ plinii codex:ueiẽti naſcebatur. Oratius. Veientanũq; rubellũ.ldẽ Perſius. Cicer tepidũ:& madidũ. Inficiator & fallax.i.qui decepiſti deos:& qui depoſitũ negas:nã ĩficiator ẽ:qui negat depoſitũ.

Viue: ſplẽdide & delicate: ſupra. Hoc fortuna placet poſthumus ĩpoſuit.

Picto:Notus luſus lepoꝛ:& leonũ. Picto collo:nam picti ſunt pardi maculis.

Indulgẽt patientiam.i.ferũt æquo aĩo flagella. Lupata:frenos aureos. Calydon.oppidũ ætholiæ ubi Meleager interemit aprũ. Biſontes:animalia iubata ĩ germania ſunt. Bellua nigra: elephas.

Laxos ritus:apta ora & puta. Tenere: cõprimere. Cui: Cæſari mitiſſimo & clemẽtiſſimo.

In Nomentanis. Vinũ nomentanũ nouum peſſimũ eſt:uetus optimo cuiq; uino conferendũ:ut uel falernũ uel chiũ: uel ſetinũ poſſis cõmode ac recte appellare:de nouo in diſtichis:Nomẽtana meum tibi dat uindemia bacchũ:Si te quintus amat commodiora bibes. Nomentanum agrum neglectũ ad decem lapides Acilius Stenelius & palemon grammaticus: ſua induſtria in ſummã fertilitatis laudẽ excoluerũt. Quicqd uoluit teſta anus:hoc eſt uetus:põt cũ quouis certãr. Alibi de falerno:quid uis nomen habere poteſt.

Introponis aquã.Deridet Ruffum fruſtra expectãtẽ Næuiã:de qua ſupra. Parcebat enĩ uino:ut diutius poſſet expectare. Subinde:frequẽter. Diluti: mixti uini. Sobrias nequitias:ideſt ſobriũ coitum. Negauit:quaſi diceret eũ abſtinere uino:cum amica nõ eſſet uẽtura.

Deque decem plures ſemper ſeruantur oliuæ:
Explicat et cœnas unica menſa duas.
Et ueientani bibitur fex craſſa rubelli:
Aſſe cicer tepidum conſtat:et aſſe uenus.
In ius o fallax atque inficiator eamus:
Aut uiue:aut decies ſæuola redde deis.

De Spectaculo.

Picto quod iuga delicata collo
Pardus ſuſtinet:improbaque tigres:
Indulgent patientiam flagello.
Mordent aurea quod lupata cerui:
Quod freno libyci domantur urſi:
Et quantum calydon tuliſſe fertur:
Par et purpureis aper capiſtris:
Turpes eſſeda quod trahunt ui ſontes:
Et molles dare iuſſa quod choreas
Nigra bellua nil negat magiſtro.
Quis ſpectacula non putet deorum?
Hæc tranſit tamen ut minora:quiſquis
Venatus humiles uidet leonum.
Quos uelox leporum timor fatigat.
Dimittunt repetunt:amantque captos:
Et ſecurior eſt in ore præda:
Laxos cui dare peruioſque rictus
Gaudent et timidos tenere dentes:
Mollem frangere dum pudet rapinam:
Stratis cum modo uenerint iuuencis.
Hæc clementia non paratur arte:
Sed norunt cui ſeruiant leones.

Ad Ouidium.

In nomentanis ouidi quod naſcitur agris:
Accepit quotiens tempora longa merum.
Exuit annoſa mores nomenque ſenecta:
Et quicquid uoluit teſta uocatur anus?

Ad Ruffum.

Introponis aquam ſubinde ruffe:
Et ſi cogeris a ſodale raram
Diluti bibis unciam falerni.
Nunquid pollicita eſt tibi beatam
Noctem uenia?ſobriaſque mauis
Certe nequitias ſtutionis.
Suſpiras:retices:gemis:negauit.
Crebros ergo bibas licet trientes:

Et durum iugules mero pudorem.
Quid parcis tibi ruffe? dormiendum est.

Ad Lucium Iulium

Sæpe mihi dicis luci carissime iuli:
Scribe aliquid magnum: desidiosus homo es.
Otia da nobis: sed qualia fecerat olim:
Mecœnas flacco: uirgilioque suo.
Condere uicturas tentem per sæcula curas:
Et nomē flammis eripuisse meum:
In steriles campos nolunt iuga: ferre iuuenci:
Pingue solum lassat: sed iuuat ipse labor.

Ad Gallum.

Est tibi sitque precor: multos crescatque ꝑ annos:
Pulchra quidem uerum transtiberina domus.
At mea Vipsanas spectant cenacula laurus:
Factus in hac ego sum iam regione senex.
Migrandum est ut mane domi te galle salutem:
Es tanti: uel si longius illa foret.
Sed tibi non multum est: unum si presto togatum.
Multum est: hunc unumsi tibi galle nego:
Ipse salutabo decima uel serius hora:
Mane tibi pro me dicat auere liber:

De Catella publi.

Issa est passere nequior catuli:
Issa est purior osculo columbæ:
Issa est blandior omnibus puellis:
Issa est carior indicis lapillis.
Issa est deliciæ catella publi.
Hanc tu: si quæritur: loqui putabis:
Sentit tristiciamque gaudiumque.
Collo nixa cubat: capitque somnos.
Vt suspiria nulla sentiantur.
Et desiderio coacta ueneris
Gutta pallia non fefellit ulla:
Sed blando pede suscitat: toroque
Deponi monet: et rogat lauari.
Castæ tantus inest pudor catellæ.
Ignorat uenerem: nec inuenimus
Dignum tam tenera uirum puella.
Hanc ne lux rapiat suprema totam.
Pictam publius exprimit tabella.
In qua tam similem uidebis issam:
Vt sit tam similis sibi nec ipsa:

Sæpe mihi: Ad. L. Iulium sodalem: affert cām quare nō scribat aliqd magnū quia nullū. s. sit premium: nec ocium.

Aliqd magni. i. nolo uersari in epigrāmatibus. Flacco: Oratio: Mecœnas aluit Flaccum: & Maronem. Iuuat: quia fructū est.

Est tibi sit: Ad Gallum cui pene idem scribit proculo: se scilicet nō iturum ad salutandū: sed missurum mane librum & post decimā se iturum. Trāstiberina: ꝓcul. Vipsanas laurus: porticus Romæ quæ Vipsana dicebat: cuius mēinit Tacit⁹: hui⁹ nemus & lauros spectabat martialis a fenestra. Es tanti precii: hoc officium ut te salutem: nō ē multū si uenio comes: & me præsto comitem: sed multum est si me mihi ip̄i nego: & amitto tēpus: idest non uaco litteris: & ueræ uitæ.

Issa est: Publius in delitiis habebat catellā: de qua alibi: publius exiguæ si flagrat amore catellæ. Issa insula in ilyrico est: unde nō ꝓcul erat melita: ut Strabo scribit: & plinius dedicati mittebant canes: īde canes meliteos dictos putat calimachus: ut nō incommode hanc catellam meliteam possit appellare. Nequior: lasciuior. Sentit tristitiam: & gaudium: idest mœret & gaudet: ac si haberet sensus humanos. Desiderio uentris. s. emittendi.

Cũ tibi sit: Regulus cãs agebat: cũ mittat ad eum epigrãma Martialis: ait nõ eẽ repræhẽdendũ: qꝫ interpollet occupatũ in causis publicis: nã cũ Regulus nõ minus habeat ingenii ut libris possit delectari: q̃ pietatis: qua utitur in causis defẽdendis: nõ inepte ei mittit libellus. Minor pietas. i. cũ habeas & ingeniũ. Sophiæ doctrinæ.

Cum te: Ludit in prisco noie ꝓprio: qđ iocando accipit appellatiuũ: ait enĩ salutabã te antea prisce: & appellabã te dñm & regẽ uolẽs aliquid ipetrare: quoniã nõ nouerã te auarũ: nunc quod mihi es cognitus: eris mihi priscus. i. te nõ colã & te ꝓprio nomine appellabo.

Quæcũque: Docet ubi eius epigrãmata emi possint. Inuidebis ocio: qꝫ noles terere tẽpus. Apinæ: dicũtur res tenues & uilissimæ. Alibi: martialis Sunt apinæ tricæ & siquid uilius istis. Alii apinas dictas putant ab apino fructu: qui cortice fragili est: ut scribit plinius. Alii ex prouerbio: ludicro: qđ erat apud antiquos apina & metaicra urbibus deletis: cũ enĩ rẽ uilissimã & nullius momẽti uolebãt significare: apinã dixere: ꝓpterea ait plinius apinam euersam in ludicrum uerterunt: placet per sniam. illud sane constat rem exilem & uilissimam esse. Per quẽ non licet: ideſt qui nõ sinit meas nugas perire: sed excipit & ediscit.

Hos tibi: epitaphium Antulæ in nemore cõsecrato a Fenio Telesphoro eius patre. Dignior ipse: pater qui eẽt mortuꝰ.

Quædam: in procillũ inuidũ. Liguſtrum: flos candidus. Graculo: graculi sunt aues quæ gregatim uolant: ut Varro: & Fabius dicti a uoce. Suspendia sæna cogitabis: præ iuuidia. Cito. i. prima ætate. Sequens epigramma est clarum.

Ipsam denique pone cum tabella:
Aut utranque putabis esse ueram:
Aut utranque putabis esse pictam.

Ad Velocem.

Scribere me quereris uelox epigrammata longa:
Ipse nihil scribis: tu breuiora facis.

Ad Regulum.

Cum tibi sit sophiæ par fama et cura deorum:
Ingenio pietas nec minor ipsa tuo.
Ignorat meritis dare munera: qui tibi librum:
Et qui miratur regule tua dari.

In Priscum.

Cum te non nossem: dominũ regemque uocabam:
Cum bene te noui iam mihi priscus eris.

Ad Lectorem.

Quæcunque lusi iuuenis et puer quondam
Apinasque nostras: quas nec ipse iam noui:
Male collocare si bonas uoles horas:
Et inuidebis otio tuo lector:
A ualeriano pollio petes quinto:
Per quem perire non licet meis nugis.

Ad Faustinum.

Hos tibi uicinos faustine thelesphorus hortos:
Fænius: et breue rus udaque prata tenet.
Condidit hic natæ cineres: nomenque sacrauit.
Quod legis antulæ: dignior ipse legi
Et stigyas æquum fuerat patrem isse sub umbras.
Sed quia non licuit: uiuat: ut ossa colat.

In procillum

Quædam me cupit inuide procille
Toto candidior puella cygno.
Argento: niue: lilio: liguſtro.
Sed quandam uolo nocte nigriorem.
Fornica: pice: graculo: cicada.
Iam suspendia sæua cogitabis:
Si noui bene te procille: uiues.

De Antula.

Hoc nemus æterno cinerum sacrauit honore
Fænius: et culti iugera pauca soli.
Hoc tegitur cito rapta suis antula sepulchro:
Hoc erit antulæ mixtus uterque parens.
Si cupit hunc aliquis: monco ne speret agellum.
Perpetuo dominis seruiat iste suis.

Occurris:Lupercus auarus uolebat gratis habere epigrãmata martialis:poeta arguto ioco eũ ludit Luperci cuiusdã meminit Tacitus in bello aduersus batauos. Ad pirum:locum ubi habitabat martialis: potes ad pilam legere. Quod infra ĩdicat. Sed tiburtinæ sũ ꝓximus accola pilæ. sed placet ad pirum:ut regio ad malu punicum dicebaꝫ auctore suetonio in Domitiano. Forũ cæsaris:non Domitiani sed augusti in quo Archesti laus uictor dicauit Venerẽ genitricẽ. Nido: alio uerbo dixit Oratius:Pila taberna meos habeat:uel pila libellos infra martialis:Hos nido licet inferas uel imo.

In Lupercum.

Occurris quotiens luperce nobis:
Vis mittam puerum subinde dicis:
Cui tradas epigrammaton libellum:
Lectum quem tibi protinus remittam.
Non est quod puerum luperce uexes.
Longum est si uelit ad pirum uenire:
Et scalis habito tribus:sed altis.
Quod quæris propius petas licebit.
Argi nempe soles subire letum:
Contra cæsaris est forum taberna.
Scriptis postibus hinc et inde totis
Omnes ut cito perlegas poetas.
Illuc me pete:nec roges atrectum:
Hoc nomen dominus gerit tabernæ:
De primo dabit alteroue nido
Rasum pumice purpuraque cultum
Denariis tibi quinque martialem.
Tanti non es ais sapis luperce.

Ad Cecilianum.

Cui legisse satis non est epigrammata centum
Nil illi satis est ceciliane mali.

Marci Valerii Martialis epigrammaton liber secundus.

Vid nobis inquis cum epistola? parũ ne tibi præstamus si legimus epigrammata? quid hic porro dicturus es? quod nõ possis uersibus dicere? Video quare tragœdi epistolam accipiãt. quibus pro se loqui non licet. epigrãmata curione non egent:et contenta sunt sua:ideſt mala lingua. In quacunque pagina uisũ est epistolam faciunt. Noli ergo:si tibi uidetur rem facere ridiculam. et in toga saltanti inducere personã. Denique uideas an te delectet contra retiarium ferula. Ego inter illos sedeo qui protinus reclamant. Puto mehercule Deciane uerum dicis. Quid si scias cum qua et quã longa epistola negociũ fueris habiturus? Ita. Vid nobis inquis: Valerius Martialis detiano suo amico secũdũ libꝝ mittit: eũ ĩtroducit cõsulẽtẽ cur epistolã epigrãmatis ꝓponat:cuius auctoritate cõmotus exit ĩ carmẽ omissa epistola. Quare trgaœdi:comœdi:hoꝝ mos erat uti prologo: quẽ nũc Detiannus appellat epistolam: ratio erat:quia eo ꝓlogo quo alloquebãtur spectatores:nonnulla dicebant:quæ paulopost occupatione fabulæ dicere nõ poterãt:inde est qđ ait. Accipiãt epistolam.i.utãꝫ ꝓlogo. Loqui ꝓ se:quia cũ spectatoribus suo nomine non possunt postea occupatione. Curione:ministra epistola suoꝝ sensuũ. Curio ministrum significat. Sua lingua.i.satis ꝓ se loqui põt sine curione:ideſt ministro. Faciũt epistolã.i.possũt uti ꝓlogo:qđ nõ faciũt tragœdi. Noli ergo:hic est sensus quẽadmodũ si mimus rẽ ridiculã facit nõ ẽ uelandus toga:ita & epigrãmata si suos iocos pstãt nõ sũt ueláda epistola. Personæ saltãti.i.mimo. Retiarium ferula & pueri uapulabãt:& senũ gressus iuuabant:ea infirmissimũ ẽ uirgultũ: unde ꝓuerbiũ apud antiquos erat ĩ eos qui tenui & exiguo præsidio aduersus optime instructũ pugnabant eos pugnare ferula cõtra gladiatorẽ:hoc ait Decianus: nõ ẽ qđ cogites:si male scripsisti te fore tutũ aduersus obtrectatores hac epistola. nã hoc esset pugnare ferula cõtra gladiatorem:quasi.d. ista epistola aduersus obtrctatoꝛs ꝓuũ præsidiũ præstat: Vel gladiatoꝛs:cũ nõ placebãt uirgis cæsi explodebanꝫ ex theatro: quod Hora.in satyra docet ĩterprete porphyrione. Sit ígitꝫ sẽsus:uide an uerbera qbus retiarii quũ nõ placent afficiũtur:te delectẽt.q.d. si tu offendes nos ista epistola explodeꝛis cæsus ferula ut retiarius & ego non te defendã:ĩmo una cum aliis clamabo protinus in te. Reclamãt:tractũ a spectatoribus qui statim reclamant:si quid inepte dixeris. Quid diceres si scires quam longa epistola usuri eramꝰ:uerba Mar.

Paginam:epigrammaton.

Tercentena:Alloquitur librꝝ:cui dicit se adhibuisse breuitatē:ut nullo tedio perlegatur: quod ut assequi possit:ut in manus ueniat calente mero:ait tamē se uereri:ne ita quoq; longus uideat. At nūc disci:docet commoda breuis libelli. Tertia.i.tertiū cōmodum. Si cui:si ab aliquo.Mixto:in fuso. Quicunce:sic in ista breuitate. Hei mihi:ah quam a multis non legeris.

Creta.Domitianus post duplicē triūphū de dacis populis germaniæ:germanici cognomē assūpsit septēbrēq; mensem appellauit germanicū:qd' eo icœpisset bellū hoc: cognomē anteponit martialis laudi metelli:qui a Creta deuicta cretēsis dictus: & cognomini Scipionis africani: cui africa uicta nomē dedit.deniq; triūphis quos uespasianus & Titus duxerant ex iudeis: quoniā nō solus Vespasianus aut Titus: sed uterque arma illis intulerat.triūphi uero germanici solus sit possessor & dōs domitianus.a creta metellus creticus dict⁹ est.Ouidius in fastis. Rheno domito: ideſt populis germanis:nā germānicus frater Tiberii inde cognomē assūpsit. Et puer quo pacto debuit dici germanicus? Domitianus puer uicit ne germanos:nimiꝝ est ex hīstoria:uel ut intelligas eum patrem secutū esse:qui ante susceptum imperiū duas ualidissimas germaniæ gētes deuicit:penetrauitq; usque in britanniam:uel qd' magis placet:quoniā cū iuuenis esset adhuc una cum Antonio & mutiano batauos germaniæ populos in leges & ditionē coercuit. Batui aūt habent insulā in rheno ad centū milia passuū.De hac hīstoria Silius. At tu trāscendens germanice facta tuoꝝ iā puer auri como pformidate batauo:illic tū britanno legimus:quod nihil refert:nam codices plæriq; habent batauo & eadē fuit expeditio. Idumeos:ex iudæis.quasi dicat iudæi fuerūt uicti armis fraternis & patris.At solus uicisti germaniam.

Sexte:Sextus iactabat se nihil cuiquā debere:martialis hoīs iactantiā ioco subsannat:aitque se id credere:quoniā is tā tū debet qui potest soluere.

Quā blandus:amianus habebat rē cū matre:quā blandit tibi mater. Nomīa nequiora:ideſt hæc blanditiæ placent.

Nec sororem:sed uxorem.

Ne ualeam:luerat salutatū detianum sæpenumero: qui ad duo milia passuū distabat. sed ille uel aliis negociis: occupatus negabat se esse domi: uel aderat: ait poeta sibi nō esse molestum ire duo milia passuū ut eum uideat:sed sibi graue esse ire quattuor:& eum non uidere: amittereq; laborē. Ne ualeā.i. pereā.

que quod exigis fiat.Debebūt tibi:siqui in hūc librū iciderint quod ad primā paginā nō lassi puenient.

Ad librum suum

Tercentena quidem poteras epigrammata ferre
Sed quis te ferret:perlegeretque liber?
At nunc succincti quæ sunt bona disce libelli:
Hoc primū est breuior quod mihi cartha perit
Deinde quod hæc una peragit librarius hora:
Nec tantum nugis seruiet ille meis.
Tertia res hæc est:quod si cui forte legeris.
Sis licet usque malus:non odiosus eris.
Te conuiua leget mixto quicunce:sed ante
Incipiat positus quam tepuisse calix.
Esse tibi tanta cautus breuitate uideris:
Heu mihi quā multis sic quoque longus eris.

Ad Cæsarem Domitianum.

Creta dedit magnum: maius debet africa nomen:
Scipio quod uictor:quodque metellus habet.
Nobilius domito tribuit germania rheno:
Et puer hoc dignus nomine cæsar eras.
Frater idumeos meruit cum patre triumphos.
Quæ datur ex catis laurea tota tua est.

Ad sextum.

Sexte nihil debes:nil debes sexte fatemur:
Debet enim si quis soluere sexte:potest.

In Amianum.

Quam blandus es amiane matri.
Quam blanda est tibi mater amiane.
Fratrem te uocat:et sororem uocatur.
Cur uos nomina nequiora tangunt?
Quare non iuuat hoc quod estis esse?
Lusum creditis hoc:iocumque:non est.
Mater quæ cupit esse se sororem
Nec matrem iuuat esse:nec sororem.

Ad Decianum.

Ne ualeam si non totis deciane diebus
Et tecum totis noctibus esse uelim.
Sed duo sunt:quæ nos distinguunt milia passum

Quattuor hæc fiunt:cum rediturus eam.
Sæpe domi non es:cum sis quoque sæpe: negaris:
Vel tantum causis:uel tibi sæpe uacas.
Te tamen ut uideam:duo milia non piget ire
Vt te non uideam:quattuor ire piget.

Ad Seuerum.

I nunc edere me iube libellos:
Lectis uix tibi paginis duabus
Spectasses cato coleon seuere.
Et longas trahis oscitationes.
Hæc sunt quæ relegente me solebas
Rapta scribere:sed uitellianis
Hæc sunt singula quæ sinu ferebas
Per conuiuia cuncta:per theatra
Hæc sunt:aut meliora siqua nescis.
Quid prodest mihi tam macer libellus:
Nullo crassior ut sit umbilico:
Si totus tibi triduo legatur.
Nunquam deliciæ supiniores:
Lassus tam cito deficis uiator.
Et cum currere debeas bouillas:
Iter iungere quæris ad camœnas.
I nunc edere me iube libellos.

In Attalum.

Declamas belle:causas agis attale belle:
Historias bellas:carmina bella facis.
Componis belle mimmos epigrammata belle.
Bellus grammaticus.bellus es astrologus.
Et belle cantas:et saltas attale belle.
Bellus es arte lyræ:bellus es arte pilæ.
Nil bene cum facias:facis attamen omnia belle:
Vis dicam quid sis?magnus es ardelio.

Ad Lectorem.

Si qua uidebuntur chartis tibi lector in istis
Siue obscura nimis:siue latina parum:
Non meus est error:nocuit librarius illis:
Dum properat uersus annumerare tibi:
Quod si non illum:sed me peccasse putabis
Tunc ego te credam cordis habere nihil.
Ista tamẽ mala sunt:quasi nos manifesta negemus
Hæc mala sunt:sed tu non meliora facis.

De Næuia.

Vacas tibi:indulges ocio.
I nunc:In delicatum & seuerũ lectorẽ: quẽ duabus paginis fessum dicit iã oscitare:& spectaſ ultimã ptẽ libri: ꝓpterea eos sibi male cõsulere qui suberit ut epigrãmata quæ olim recitabat & habebãſ in admiratione redigat ĩ libellos & emittat. Oscitatiões.i.distractiões oris:qd'ẽ signũ fastidientis.Spectas deschatolicõ: .i.ultimã paginã & finẽ libelli. Vitelliani erãt pugillares:quibus res amatoriæ & lasciuæ scribebãſ. In distichis:Nõdũ hos legerit puella:Nouit quid cupiãt uitelliani.Rapta: raptim hæc sũt singula redacta in librũ. Macer:breuis. Supiniores.i.ignauiores nũq̃ uidi maiorem ignauiã.Bouile uenienti ex aricia occurrunt:paulo citra locũ ubi erat tẽplũ bonæ deæ:ea uia celeberrima erat: & sacris arcinis & amœnitate loco⁊ celebrem fuisse ostendit iuue. Dignus aricinos qui mendicaret ad axes. ꝓpterea poeta sumpsit metaphorã a uiatore cursuro bouillas. Pedianus aũt:ædes camœna⁊ erat ad portã trigeminã condita:ut alii ãnales habẽt a Fuluio nobilioꝝ:ut alii ab Octauio tibicine. Iter iungeſ quæris:iter iũgunt hi qui per interualla qescunt in cursu. Camœnas:ad ædẽ musa⁊. Bouillas:inquit cursurus uis subsistere ad portã.Aedẽ aũt camœna⁊ primus Numa erexit:auctor Liuius in primo ab urbe:& plutarchus.

Declamas.In Attalũ qui artes oẽs attigebat nulla erudiebaſ.Mar.quærit quõ debeat appellari cũ pariter oẽs artes attigat:& ita ut nullã assequaſ:& ediscat:ut ab ea possit accipe nomẽ.Ficto igiſ nup uerbo dicit eũ debere appẽllari Ardelio nẽ.nã ardeliones sũt qui studio quodã ardẽt in rem oẽm:& nullã ꝓsequũſ. Declamare est ficte orare ad exercitationẽ.

Mimmi poemata:qualia scripserũt laberius publius philistio:ĩ his solus risus quærebaſ.hi poetæ mimmographi dicũtur. Ardelio:nomẽ studii:& nõ doctrinæ ab ardendo.i.festinãdo. Ardelliones ad oĩa festini & curiosi:sed ut dixi nouitate nominis iocatur.Sequẽs epigrãma est clarum.

Scripſi in Neuiã: iocus eſt, nã dare abſolute apud martia. modo eſt dare preciũ: modo daſ coitum ut illud res perridicula eſt uis dare, ſ. coitum nec daſ uis, ſ. preciũ: exigebat precium Martia. Næuia pro coitu. Non dabit ergo, ſ. coitum: ĩterrogatiue: ĩmo dabit, ſ. preciũ ut emat a me coitum: quaſi di. ſi uoluerit a me coitum: oĩo ſoluet: aliter enĩ nolo.

Baſia dimidio: poſthumus male olebat conſcius huius rei dimidio labro oſcula dabat occurrenti bus amicis. Martia. dicit ſe nõ ægre ferre: ſi dimidio tantũ labro oſculatur: ſed ſe facere ptãtẽ ut dimidiũ adimat. Poſthumus: nomen fictũ eſt apud poetam: ut indicat. Quis it poſthumus in meis libellis nõ dicã. Licet demas: potes demere: hoc etiã dimidiũ: & id facile pateat.

Quod frõte: Ad Ruffũ cœnipetã: ĩta habet inſcriptio: antiq. i. ſectãtem & petentẽ aliã cœnã. Nubila: torua & mœſta. Porticũ ſerã. i. ſerus terit porticũ.

Piger: torpens tacet qddã lugubre: qddã in ſigne luctus. Indecẽs: turpis terit terrã demiſſo uultu. Ita enĩm ẽ habitus lugẽtis. Decoquere: ſi abſolute dicatur eſt fugeſ ob æs alienũ. ſi cũ accuſatiuo ſignificat penitus cõſumere: tractũ a rẽbus q cõſumũtur coctione. Mirra: ſuauiſſimi odoris arboré habet: ut nonnulli dixere in eadem ſilua cũ thure: & cũ alia unguenta: ex diuerſis rebus conſtarẽt: ſola myrha habebaſ pro ungento. Non alienus. i. ſemp habes odorẽ alienũ & acerſitũ. Hoc mihi ſuſpectũ: quia nõ bene olet ſemp: quia non habet bonũ odorẽ & naturalẽ. erat enim fellatoris uitio olidũ: ſed id odoribus emẽdabat.

Et iudex: cauillaſ in Sextũ q adeo gloriatur illa iactantia ſe nihil cuiq debere ut iuſtis etiã creditoribus ambagibus litium rem creditã negaret. nũc in litigantem aduerſus creditorẽ iocaſ: & ait poeta Sexte dum unũ creditorẽ uis ſubterfugere tres habes: nam & iudex petit: & patronus & creditor fuerit prudẽtius creditori ſoluere: ut duos deuites: q unum ſubterfugere ut in tres incidas.

Nil intentatum: In ſelium cœnipetam qui loca urbis ubi hominũ cõuẽtus eſſe ſolent: diſcurrebat: ut ab aliquo iuitare tur: poeta iocatur dũ ſingulis in locis anxium: & ſollicitum cœnæ oſtendit. Europæ: ex oĩbus urbis locis cãpus martius hĩtus dignus eſt: auctore Strabone: ĩ quo præclariſſima picturarũ aliorũque ædificiorũ opa collocarẽtur: uel loco ſaltẽ uicino. Non procul igit a campo martio erat fabula Europes picta ĩ porticu quẽ admodum uecta eſt a ioue uerſo in taurum: eratque prope locus buxo conſi exercitationi & curſui aptiſſimus. Alibi Martialis: Sed curris uineas tantum prope uirginis undas: aut ubi ſidonio taurus amore calet. Achilleos pedes, i. celeritatẽ tuoꝝ pedũ. nã achilles hoc epitheto frequẽti carmĩe celebraſ ab Hõero ποδαρκὺς ἀχιλλεύς uelox pedib⁹ achilles ſtulte alii exponũt pedes achilleos, i. carmĩa de Achille, amici igitur pauli currẽtis Selius uelocitatẽ laudabat ut ita uenareſ cœnã

Sine fine: ſupra quã decebat. Si nihil fecit. i. ſi nihil potuit aſſequi. Phillirides: Chirion: philiræ & neptuni qui erat in fabula argonautaꝝ pictus. Aeſonides: Iaſon filius Aeſonis: Argonautæ picti erãt in cãpo martio in amœniſſima porticu & ambulatione: quæ multis frequẽtabatur. alibi mart. An ſpacia carpit lentus argonautarum.

Scripſi: reſcripſit nil næuia: nil dabit ergo?
Sed puto quod ſcripſi legerit: ergo dabit.

In Poſthumum.

Baſia dimidio quod das mihi poſthume labro:
Laudo: licet demas hinc quoque dimidium:
Vis dare maius adhuc et inenarrabile munus?
Hoc tibi habe totum poſthume dimidium.

In Selium.

Quod fronte ſelium nubila uides rufe
Quod ambulator porticum terit ſerus
Lugubre quiddam quod tacet piger uultus:
Quod pene terram tangit indecens naſus.
Et dextra pectus pulſat: et comam uellit:
Non ille amici fata luget aut fratris.
Vterque natus uiuit: et precor uiuat.
Salua eſt et uxor: ſarcinæque ſeruique.
Nihil colonus uillicuſque decoxit.
Meroris igitur cauſa quæ eſt. domi cœnat:

In poſthumum.

Eſſe quid hoc dicam? quod olẽt tua baſia myrrhã?
Quodque tibi eſt ſemper non alienus odor.
Hoc mihi ſuſpectũ ẽ: quod oles bene poſthũe ſẽp.
Poſthume non bene olet: qui bene ſemp olet.

Ad ſextum.

Et iudex petit et petit patronus.
Soluas cenſeo ſexte creditori.

In Selium.

Nil intentatum ſelius nil linquit inauſum:
Cœnandum quotiens iam uidet eſſe domi.
Currit ad europem et te pauline tuoſque
Laudat achilleos ſed ſine fine pedes.
Si nihil europæ fecit: tum ſepta petuntur:
Si quid phillirides præſtet et æſonides

Mẽphitica:Isis templũ habuit romæ ꝓximũ ei campo:qui erat coiunctus campo martio Iuue. cal Iidaque petitas a meroe potabit aquas:ut ſpargat ī æde Iſidis ātiquo:quæ ꝓxima ſurgit ouili. Sacra aũt illa celebrãt magna hoium frequẽtia:& inde ſæpenumero ſcortationes:& ſenocinia parabãtur Mẽphitica:ægyptia:qa ex ægypto. iuuenca:iſis quæ olim iuuenca fuit.Mœſta:epitheton iſidis ꝓp mortẽ mariti Oſiridis. Centũ colũnas:porticum uipſanã intelligit:ut alii pompeiani.Verſus ſũt Ouidii &plures.proper.Illud hiſtoria tradit hanc fuiſſe ingenti ſumptu ædificatã & nobilẽ inter cætera ornamenta induſtria ātiphili pictoris:qui illic pinxit Cadmũ & europẽ.

Hinc quoque deceptus mẽphitica tẽpla frequẽtat
Aſſidet et cathedris mœſta iuuenca tuis.
Inde petit centum pendentia tecta columnis:
Illinc pompei dona nemuſque duplex.
Nec fortunati ſpernit:nec balnea fauſti:
Nec grylli tenebras:cœoliamque lupi.
Nam thermis iterum cunctis: iterumque lauatur:
Omnia cũ fecit:ſed renuente deo:
Lotus ad europes tepida buxeta recurrit:
Si quis ibi ſerum carpat amicus iter.
Per te perque tuam uector laſciue puellam:
Ad cœnam ſelium tu rogo taure uoca.

In Hermem.

Quod nulli calicem tuum propinas:
Humane facis her me:non ſuperbe.

In Zoilum.

Zoylus ægrotat:faciunt hanc ſtragula febrem:
Si fuerit ſanus:coccina qui facient?
Quid torus a nilo?quid ſindone tinctus olenti?
Oſtendit ſtultas quid niſi morbus opes?
Quid tibi cum medicis? dimitte machaonas oĩs:
Vis fieri ſanus?ſtragula ſume mea.

Ad Amianum.

Tonſtrix ſubure faucibus ſedet primis:
Cruenta pendent qua flagella tortorum:
Argique lætum multus obſidet ſutor
Sed iſta tonſtrix amiane non tondet.
Non tondet inquam:quid ergo facit?radit.

Dona:pompeii. hi maxime ornarunt urbem ædificiis pompeius:Iulius cæſar: Auguſtus & eius familiares Octauia.Põpeius theatrum ſtruxerat præter porticus & multas inambulationes. Duplex nemus:quid garriunt:nõnulli de curia pompeii nonne uel Strabonis uerba ſũt ſatis qui ſcribit hortos nemoroſos circa hæc loca fuiſſe:ut itelligas. Nemus duplex:ideſt latum: uel uerba Liuii: quod magis placet:qui ſcribit locũ in urbe fuiſſe:qui dicebatur inter duos lucos:& q̃dem amœnum.

Non ſpnit.i.deſcẽdit.Fortũati.N. P. Aeoliã.i.balnea uẽtoſa. Renuẽte deo:.i.nõ fauẽte. Buxeta:loca conſita buxis ad europã porticũ:buxetũ dictũ é quercetum:cornetũ:ilicetũ. Fagutal a fago. Vnde fagutalis iuppiter. Tepida:quia poſt meridiẽ illic inambulabant ad exercitationem alibi:An delicatæ ſole ruſus europæ inter tepẽtes poſt meridiẽ buxos. Voca ad cœnã:id eſt ad me uitam Selio. nã ſi cœnabit cũ ioue:diſcedet e uita:quod urbaniter dicit:quũ aliud dicere uideatur.

Quod nulli:potes accipe Hermi calicẽ fuiſſe uenenatũ:uel qđ magis placet os fetidũ fuiſſe ob fellationẽ.nã hoc ſenſu ſolet i fellatorẽ iocari:ut in Sabidiũ: cui⁹ flatu ait eſcã merdã eẽ factã.hic nulli ꝓpinabat calicẽ:qđ uidebat ſupbi hominis:ſed eũ hũane ageꝛ ſcribit Martia. ne pdat cõpotorẽ ueneno uel fetore potius aĩæ ex fellatione.

Zoilus:Zoilus ut opes lecti oſtẽtaret: ſe ægrotũ ſimulabat: ait martialis nõ opeſſe medico ad leuãdũ morbũ:ſed uilioribus ſtragulis. Stragula:ut Var.ſcribit dicebãt oĩa q̃ lecto ſternebant. Coccina.i.ſtragula tincta cocco. Torus:lecti ornamentũ erat ex lino: maximi precii habebatur:ſi ex illogoſipio lino ægyptio eſſet confectus.nam linum illud candore & ſubtilitate præſtat. Tinctus:non placet cinctus. nam cinctus non eſt lecti ornamentum:ſed ueſtis muliebris.nũc poeta de ſtragulis loquitur. Legatur ergo uel tinctus:ut repetas torus.hoc eſt quid faciat torus tinctus.Sindone olẽti:ideſt purpura: uel tigus.nam tigus ornamenti genus erat appellatione barbara:auctor Varro.Sindon é genus lini ſubtiliſſimi ut legas quid tigus faciet confectus ſindone lino ſubtiliſſimo. Olenti:ſcilicet bene. Machaones:medici dicti a machaone filio Aeſculapii. Sume mea ſtragula:quoniam ea noles oſtentare.ſunt enim uiliſſima.& ita fies ſanus:hoc eſt:non ſimulabis te ægrotare.

Tonſtrix:in tonſtricem quandam:quæ non ſolum tondebat:ſed pecunia homines radebat. grandem enim coitus mercedem poſcebat. Qua pendent flagella:nam illic erant flagella eorum qui puniebant alios.Hora.Metuens pendentis habenæ tortores:qui damnatos flagris afficiebant. Obſidet:ſutor:in argileto erant multæ ſutrinæ.

Capto:In maximũ:qui uolebat eẽ dñs Martialis:cũ ipe aliis ſeruiret. Captaſ ẽ blãditiis & ſeruilibus officiis aliqd quæ rere:ut ſcurræ & alii. Anteãbulo dicit q ambulat ante dominum honoris gſa: hoc eſt uſus uerbo Trãquillus:qđ raro iuenies:atq; haud ſcio an uſq; præter q in uita Veſpaſiani:ubi ſcribit matrem ſolitã appellare eũ anteãbulatiõem frís.

Vicarius:ideſt nolo uices ſerui ſuſtinere:ideſt nolo eſſe ſecũdus ſeruus:nam q aliis ſeruiũt ſeruiẽtibus ſũt ſeruoꝝ uicarii. Rex.i.dñs:nam rex apud Oratium Iuuenalẽ:& hunc poetã dicit:qui colit a clientibus:patronus ſeruoꝝ: Vnus .L. collumella præter hos poetas ĩ ꝓœmio hoc uerbo ita uſus eſt:q; regis ĩquit ſomnos aucupari.

Felicẽ:In zoilum ſimulãtẽ aduerſã ualitudinẽ:ut ſupra dictũ & accipientem amicos mẽſa quæ ægrotãtibus ſolet parari. Debet: oportet eũ eẽ ægrotũ:qui tecũ cœnet:nã conuiua ad cliuum aricinum eſt mendicus corpore læſo. Quẽ tua cœna felicẽ facit:ideſt:cui placet tua cœna:& ea ſe putet felicem:nam cibis q dem lautis erat parata:ſed iis qui ſolent dari ægrotantibus Vnde cauillatur cœnam eã eſſe aptam ægrotis:& eos q ægroti mendicãt ad cliuum aricinum ſe putaturos felices ea cœna.

Baſia:ideſt malo manum quam baſia: quia male olent.

Quid:ob illud epigrãma:baſia dimidio. Cœpit utroq; daſ:ut illđ ulciſcat.

Nondũ:non dicã nomẽ poſthumi & qd ſit:qa poterit uindicare ſub ſpecie amicitiæ dãdo baſia mihi:quæ male olẽt Cætera quattuor epigrãmata ſũt clara.

Si det.In Candidũ de quo alibi: candide κοινοφιλών. Is ampliſſimis uerbis pollicebatur ſe fore oĩs aduerſæ fortunæ comitẽ:Martialis poeta ait ſe nolle amicum qui tantum in calamitate ſit comes:ſed eum qui ſi factus fuerit diues det aliquid. Triſtem reatum: ſi fueris reus. Reo:ſcilicet te. Exulis:tui. Dat: fortuna.Hoc:ſi fortuna dat: Partẽ:id eſt dimidiũ. Multũ eſt:ideſt poſſes dicere nimium eſſe dare dimidiũ. Das aliquid: interrogatiue quaſi dicat non

Das nunq̃:Galla meretrix quæ nõ ſtabat promiſſis.unde inquid:ſi ſemper cõtrarium facis:nega mihi & dabis.

In Maximum.

Capto tuam:pudet heu:ſed capto maxime coenã:
Tu captas alias:iam ſumus ergo pares:
Mane ſalutatum uenio:tu diceris iſſe:
Ante ſalutatum:iam ſumus ergo pares.
Sũ comes ipſe tuus:tumidique anteambulo regis:
Tu comes alterius:iam ſumus ergo pares.
Eſſe ſat eſt ſeruum:iam nolo uicarius eſſe:
Qui rex eſt regem maxime non habeat

In Zoilum.

Felicem fieri credis me zoile cœna:
Felicem cœna zoile deinde tua?
Debet aricino conuiua recombere cliuo:
Quem tua felicem zoile cœna facit.

De Paulo.

Carmina plus emit:recitat ſua carmina paulus:
Nam quod emas:poſſis dicere iure tuum.

In poſthumum.

Baſia das aliis:aliis das poſthume dextram:
Dicis utrum mauis eligę:malo manũ.

De eodem:

Quid mihi uobiſcũ ẽ o phœbe nouẽque ſorores:
Ecce nocet uati muſa iocoſa ſuo
Dimidio nobis dare poſthumus ante ſolebat:
Baſia nunc labro cepit utroque dare.

De eodem.

Non dicam licet uſque me rogetis
Quis ſit poſthumus in meo libello
Non dicam:quid enim mihi neceſſe eſt
Has offendere baſiationes?
Quæ ſe tam bene uindicare poſſunt.

In candidum.

Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum
Squalidus hærebo pallidiorque reo:
Si iuuat patria damnatum excedere terra:
Per freta per ſcopulos exulis ibo comes.
Dat tibi diuitias:et quid ſunt iſta duorum.
Das partem:multum eſt:candide das aliquid.
Mecum ergo miſer es:quod ſi deus ore ſereno:
Anuuerit:felix candide ſolus eris:

Ad Gallam.

Das nunquam:ſemper promittis galla roganti:
Si ſemper fallis:iam rogo galla nega.

Quod querulum:Propter tussim Bithinnicus sperabat Nœuiam morituram: quoniam tussi uehemẽtius agitabatur sed fallitur:quoniã Nœuia meretrix ita solet blãdiri. Spirat:anhelat. Blãditur:scilicet tibi auaro:nã tu caperis iis blãditiis:quum inde speres cito morituram.

Laudãtem Cœnæ cum retia tendit:ideſt cum captat cœnam. Accipe:audi. Effecte:plene. Facta est iam tibi cœna:quia cœnabis mecũ. Hæc uolui te dicere:uerba eius qui laudatus est a Selio. Tacet lege:non tace. Ita habet codex antiquus:ideſt cum audit Selius cœnam sibi esse paratam:statim silet quasi assecutus quod uolebat & timens ne loquendo offendat. Rideto:In Sextillum masturbatorem & fellatorem:is contracta fronte & stoico supercilio nolebat uideri mollis:Martialis iocatur:& quasi uideatur assentari:ait Sextillum non debere uereri:quod aut cinædus:aut pædico:aut fututor:aut cunnilingus habeatur:sed tamẽ duas res superesse:quæ uel ab hispido & seuero possint effici:hoc est fellare & masturbari.

Ad bithinicum.

Quod querulũ spirat quod acerbũ næuia tussit:
Inque suos mittit sputa subinde sinus:
Iam te rem factam bitinice credis habere?
Erras.blanditur næuia:non moritur.

De Selio.

Laudantem selium cœnæ cum retia tendit
Accipe siue legas:siue patronus agas:
Effecte:grauiter:cito:nequiter:euge:beate:
Hoc uolui.facta est iam tibi cœna:tacet.

In Sextillum.

Rideto multum qui te sextile cinædum.
Dixerit:et digitum porrigito medium.
Sed nec pædico es:nec tu sextile fututor:
Calda uetustina nec tibi bucca placet.
Ex istis nihil es fateor sextile:quid ergo es?
Nescio.sed ut scis res superesse duas.

Ad Ruffum.

Ruffe uides illum subsellia prima tenentem:
Cuius et hinc lucet sardonicata manus.
Quæque tiron totiens epotauere lacernæ:
Et toga non tactas uincere iussa niues.
Cuius olet toto pinguis coma marcelliano:
Et splendent uulso brachia trita pilo.
Non hesterna sedet lunata lingula planta:

Rideto:ideſt derideto illum qui te appellauerit cinædum. Porrige digitum medium,erat indicium contumeliæ. nã digitus ille infamis dicebat:seu uerpus: quoniam eo iudæi delapsa intestina recondebant.Iuuena.Mediumque ostẽderet unguem:ideſt medium digitũ. Calda bucca:ideſt uulua:quia non es cunnilingus. Duas res:ideſt fellationẽ:& masturbationem.masturbari a uerbo græco tractum est:nam græci μαςροπεύω dicunt lenocinio & blanditiis cõciliare. Vnde masturbari dixerunt latini pro eo quod est uirilia impudenter tractare.

Fellare ab hædis & agnis tractum: qui fellare dicuntur uberã matris:cũ lac sugunt:hoc uerbo usus est Varro in re ru. i agnis Solinus frequentatiuo scilicet fellito:In edis:& Pli.Dicitur autẽ non a felle animali:quod sentire est ridiculum: sed a uerbo græco quod est os contaminare:ita interpretatur Suidas testimonio etiam Aristophanis.

Ruffe:In eum qui ex seruili conditione peruenerat ad equestrem dignitatem insigniaque equestria gerebat: poeta facete iocat:ait enim si nescis quis ille sit qui indutus & pictus est equestribus insignibus amoue splenia & ornamenta illa legesque i fronte quid sit:& aperte alludit ad picturã:nã dicimus perlegere oculis ea quæ picta sũt. ut apud Virgi.hic aũt habebat notas legẽdas i frõte:ideſt stigmata. Illũ terẽtẽ prima subsellia.nã iter subsellia iudicũ equites sedebãt:ut supra dictum est.& Pli.& Stra.sunt auctores. Sardonicata manus:ideſt habens annulũ ligatũ sardonice:& hoc est signũ equitũ:qui annulo donabãtur.sardonice aũt gẽma i maxima fuit auctoritate:annulo præsertim Policratis: q cũ & ab Herodotis: & a latinis nostris memoriæ sit cõmẽdatus.gẽmã sardonicẽ habuisse scribitur:dicitur & sardonicus.Iuue. Gẽmaque princeps sardonicus:cuius tyron epotauere lacernæ:ideſt cuius lacernæ totiẽs tinctæ sũt: primũ tãtũ bis tingebãtur purpuræ: dicebãturque dibaphæ:qualibus usus ẽ lẽtulus Spinter primus postea sæpius tictæ fuerũt maiore honore & ipẽdio.Et uides illũ cuius lacernæ lucẽt bis tictæ:lacernæ superiuebãtur togæ. Toga cœa,quæ ex cœa ĩsula cõfecta erat.utebãt etiã uiri:uicebãtur tamẽ albedine a mulieribus bombicẽ assyriã gestãtibus. Pinguis:uncta. Marcelliano:unguẽto cõfecto a Marcello.nã unguẽta aut a locis sumũt appellationẽ:ut rhodia & mẽdesia aut a magistris: ut cosmiana & marcelliana.aut a succis ĩmixtis ut nardi nardina opobalsama. Euulso pilo:nã cuellebãt pilos ut molliores uiderẽtur.unde & istrumẽtũ appellarũt uolsellas:ut.Var. Lingula:uiculũ erat calciameti quã alii dixerũt ligulã.Lingula præterea aliud significat qđ ĩ distinctis declarabit:p uiculo calciameti Põpeius posuit.& usus ẽ Iuuenalis ligulã dimittere: Sedet:apposita ẽ. Nõ hesterna:nõ heri sed singulis horis cõcinata.Plãta lũata,i.calceis lũatis qđ erat nobilitatis ĩdiciũ ut supra dictũ ẽ

Aluta coccina:pellis rubens. Pingit:apte format & pedem non lædit. Splenia:sunt qui lenia dicant:id uerbum est apud poetam in distichis:& apud Festum:sed placet ut splenia legatur.Erãt aũt panni bombicini odoribus & unguento perfusi.Vides inquam illum cui splenia. Numerosa:idest per numerum & ordinem composita. Linunt:oblinunt. Stellantem frontem:idest radiantem: quia uidebatur radiare uel notis insignitam.Amoue splenia:quæ cooperiunt stigmata & notas.& alludit ad hominem pictum notis. Leges:cognosces esse seruum.

Mutua:ĩ Caium auarum:qui cum ab eo rogaret mutuum: Martialis cõsuluit ut ageret causas si uolebat esse diues.Vel etiam:iedst non modo non debuit mihi recusare in mutuum: sed etiam nõ esset molestum nimis si donasset: Flagellat: arctat & continet.alibi in eundem:I tibi dispereas gaure pusillus homo es.

Sæpe ego christillam:Codex antiquus habet christinum:q; bene det: iocatur ĩ hoc dare bene:cũ enim ille ĩterrogat: intelligit quam humaniter det:hic respondet:intelligit dare largiter.i. largo fœnore. Supra quod fieri nil mariane potest:idest non posset dare largius.

Lis mihi:Epigramma est in Balbum qui uolebat uideri dominus: cũ multis seruiret: multosq; timeret. Balbus erat ditissimus:ficto tamẽ nomine a Martiale:nam quicunque hic nominantur supra tempora Domitiani fuerunt. Licinus:ditissimus fuit:siue intelligas tonsorem:de quo illud distichon:Marmoreo Licinus tumulo iacet:at Cato paruo:Põpeius nullo credimus esse deos:siue is sit de quo Persi.Nunc licini campos: nunc crassi mittit in ædes:hic ponitur pro diuite.Patrobas:alio uerbo repperi Patrobum Paulum inuersis syllabis nũc a poeta:is fuit libertus Neronis qui tanto studio palestræ tenebatur:ut harenam a nilo usque iuberet sibi afferri in theatrum qua spergeretur:Pli.auctor est.Cõfinis: qui habet agros uicinos mihi. Vexat: idest semper arripit mihi aliquid. Laronia:de qua luue.Non tulit ex illis torquum laronia quendam. hæc diuitias & hominum gratiam cũ esset uidua & orba assecuta est:ut quotiens nominatur: potens & diues introducatur.ut hoc loco. Abnegat:depositum. Orba:idest caret filiis. Diues anus:uidua:omnia hæc faciebant spem hereditatis Balbo.

Sit liber:nulli seruiat quod dixit superius.Esse sat est seruum & non uicariũ.

Cur:poeta uult ostendere Philenẽ habere uultum similem priapo:qui caluus: ruffus:luscus est:& hæc non aliam habebat frontis imaginem: propterea: qui eã

Coccina non læsum pingit aluta pedem
Et numerosa linunt stellantem splenia frõtem
Ignoras quid sit splenia?tolle leges.

In Caium.

Mutua uiginti sestertia forte rogabam:
Quæ uel donanti non graue munus erat
Quippe rogabatur fiduque uetusque sodalis
Et cuius laxas arca flagellat opes.
Iis mihi diues eris:si causas egeris inquit:
Quod peto da cai:non peto consilium:

Ad Marianum.

Sæpe ego christillam futui:det quã bene.quæris:
Supra quod fieri nil mariane potest.

In Ponticum.

Lis mihi cũ balbo est:tu balbũ offendere non uis
Põtice cũ licino hic quoque magnus hõ est:
Vexat sæpe meum patrobas confinis agellum:
Contra libertum cæsaris ire times.
Abnegat et retinet nostrum laronia seruum:
Respondes:orba est:diues:anus:uidua:
Non bene:crede mihi:seruo seruitur amico:
Sit liber dominus qui uolet esse meus:

In Philenem.

Cur non basio te philleni?calua es:
Cur non basio te phileni?ruffa es.
Cur non basio te phileni?lusca es.
Te qui basiat phileni:fellat.

In Gallam.

Cum placeat phileros tota tibi dote redemptus:
Tres pateris natos galla perire fame?
Præstatur cano tanta indulgentia cunno
Quem nec casta potest iam decuisse uenus.

basiabat nõ dabat oscula:sed uidebat fellare:hoc ẽ ore mẽtulã tractare. Philenis:nomẽ meretricis: ductũ ab meretrice:ĩ q̃ philocra.poeta scribit. Calua:& mẽtula q̃ calua ẽ sine capillis. Cũ placeat:In Gallã quæ Phileroti pstrabat:cui oĩa bona dederit a priore marito relicta :unde factũ erat ut tres filii prioris mariti fame pirẽt:ait poeta eã nihilo meliorẽ esse põtia:quæ duos filios ueneno necauit::cũ hæc tres patiat fame perire.de Galla alibi:Munera post septẽ nupsit tibi Galla uirorũ.Fuit item Atria Galla cuius Meminit Tacitus. Fame:collata omni pecunia. Phileros: adulter. Redẽptus:ad coitũ pcio cõductus.Tota dote:quã hẽbas sub priore marito. Indulgẽtia: adeo ídulgẽs tuo cũno. Casta Venus:legitimus coitus:idest quẽ etiã legitimus coitus nõ deceret.

Dii te perpetuã:Phileros uenefícus erat.& cõiuges omnes necabat ueneno.Alibi: Septima iã Phileros uxor tibi cõditur agro,Plus nulli Phileros quã tibi reddit ager. Quasi igitur prædicens futurũ iterim Gallæ:Martialis a Phílerote uenefico optat ex cõmiseratione:ut sit perpetua:ideſt lõgo tempore amica Phileroti. Ipsa põtia:deterior quæ duos necauit. De pontia Iuuenalis:Tu ne duos una sæuissima uipera cœna? Tu ne duos? Sũt qui afferant testimoniũ ex epigrámate ueruſto quo illa scelus fatetur.Fuit altera Põtia:quã Octauius sagitta amauit ardẽtissime :necauitque cũ nõ obsequeretur:nec posset abduci a fide cõiugii. Deterior:quia tu pateris tres perire fame.

Perpetuam dii te faciant philerotis amicam
O mater:qua nec pontia deterior.

Ad phœbum.

Cum sunt crura tibi simulent quæ cornua lunæ:
In rhitio poteras phœbe lauare pedes.

In Pannicum.

Pectere te nolim:sed nec turbare capillos:
Splendida sit nolo:sordida nolo cutis.
Nec tibi mitratum nec sit tibi barba reorum:
Nolo uirum nimium pannice nolo parum.
Nunc tibi cura pilis:et sunt tibi pectora setis:
Horrida:sed mens est pannice uolsa tibi.

In Cecilianum.

Quicquid ponitur hinc et inde uerris.
Mammas summinis:imbricemque porci.
Communemque duobus atagenam.
Mullum dimidium:lupumque totum .
Murænæque latus:femurque pulli.
Stillantemque halica sua palumbum.
Hæc cum condita sunt madente mappa
Traduntur puero domum ferenda.
Nos accumbimus ociosa turba.
Vllus si pudor est:repone cœnam:
Cras te ceciliane non uocabo:

In Linum.

Cũ sint:O Phœbe cum habeas curua crura tu potes lauari ĩ rhidio.Ná rhidiũ geomætriæ dimensionis uas ab angusto fundo in oris latitudinem exiens:uel alludit ad Phœbum:& lunam.de hoc alibi dictum ẽ a nobis. Libet addere alterã sententiam:imbricum canale est ĩ tectis quo aqua effluit ut Festus scribit. Iocans igitur poeta:ait.Cũ phœbus habeat uarra & obtorta ĩ exteriorẽ partem crura ita ut pedes coniungantur:quod in eiusmodi hominibus uidemus eum posse lotio pedes abluere cõmode: appellat aũt ĩbritium effluentem urinam tanquam ex canali. Alibi.Incipit in medios meiere uerpa pedes.Ita leges:Imbritio poteras.

Pectere:in cinædum socraticum cuius generis homines multo carmine infectãtur :qui sint cinædi socratici. Iuuenalis: Hispida membra quidẽ & duræ per brachia setæ. Mitrarum:mitris utebantur phrygii & molles homines: quod phrygio obiicitur apud Virgilium.Et tunicæ manicas:& habent redimicula mitræ.

Nec sit tibi barba mitrarum: ideſt nec pendeant redimicula mitrarum: Virgilius in quarto: Mæonia mentum mitra crinemque madẽtem.Iuuenalis.Ite quibus grata ẽ picta lupa barbara mitra.Potes ergo ita accipere:ideſt nec pendeãt tibi redimicula mitrarum:uel non sit tibi barba mollium hominũ:qui mitris utũtur:quod placet reorum:ideſt prolixam qualem rei habent. Nimirum uirum: ideſt horridum:nec parum uirũ sed uolo teneas medium. Volsa mẽs:ideſt habeas mores luxuriosos:& mẽtem mollẽ: ut supra cum perstaret in metaphora dixit galbinos habes mores:ideſt luxuriosos.

Quicquid:In Cecilianum qui iuitatus a Martiale præauaritia & igluuie multa ex mẽsa subrepta domũ mittebat:ait poeta se nõ parasse eas res ĩ sequẽtẽ diẽ:sed ĩ præsenti mẽsa: & se uelle eũ cõuiuã hodie nõ cras. Verris:rapís ex omni parte. Suminis:porcini:ná sumina igenuæ gulæ habebant:& abdomina quoq; adeo fuit auidus Publius minimoq; poeta:ut post libertatẽ nũquã sine abdomine cœnauerit:de sumine ĩ distichis:Esse putas nõdũ sumẽ sic ubere largo effluet: & uiuo lacte pupilla tumet. Imbricẽ:ideſt lũbũ:nec ĩepte fortasse ĩtellexeris de ea parte quæ aprunos dicebat. Ea manebat ĩ medio discerpto apro ĩter partes. Attagena:auis lonica:quæ cũ soleat canere capta obmutescit:masculino genere protulit Oratius.Nõ auis afra nõ attagẽ lonicus:ĩter rara saues habebat:Martialis:Inter sapores fertur aliptũ primus ionicarum gustus attagenarum . Mullus piscis lautæ olim mẽsæ.Lupũ laneũ ĩtelligit captũ ĩter duos,põtes.olim enim obtinebat pricipatũ ĩter pisces. Laneus cãdore & mollitie carnium.Idem Ora.ĩ sermonibus. Alica:genus præstantissimi tritici erat quod leborini potissimum campi ex campania mittebant:& in cognita ætate Pompeii ab alẽdo dicta. Stillantem.præ pinguedine:& sua alica pastum:ideſt madente cibo & pinguedine ciborum. nos turba ociosa:ideſt nos ociosi.Non uocaui te cras:ideſt nolo te conuiuam cras:sed hodie:caue uerbum inuocas & scribas. Vocabo:pro uocaui:nam ex hoc exístit epigrammatis iocus quod ait non uocaui te cras:ideſt cœnam paraui:ut edas hic:non ut serues in castrinum.

Quid:Ager nomentaneus olim erat ſicultus auctore Plinio mirāti lino & rogāti:q̄d ex eo haberet reſpōdit quod illū nō uideat:quia moleſtus erat Martiali:& id ſatis amplū fructū præſtabat.

Coccina:Mulieres ī adulterio deprehēſæ cogebātur prodire ī publicū toga īdutæ:oſtēdit hoc ali bi Martialis iocans de ſpadone:Thelyn uiderat in toga ſpadonē:Dānata numa dixit eſſe mœchā.Si aliter ītelligas nullus eſt ſenſus dignus Martiale:& ignoras hūc morē fuiſſe apud antiquos: quod po tuit te docere Ora.īterprete Porphirione eo uerſu.Quid ītereſt ī matrona ancilla ue pecces ue toga ta:Porphirio Togatæ aūt ī publicū pro cedere cogebātur fœminæ adulterii ad miſſi conuictæ: Idem etiam interpreta tur Acron hiſdē quibus Porphirio:quā uis alias addat opiniones. Iuuenalis ex ſententia Martialis loquens ut eſt a no bis expoſitum ita ait: Eſt mœcha labul la:Dānetur ſi uis etiam carphinia:talem Non ſumet damnata togā. Ait igitur cū ueſtes mittas mœchæ famoſæ: earūque magnificentia cupias placere: Nulla eſt quæ aptius mitti poſſit quam toga:notās ſcilīcet hominis ī prudētia qui mœchæ famoſæ matronales ueſtes mitteret: & mortem antiquitatis:quo togatæ mœ chæ ducebantur in publicum.

Vrri Hemitritæū eſt genus febris ter tianæ ut Celſus exponit. Tongilius erat guloſus: & ut bene cœnaret ſimulabat ægrotationem. Subdola:doloſa. An nus opimi:ideſt uinū opimionum:quo niam.L.Opimio conſ.fuit temperies cæ li quæ coctura dicitur auctore Pli. iccir co coxit. Parco uitro: exiguo uaſe qua li utuntur ægrotantes.

Ride in Maſſiminā:quæ cū anus eſſet & iam paucos haberet dentes.& eos qui dem rubiginoſos riſu & blanditiis imita batur puellas:quaſi ſecuta Ouidii præce ptum in arte:qui ait puellas riſu nonnū quam conciliari.poeta conſulit ne acci piat illud tanquam ſibi dictum:cum po tius riſu offendat quā blandiatur:& ſuū ſecuta conſilium ploret potius quam ri deat. Plane picei:ideſt penitus coloris picei:ac p̄ hoc nigri. Spanius:& priſcus elegantiorum nomina ſunt:quorum cū alter numeros crinium & ordinem affe ctaret:uentū timebat:alter politioribus ueſtibus uteref manu nolebat tāgi. Ali bi de homine bello:Pallia uicini q refu git cubiti. Cretata fabulla:& de hac Fa bulla ſupra locutus eſt poeta:quam nūc cretatā dicit nō a terra creta:ut puto: nā creta nō præſtat cutē muliebrē nitidio rē:ſeu propter terrā chiā: quæ ſi Plinio credimus uultui accōmodatiſſima eſt.q̄ aūt dicit Tabellā:cum eſt cretata timere aquā:ratio eſt: quoniā auctore eodē ter ra ſelinuſia ī ſpetiē cretæ lactei ē coloris:& eū dē p̄ſtat uſū quē terra chia:ſed aqua celerrime abluit.

Quid mihi reddat ager quæris line nomētanus:
Hoc mihi reddit ager te line non uideo:

De muneribus mœchæ.

Coccina famoſæ donas et iantina mēchæ:
Vis dare quæ meruit munera:mitte togam.

In Tongilium.

Vrri tongilius male dicitur hemitritæo.
Noui hominis mores:eſurit atque ſitit.
Subdola tenduntur craſſis modo retia turdis:
Hamus et in mulum mittitur atque lupum.
Cecuba ſicentur:quæque annus coxit opimi
Condantur parco fuſca falerna uitro.
Omnes tongilium medici iuſerere lauari
O ſtulti febrem creditis eſſe:gula eſt.

In Maximinam.

Ride ſi ſapis o puella ride.
Pelignus puto dixerat poeta.
Sed non dixerat omnibus puellis:
Quanuis dixerit omnibus puellis:
Non dixit tibi:tu puella non es:
Et tres ſunt tibi maximina dentes:
Sed plane piceique buxeique.
Quare ſi ſpeculo mihique credis:
Debes non aliter timere riſum.
Quam uentum ſpanius:manumque priſcus:
Quam cretata timet tabella nimbum:
Ceruſſata timet ſabella ſolem.
Vultus indue tu magis ſeueros
Quam coniunx priami nuruſque maior
Minimos ridiculi philiſtionis
Et conuiuia nequiora uita.
Et quicquid epida procacitate

Ceruſſa īter fictitios colores ē:admittit mīx in modū caloré:ut ſole aut igni calefacta torreat:tī met ſolē ob caloré quo facus torref. Indue uult⁹ magis ſeueros:Heccubæ:q̄ uxor priami:q̄ ītrodu cīt a poetis mœſto & ſeuero uultu. Nurus.i.Andromachæ. Mimmi:poemata ſūt ex q̄bus ſolus ri ſus q̄rif:tātæ olī auctoritatis ī ludis ut cū Laberius poeta bñ egiſſet mimmū ſuū dōatus ſit ānulo au reo:& ductus ſeſſū ī q̄ttuordeci:auctor Trāql.Macro,memīt appoſitis ēt uerſib: Laberii ex phemio mimmi. Philiſtio ī hoc genere magnā laudē ē cōſecut⁹,claruit tpib⁹ Auguſti Auctore Euſebio. Is mimmū dedit q ſcriptus ē philogelū.i.ſtudioſus riſus:adeoq; ipſe riſiſſe dr:ut extinctus ſit.Plura

apud græcos ex Suida. Vita mimmos: cū recitātur i theatro mimmi: ne cogaris ridere: & itē uita cō uiuia: ubi sunt moriones q cōcitabāt risū. Laxat: aperit. Virgil. Laxatq; fores. Risu perspicuo. i. aperto ut perspicuātur dētes. Fratrē: de Electra itelligere potes: quæ ītroducitur flens Orestē apud Euripedē. Vacare tragicis musis: idest spectare mimmos tragicos: ī quibus nihil est prærer luctū. Mœstæ matri: Heccubæ: dū de ea agitur fabula. Lugēti uiz: Andhromachæ. Zoile: Zoilus nō est recens nomen apud Martialē. est & nomem tutoris apud Liuium & oratoris apud Strabonem: & apud Vetruuiū calūniatoris homerici: Hīc de eo loquitur q erat fellator. Soliū uas erat in Thermis quo lauabantur qui nolebāt ī thermis sudare. Huius meminit sæpenumero in medicina Celsus tāto olim luxu factū est: ut esset argēteū quo mulieres lauabantur. Fastidiebant enim solia nisi essent argētea. Perdis: contaminas ut spurtius sit merge caput: quo fellabat. nā līgua fellatrix erat spurtior inguinibus: quū ea sæpius uteret ad libidīnem quam inguine.

Laxat perspicuo labella risit:
Te mœstæ decet assidere matri.
Lugentique uirum: piumque fratrem.
Et tantum tragicis uacare musis:
At tu iudicium secuta nostrum
Plora: si sapis o puella: plora.

In Zoilum.

Zoile quid solium subluto podice perdis?
Spurcius ut fiat zoile merge caput.

In Candidum.

Cādide τατὼν κοινα παντα hæc sūt tua cādide
Quæ tu magniloquus nocte dieque sonas.
Te lacedæmonio uelat toga lota galeso:
Vel quam sepositō de grege parma dedit.
At me quæ passa est furiosi cornua tauri.
Noluerit dici quam pila prima suam.
Misit agenoreas cadmi tibi terra lacernas.
Non uendes nummis coccina nostra tribus.
Tu lybicos indis suspendis dentibus orbes:
Fulcitur testa fagina mensa mihi.
Immodici tibi flaua tegunt chrisendeta muli.
Concolor in nostra gammare lance tubes.
Grex tuus illiaco poterat certare cinædo.
At mihi succurrit pro ganymede manus.
Ex opibus tantis ueteri fidoque sodali
Das nihil et dicis candide.

Cādide. In cādidū: qui Martialī uolebat uideri amicus: usurpabatq; sæpenumero puerbiū græcoꝝ τατὼν φιλὼν κοινα παντα: ideſt omnia amicorum cōmunia: tamē nihil præstabat. Quæ uerba: ideſt oia cōmunia. Galesa toga: ex lana: nam præstātissima illic est lana apud Galesum fl. tarētinū Lacedæmones cōdiderūt Tarētū duce Phalanto.

Sepositō grege: ideſt electo. Est passa cornua tauri: ideſt lacerata cornibus tauri quæ ī theatro iactabantur. Pila. pilæ erāt effigies laneæ quæ suspēdebātur in comptis diis īferis ut illi cōtēti eiusmodi imaginibus uiuis parcerent: nā tot erant illæ effigies quot circa cōpita liberi: serui mulieres habitabāt ide tractum est ut uestes quæ obiicebātur tauris in theatro pilæ dicerēt. quoniā petebātur a tauris: tāquā effigies hominū: & illis laceratis q obiecerat non lædebatur. Vel pilæ dictæ quod ī globū & speciem pilaꝝ cōuolutæ iactabantur. Vestes iactari solitas supra Oui. uersu ostendimus. Pila prima hoc loco accipit. p effigie lanea cōpitali. Ait igit Marti. adeo uilē esse uestē suā ut ne pilæ qdē cōpitali cōueniret. Nā illis imaginibus deteriores uestes īduebātur iccirco suā illis cōparat: prima dicit: quoniā ī principiis uiarū: ideſt cōpitis pēdebat. Alibi eū qui male pila lusit senē ait factū primā pilā: ideſt pānosum: hoc magis placet quam quod sequitur pilam accipi pro parte pontis: ad quam solebant petere obolum mendici. non placet inquam quoniam syllaba negat. nam pila in ponte producitur pila hic corripitur. Terram cadmi: ideſt tyron: Agenoreas: tyrias & purpureas. Lybicos orbes: ideſt mensas citreas. nam atlas mons libyæ citro abundat: unde mensæ fiebant tanti precii: ut quæ fuerant Galli asinii dicantur emptæ. xi. libris. Mulieres obiiciebant earum luxum maritis: cum mariti eis margaritas exprobabāt. Orbes: dicūtur quoniā ex orbibus dimidiatis fiebāt tāto artificio: ut ne cōmisura qdē cerni possit. In his mēsis utebātur Romani pedibus eburneis: ꝓpterea dētes elephāti, ni tale habent distichon: Grandia taurorum portāt qui corpora quærūt. An libycas possint sustinu isse trabes: ideſt mēsas citreas: Dētibus īdis: ideſt elephārinis: quia ex īdia elephāti mittebātur. Testa: pedibus terrenis & fictilibus. Muli: pisces magni precii duas libras ferme non excedebant: quāuis in mari rubro ab. L. Mutiano ter cons. testimonium sit. lxxx. librarum mulū captū fuisse quod rarissimum est. Chrysendeta erant lances grādiores auro obliti. Immodici: maximi. Flaua: propter aurum. Gammarus: genus locustæ cibi uilissimi quod ostendit luue. Sed tibi dimidio constrictus cammarus ouo Ponitur exigua feralis cœna patella. Concolor: eiusdem coloris cum lance. Grex: ideſt pueri qui astant mensæ tuæ. Illiaco cinædo Ganymedi.

Emis ſeu. Sextus amicus Martiali erat fœnerator: & quoniã dubitabat nẽ aliquid martialis poſceret: dicebat ſe debere multis. Togam pexam: duo genera togarum: altera ralla: altera pexa dicebatur: potes & accipere togam pexam: ideſt raſam: ſed nõ placet: magis placet: ut toga pexa dicatur uilli groſſioris. Vnde pexati dicuntur hic toga induti. Libras: argenti. Cauet: & prouidet. Secum: ĩtra labia: ſed ita ſuſurrãt ut poſſim audire. Phœbo: phœbus libertus apud Tacitum: & phœbus balnea habebat: ut apud Iuue. hic alius erat.

Quæ tibi. Glyptus nomine ficto ſignificat ſucciſũ. hic fecerat ſe ſacerdoté Cybelis amputata mẽtula. Cultro famio: ideſt teſta: nã ſacerdotes Cybelis eo cultro utebãtur: nã ſi alio uſi fuiſſent pernicioſum erat: nũc poeta dicit cultrũ illũ fictũ ferrũ: quoniã culter nõ fit temere niſi ex ferro: & hoc fecit glyptus poſtea quam deſiit arrigere. Quæ nõ ſtabat: ideſt quæ nõ arrigebatur. Gallus eras: quia non poteras arrigere: & iccirco caſtratus.

Florida: In Neuolum auarum: qui ueſtes patiebatur: quas multas habebat: tineis conſumi potius quã amico unã uellet donare. Hybla: eſt urbs Siciliæ: quæ poſtea dicta Megara cõdita a doriẽſibꝰ: auctores Thucidides & Stra. & itẽ mons ubi thimi flores uarii ſũt & multi: quos depaſtæ apes mel optimũ cõficiũt. Præla: appellat præla ea uela: & tabulas: quibus ueſtes præeſſe tenent a ſimilitudine præli uinarii. alibi idẽ. Breue uer: ideſt uernos flores cito iterituros. Tua uellera: ideſt tuas ueſtes. Totã tribum: ideſt omnes qui ſunt ĩ tribu nõ ſolũ unũ amicũ. Lẽtus ſpectas: ideſt ſine miſeratione. lẽti enim dicũtur ſpectare quãdo nõ mouẽtur ad miſerationẽ uel iracundiã: Propertius: Hoſtibus eueniat lẽta puella meis. Lẽtitudo eſt uacuitas iræ quam græci ϛερησι dicũt: ſed Gelius nõ putauit poſſe dici latine. Hyemẽ: ideſt frigus. Frigora trita: ideſt tritarũ lacernarum. Fraudare: ut adimas duas ueſtes: fraudare nõ te: ſed tineas. Quãtũ renuit: dictũ per ĩterpoſitionẽ: quaſi Martialis eſſet dicturus: fraudare te. & ꝓpterea iã renueret Næuolus: dicit nõ fraudare te: ſed tineas: a qbus tuæ ueſtes corrodũtur. Duobus pãnis. i. lacerna & toga: nã his duabus utebãtur romani: præter quã ĩ ludis. Auguſtus dedit negociũ ædilibus: ne quẽ ĩcirco paterẽtur cõſiſtere niſi togatum depoſitis lacernis.

Subdola: mœcha dabat pueris: quos maritus pædicabat: & hæc erat Theleſina: de qua ĩfra. uxorẽ nolo Theleſinam ducere. Cõchæ citheriacæ dicũtur uenereæ: & ueneri dicãtur: & nõ a loco accipias cithera: quoniã uenus e ſpuma maris nata cõcha uecta ẽ ad littus. Venus apud Papi. Digna fuit noſtra cõſidere cõcha & duæ illæ cõchæ quæ tenuerũt nauẽ plenã uẽtis: quæ mittebatur a Periãdro ædicto ut nobiliores mares caſtrarent: dicatæ fuere apud Venerẽ gnidiã. Cõcha igiẽ citheriaca: nõ a loco dicta: ſed uenerea: Proptius: Inda cauis auꝫ mittit formica metallis: Et uenit e rubro concha ericina mari. Leuior. i. pollitior cõchis. Ouĩ. Leuior aſſiduo detritis æquore cõchis. Irrumare: nõ tractũ eſt a rima: ſed a ruma: quod ſignificat mamillã. Vnde agni dicũtur ſubrimari quãdo rumas lingunt: auctor Pompeius. Eſt autem mentulam tanquam mamillam ori inſerere.

In ſextum.

Emis ſeu puerum: togam ue pexam.
Seu tres uel puto quattuor ue libras.
Sextus protinus ille fœnerator
Quem noſtis ueterem meum ſodalem
Ne quid forte petam: timet: cauetque.
Et ſecum: ſic ut audiam ſuſurrat.
Septem milia debeo ſecundo:
Phœbo quattuor undecim phileto.
Et quadrans mihi nullus eſt in archa.
O grande ingenium mei ſodalis.
Durum eſt ſexte negare: cum rogeris:
Quanto durius antequam rogeris.

Ad Glyptum.

Quæ tibi non ſtabat præciſa eſt mentula glypte:
Demens cum ferro quid tibi? gallus eras.

In Næuolum.

Florida per uarios ut pingitur hybla colores:
Cum breue ſicaniæ uer populantur apes:
Sic tua ſuppoſitis perlucet tecta lacernis:
Sic micat innumeris arcula ſintheſibus.
Atque unam ueſtire tribum tua uellera poſſunt
Appula non uno quæ grege terra tulit.
Tu ſpectas hyemem ſuccincti lentus amici:
Proh ſcelus: et lateris frigora trita times?
Quantum erat infœlix pannis fraudare duobus.
Non metuas mortem neuole: ſed timeas.

In Gallum.

Subdola famoſæ moneo fuge retia mœchæ
Leuior o conchis galle citheriacis.
Confidis natibus: non eſt pædico maritus.
Quæ faciat duo ſunt: irrumat aut futuit.

Coponem:Optat pauca in otio in loco etiam ruſticano contemnens urbana ædificia. Caupo uẽditor uini: tabulam & calculos luſorios. Paucos libellos:ſed ut eligam:ideſt electos diu. Leuẽ:politum & ſero uirum:ut ſupra:uel etiam in bitundo oppido uiliſſimo apuliæ. Habe: fruere. Thermæ neronianæ erant in maxima admiratione:ideſt habe tibi ædificia urbana quæ alii exoptãt. Papinius Fas ſit componere magnis Parua neroniana nec qui modo lotus ĩ unda: Hic iterum ſudare neget. Erant inquam hæc præſertim in admiratione. Sequens epigramma eſt clarum.

Ad Ruffum.

Coponem:laniumque:blaneumque:
Tonſorem:tabulamque:calculoſque
Et paucos ſed ut eligam libellos.
Vnum non nimium rudem ſodalem:
Et grandem puerum diuque læuem.
Et caram puero meo puellam.
Hæc præſta mihi ruffe uel bitontis:
Et thermas tibi habe neronianas.

De Theleſina.

Vxorem nolo theleſinam ducere:quare?
Mœcha eſt:ſed pueris dat theleſina:uolo:

In Leſbiam.

Quod fellas et aquam potas:nil leſbia peccas.
Qua tibi parte opus eſt:leſbia ſumis aquam.

In hylum.

Vnus ſæpe tibi tota denarius arca
Cum ſit et hic culo tritior hyle tuo:
Non tamen hunc piſtor:nõ auferet hũc tibi copo.
Sed ſiquis nimio pene ſuperbus erit.
Infelix uenter ſpectat conuiuia culi.
Et ſemper miſer hic eſurit:ille uorat.

De Spatale.

Nouit loturos daſius: numerare popoſcit
Mammoſam Spatalem:pro tribus illa dedit:

In maximum.

Vis fieri liber:mentiris maxime:non uis:
Sed fieri ſi uis:hac ratione potes.
Liber eris cœnare foris:ſi maxime nolis:
Veientana tuam ſi domat uua ſitim.
Si ridere potes miſeri chryſendeta cynne:
Contentus noſtra ſi potes eſſe toga.
Si plebeia uenus gemino tibi uincitur aſſe:
Si tua non tectus tecta ſubire potes.
Hæc tibi ſi uis eſt ſi mentis tanta poteſtas.
Liberior partho uiuere rege potes.

In Linum.

Quid de te line ſuſpicetur uxor:

Quod:ĩ leſbiá iocatur:quæ aquã bibebat:& fellabat. Nõ peccas:ideſt ñ erras: quia tu fellas & polluis ora:ideo recte facis ſi potas aquam. Qua parte opus: quia opus eſt ut bibas & abluas os quo fellas.

Vnus:Carpit hylũ qui uitio amicum pauperrimus eſſet & ſolũ denariũ haberet:eũ pædiconi dabat. Hũc piſtor:qa nõ emis panẽ. Caupo:qa non emis uinũ: Sed aufert tibi ſi quis habebit magnum penem:Nam uis pædicari.

Nouit:Spatale meretrix erat: habebat mãmas tantæ magnitudinis ut duæ puellæ uiderentur: propterea Daſius magiſter balneorum iuſſit ſoluere pro tribus. Laudatur Daſius quod ſciuerit numerare eos qui in balneo erant:nam quis Spatale ſola eſſet:duabus mammis duarum locum occupabat. Pro tribus:nam Spatalæ & duæ eius mammæ trium locũ occupabant:riſus eſt:quod una pro tribus ſoluerit propter mammas.

Vis fieri. Maximus libertus fuit Parthenii:ad quem nõ inanis fuerit cõiectura ſi intellexeris hoc ſcriptum. Is iactabat ſe uelle liberum fieri cum tamen ne ſciret diſcedere ab aulicis:& faſta palatino: docet poeta quomodo poſſit liber fieri ſi animum ſcilicet compoſuerit ad frugalitatem qua uiuat contẽtus. Hac ratione:hoc pacto: Nolis:ideſt ſi nolis alienam cœnam captare. Veientana uina:de fece uini rubelli intelligit:de qua ſupra dictum eſt. Domat ſitim: ideſt ſi aſpernaris phalernum. Chryſendeta:uaſa aurea. Cinnæ miſeri:qui hoc genere ambitus cruciatur. Toga noſtra:tali quali ego ſum indutus:ideſt uili. Vincitur:domatur hoc eſt: ſi potes uili ſcorto eſſe contentus & non ſectari ſtolatas mulieres. Non tectus:nam pauperes habent tecta uiliſſima: & humilia quæ cerui intrant. Partho:duæ erant tribus apud parthos:quarum altera affinium:altera magorum dicebatur:qui ut ſcribit Apianus libertatem populis promittebant: ſeruitutemque propulſaturos morte:ĩde fiebat ut nullo fœdere eorum pax ſanciri poſſet. nemini enim ſeruire patiebantur.

Quid de te:In linum qui cum drauços ſequeretur uxor dedit puerũ ſpadonem cuſtodem ne poſſet ab eo pædicari.

Satis probauit:ideſt oſtendit. Certis inditiis:ideſt ueris & apertis argumẽtis.

Nasuti dicũtur q̃ habẽt iudiciũ & astutiã. Malignius:qa dedit spadonẽ nõ bene mẽtulatũ: qua lẽ cupis. Alibi quoque eundem fellare ait. Pædicatur oros:fellat Lynus.

Vis te sexte. Sextus cõmuni familiaritatis cõsuetudine uixerat cũ Martiale:nunc nihil dabat:aut siquid dabat:dabat sportulã:& tãtũ quãtũ diuites solebãt clientibus suis dare:ait poeta sibi ĩ animo fuisse amare Sextũ:ideſt equali fœdere & amicitia eius rebus uti:nũc cũ sportulã tantũ accipiat:facturũ quod iubet Sextus q̃ nõ amari uelle uidebatur sed coli. Vis coli:uis me tibi esse cliẽtẽ. Volebã amare:ideſt uolebã amice uiuere tecum. Si te colo:ideſt si ero cliens. Nõ amabo:nõ prosequar te amore: quũ nil des nisi quod clienti datur.

Gentibus. Galle tua uxor dicitur esse auara & spoliare prouinciã:sed mẽdacia sunt:quia solet dare scilicet coitũ.nã da re absolute modo preciũ dicitur: modo coitũ:hic coitum: quod urbane dictum quum ad liberalitatem muneris uideatur referre.

Hic:ĩ Saufellũ quẽ paulopost nominabit eodẽ ferme argumẽto. Is comitatu sella & isignibus cõductis etiã fœnore se patronum agebat. Secat media septa: ideſt hic amethystinatus qui ambulat p media septa quæ erãt ĩ cãpo martio: uel medios cãcellos.qui sunt circa subsellia.

Vagis gressibus:ideſt temere inambulans. Publius meus:mihi non placet ut intelligas Publium habuisse multos lacernatos secũ:sed multas lacernas uestes

Codrus:cremitius fuit historicus: de quo Suetonius ĩ Augusto: debes hic aliũ codrũ accipere. Alpha:ideſt prĩceps penulatorũ:q multas penulas habebat:penula uestis: qua & serui & cliẽtes utebantur aduersus nymbos:alibi: Aut meus ante oẽs codrus haberet equum. Togatus grex:ideſt grex anteambulonũ:nã toga ĩdumẽtũ erat anteambulonis: Capillatus:ideſt grex seruoꝝ:quod luuena.aptedistĩguit:Respicit hoc primũ qui litigat an tibi serui sint comites:an te post sella togati ante pedes. Recens:noua sella.

Liteis:ideſt loris:nã sella lora & lintea habebat:luuenalis:Cõducit sellã puluinar. Oppignerauit annulũ isigne equestre ut illud luuenalis:Post cũcta nouissimus exit annulus. Claudii: fœneratoris.

Pexatus:Pexati dicũt toga pexa ĩduti q̃ utebãt hyeme uilo dẽsiore: ꝓpterea lanæ histriæ & liburnæ ut Plinius scribit: cũ potius sint similes pilis q̃ lanæ nõ sũt aptæ pexis uestibus. Pexatus:ideſt tu habens uestes pexas. Mea sunt:quas uero tu habes conduxisti a fœneratore.

Et qua parte uelit pudiciorem
Certis iudiciis satis probauit.
Custodem tibique dedit spadonem.
Nil nasutius hac:malignius que est.

Ad Sextum.

Vis te sexte coli:uolebam amare.
Parendum est tibi:quod iubes coleris.
Sed si te colo sexte non amabo.

De uxore galli.

Gentibus in libycis uxor tua galle male audit
Immodicæ fœdo crimine auaritiæ.
Sed mera narrantur mendacia:non solet illa
Accipere omnino:quid solet ergo dare?

In fictum diuitem.

Hic quem uidetis gressibus uagis lentum
Amethistinatus media qui secat septa:
Quem non lacernis publius meus uincit.
Non ipse codrus alpha penulatorum:
Quem grex togatus sequitur et capillatus:
Recensque sella linteisque lorisque.
Oppignerauit admodo claudi mensam
Vix octo nummis annulum unde cœnaret:

In Zoilum.

Pexatus pulchre rides mea zoile trita:
Sunt hæc trita quidem zoile:sed mea sunt.

De cœnatione micæ.

Mica uocor:quid sim cernis cœnatio parua:
Ex me cæsareum prospicis ecce tholum.
Frãge toros:pete uina:rosas cape:tingere nardo:

Mica uocor. Domitianus ædificauit cœnationem auream auctore Eusebio:quam a paruitate micam appellauit:In laudem principis hortatur poeta conuiuas ad risum & unguentum ex relaxatione:quoniam ipse deus:ideſt Domitianus delitias parauerat tanquam uiuere iuberet:uerbum est in fine epigrammatis dememinisse:hoc est obliuisci. Ita habet codex uetustissimus:cum manu librariorum hactenus legerim meminisse neque me hoc offendit nouum uerbum apud Martialem quum domicenum sit:& multa quæ ipse finxit. At si legis te meminisse quod placet ita leges ut illud Persii:Viue memor læti:fugit hora hoc quod loquor inde est: & illud Virgilii:Mors autem uellens uiuite ait uenio. Mica uocor:loquitur cœnatio. Tholum Cæsaris:ideſt ædes cæsareas. Ex me:cum me uides:uides tholum cæsaream. Frange torum: ideſt accumbe:nam torus lectus erat apud antiquos a torno: ut placet Varroni quoniam in promptu erat.

Sternebantur ergo tori qui frangebantur: hoc est confundebantur cum sederent discumbentes. Cape rosas: quia in conuiuiis erant sparsi rosis. Nardo. i. unguento nardino: quod idem appellabatur foliatum. Meminisse mortis. i. dare operam uoluptati q̃ diu potes: cum cito sis moriturus. Vxorẽ: Hylus puer hẽbat rẽ cũ uxore tribuni: qd' eo licẽtius ceperat agere: qm̃ nup fuerat lata lex a Domitiano: ne mares castrarẽt: sed fiebãt spadones: ut esset i delitiis. Armati tribuni: Tribunus eni armatus ẽ. Supplicũ puerile. i. pædicationẽ. Ve tibi dũ ludis. i. dũ temere agis & ludis: quia castraberis. Nõ licet: lata lege a Domitiano: qua mares castrari prohibuit: de hac lege Papi. i Earino & apud tranql.

Ipse iubet mortis te meminisse deus.

In Hylum.

Vxorem armati futuis puer hyle tribuni
Supplicium tantum dum puerile times.
Ve tibi dum ludis: castrabere: iam mihi dices
Non licet hoc: quid tu quod facis: ille licet?

In Maledicum.

Cum tibi uernarent dubia lanugine mælæ:
Lambebat medios improba lingua uiros.
Postquam triste caput fastidia uespilionum
Et miseri meruit tedia carnificis.
Vteris ore aliter: nimiaque rubigine captus
Adlatras nomen: quod tibi cũque datum est.
Hæreat inguinibus potius tam noxia lingua.
Nam cum fellaret: purior illa fuit.

In Labianum.

Quod pectus: quod crura tibi: quod brachia uellis
Quod cincta est breuibus mentula tonsa pilis.
Hoc præstas labiane tuæ: quis nescit amicæ:
Cui præstas culum quem labiane pilas.

In Melichum.

Sola tibi fuerant sestertia meliche centum
Quæ tulit e sacra læda redempta uia.
Meliche luxuria est: si tanti dues amaris.
Non amo iam dices: hæc magna luxuria est.

In Taurum.

Cum modõ causidicum: dũ te mõ thetora fingis:
Et non decernis taure: quid esse uelis:
Peleos et priami transit: uel nestoris ætas.
Et fuerat serum iam tibi desinere.
Incipe tres uno perierunt rhetores anno:
Si quid habes animi: si quid in arte uales:
Si schola damnatur: fora litibus omnia feruent.
Ipse potest fieri marsia causidicus.
Eia age rumpe moras: quo te spectabimus usque
Dum quid sis dubitas: iam potes esse nihil.

Quod facis: nec licet mechari. nã Domi. tulit legem ne liceret mechari: Sueto. auctor: nã adulteria cõpescuit. Ita & Hylus carpit' q̃ spe pædicatiõis erat adulter: ut alibi de Thelasina: & duæ Domitiani leges enarrantur.

Cum tibi: hoc dcm̃ i maledicũ: q cũ eẽt iuuẽis & fellaret: postea i tãtã fellationis libidinẽ uenerat: ut mortuis nõ parceret: affectus tedio fellatiõis: male dicebat oĩbus. Vernarẽt male. i. puluIarẽt & cũ primũ cepisti sẽtire libidinẽ Meruit. i. potuit tãdẽ assẽq fastidia uespilionũ. Tedia carnificis. i. poscebas dãnatos: reiectus a uespiliõibus. Vteris ore aliter: qa nõ fellas: sed maledicis Rubigine. i. liuore. Quodcúq; dat' nomẽ: maledicis & bonis & malis. Sequens epigrãma est clarum.

Sola tibi: Milichus sexcẽta sextertia q̃ sola hẽbat dedit Ledæ meretrici: q̃uis eã nõ amaret. Mar. i eo docet qd sit luxuria: nã ĩqt si eẽs dives: & tm̃ dedisses meretrici: quã amares: eẽt luxuria: nũc dicis te nõ amare: & hæc ẽ luxuria: s. nõ amare: oio cũ dederis. c. sextertia: q̃si uelit ostẽdere luxuriã eẽ extremũ qddã nõ magis ĩ effũdẽdis diuitiis aliquo effectu: sed ẽt cũ eas effũdas nõ tãgi aliqua uoluptate. Tulit: abstulit. Redempta: reducta. Si dives amares tanti: idest si propter amorem dives tãtum dares. Hæc quoq; luxuria: cum dederis diuitias & eã nõ ames.

Dum modo: Taurus item fuit præter hunc: de quo scripsit Mar. temporibus neronis: cuius abneptẽ Statiliã Messali nã duxit princeps uxorẽ: hic dicebat se multa factũ. Fingis: cõponis & istruis te ad cãs agendas. Pelias: fr̃ Nerei p̃ris nestoris fuit. Pelias alter patruus Iasonis: de quo hic sentit. Iam tibi desinere. i. tandiu dubitasti qd esses: ut si hactenus exercuisses aliquam artem: & iam nunc desineres: serum uideretur non modo serum ẽ ad incipiendũ: sed ad desinẽdum. Si qd aĩ: ĩgenii. Si schola dãnat': si nõ uis p̃fiteri. Marsia: q cũ contendit uincitur: tractũ a fabula. Is Marsia qui semp uincitur i causidicis. Iam potes eẽ nihil: deliberando qs sis cõsumpsisti ætatẽ oẽm & iam non es aptus alicui arti.

Cur:Saleranus erat auarus:cui mortua uxor erat:& plorabat: Extulit:ad funus.Secundilla ab ordine nomẽ duxit:ut apud Iuue.Quintillus:Grãde crimen fati.i.grãdis culpa mortis. Gaudebat Saleranus morte uxoris:q̃uis dolere uideretur:& cũ bene optare uideaẽ.Mar.imprecaẽ.nam optat uiuam uxorem aduersus uotũ mariti:qui mortua lætabatur:erat enim locupletatus.

Vnus:tanta erat ĩsolẽtia mulier̃ ut cũ deformes eẽnt adhiberentq; ancillas quæ crines cõponerẽt offensæ dũ se ĩ speculo ĩspicerẽt uel naso:ut Iuue.ait:uel aliquo alio frontis uitio pulsarẽt ancillas: tot⁹hic locus apud Iuue.ẽ illic Taurea: hic Lalage ponit̃:illic Psecas: hic Plecusa.Imprecaẽ insolẽtiæ mulieris aptũ suppliciũ:ut ẽ ĩ fine. Annulus:cicinus ita apud Iuue. Altior hic q̃re cincinus.

Peccauerat:ñ erat ĩ ordine. Nõ bene fixus:fustẽtat⁹. Incerta acu:extra locũ posita.nã acu utebãt.ĩdistichis: Figat acu tortas sustineatque comas. Lalage:nomẽ mulieris fictũ:q; prius usurpauit Ora.significat ãt loq̃cẽ. Hoc facinus.i.hũc errorẽ. Plecusa:nomẽ ancillæ fuit:fuit una ĩter mĩstras Dianæ: ut ẽ ĩ metamorphosi Ouidii dcã a pleco:q; ẽ plico. Comis sectis.i.laceratis: Iuue. Laceratis ĩpa capillis: Nuda hũmero psecas infelix. Tristis capillos: nõ ẽ culpa capillor̃. Salamãdra:aĩal ẽ figura lacerti:cuius ore uomit̃ sanies lactei coloris:q̃ oĩ pte corporis pilos decutit:si fuerit admota.Dixit aũt notet nota & macula colores inficiat: qm̃ nõ modo decutiũt̃ pili:sed ẽt supposita cutis in maculas uitiliginis mutatur: autor Pli. Sæua nouacula:culter tonsorius ẽ.Nouacula sæua:ut dolorẽ icutiat. Digna speculo fiat imago tuo.i.ut fiat digna uerberibus.nã sepculo ipso pulsauerat ancillã. Id genus pulsatiõis ĩ risu erat apud ãtiquos.Iuue.Præbebis uertice raso.Pulsãdũ quãdoq; caput.

Quod te: ĩ olum quem prius saluta-
uerat dominum & postea salutauerat noie pprio. Cõtumacẽ:supbũ. Redemi pilea.i.redemi libertatẽ.nã manumissi raso capite sumebant pilea.Sarcinis redemi:quibus.s.contẽtus.Viuo liber.q.d.cõtẽtus meis sarcinis nõ ĩdigeo dño:sed uiuo liber. Qui señ habet.i. q nõ põt ĩpare aĩo suo. Quod cõcupiscũt dñi & reges.i.diuites. nã diuites ãpliores cupiũt opes. Si potes ñ hr̃e seruũ.i.si potes eẽ cõtentus nullo ministerio serui poteris carere dño.nã q uult diuitias hẽt dñm:& assẽtãdo seruit:ut habeat diuitias.

Inuitũ.Classicus uolebat uideri ĩuitus cœnare foris. Apitius: q; tu agis & Apitius agebat:non est recens exemplũ M.Apitius de quo plura in filium dixi mus nepotum .i. guloſorum omnium altissimus gurges fuit. Is cum audiuisset grãdiores caricas nasci ĩ lybia nauigauit illuc:sed cũ falsũ deprehendisset: detestatus lybiã:& lybicos:iussit:gubernatorẽ soluere e portu:ita utlybiã ãplius cernere nõ posset: hic prius idcauit liguã phenicopteri eẽ optimi saporis.

In Saleranum.

Cur tristiorem cernimus saleranum?
An causa leuis est?extulit inquis uxorem:
O grande fati crimen:o grauem casum.
Illa illa diues mortua est secundilla.
Centena deties:quæ tibi dedit dotis.
Nollem accidisset hoc tibi salerane.

In Lalagem.

Vnus de toto peccauerat orbe comarum
Annulus incerta non bene fixus acu.
Hoc facinus lalage:speculo quod uiderat:ulta est.
Et cecidit sectis icta plecusa comis.
Desine iam lalage tristes ornare capillos:
Tangat ei insanum nulla puella caput.
Hoc salamandra notet.uel sæua nouacula nudet.
Vt digna speculo fiat imago tua.

In posthumum.

Occurris quocũque loco mihi posthume clamas
Protinus:et prima est hæc tua uox:quid agis?
Hoc si me deties una conueneris hora
Dicis:habes puto tu posthume nil quod agas.

Ad Olum.

Quod te nomine iam tuo saluto
Quem regem et dominum prius uocabam
Ne me dixeris esse contumacem
Totis pilea sarcinis redemit
Reges et dominos habere debet:
Qui se non habet:atque concupiscit
Quod reges dominique concupiscunt.
Seruum si potes ole non habere:
Et regem potes ole non habere.

In Classicum.

Inuitum cœnare foris te classice dicis:
Si non mentiris classice:dispeream.
Ipse quoque ad cœnam gaudebat apitius ire:
Cum cœnaret erat tristior ille domi.
Si tamen inuitus uadis.cur classice uadis?

Cogor:ab amicis inquit Classicus respondet Mar. Verum est cogitur; & Selius quia libido uĩa cogit uos. Attedius melior temporibus Domi. tantæ elegantiæ fuit in mẽsa: ut nitidus meruerit appellari. Papinia. stat quæ perspicuas nitidi melioris opacet arbor aquas. Recta cœna: dicebatur suo ordine & apparatu ad differẽtiã sportulæ: nã hæc opponuntur recta cœna: & sportula: ut apd' Sueto. reperies. Grandia uerba nega: quia dicebas te ire inuitum. Vir es. i. si tanta est tui animi potestas: ut possis tibi ipsi imperare: ut alibi exposuimus. Non scribat laberi uirum putabo.

Cogor agis: uerum est cogitur et selius.
En rogat ad cœnam melior te classice rectam
Grandia uerba ubi sunt? si uir es: ecce nega.

In Cotilum.

Non uis in solio prius lauari
Quẽquam cotile: causa quæ nisi hæc est?
Vndis ne foueare is irrumatis.
Te primus licet abluas: necesse est
Ante hic mentula q̃ caput lauetur.

Ad Cecilianum

Candidius nihil est te ceciliane: notaui
Si quando ex nostris districha pauca legis.
Protinus aut marsi recitas: aut scripta catulli.
Hæc mihi das tãq̃ deteriora legas.
Vt collata magis placeant mea: credimus illud.
Malo tamen recites ceciliane tua.

In Posthumum

Hesterna factum narratur posthume cœna:
Quod nollem: quis talia facta probet?
Os tibi præcisum: quantum non ipse latinus
Vilia panniculi percutit ora sono.
Quodque magis mirum ẽ: autorẽ criminis huius
Cecilium tota rumor in urbe sonat.
Esse negat factum: uis hoc me credere? credo
Quid? quod habet testes posthume cecilius.

In Lirim.

Quod faciat uult scire lyris: quod sobria fellat:

In Saufellum.

Cinctum togatis post et inde saufellum.
Quanta reduci regulus solet turba:
Ad alta tonsum templa cum reum misit
Materne cernis inuidere nolito.
Comitatus iste sit precor tuus nunq̃.

Non: accusat impruden tiã Cotili: q ne contaminaretur aquis contaminatis ablutione mentulaꝝ: nolebat quéq̃ ante se lauari: cum tamen ante ipe mẽtulã lauaret; erantq; aquæ irrumatæ: quibus lauabatur. nam iis mentulam lauerat. Foueris: lauaris. Irrumatis: contaminatis aquis ablutione mentularum: nam irrumare est mentulã ori alterius inserere: q; in aquas facere uidebatur: quibus mentulam lauabat.

Licet: q̃uis te primum abluas. i. q̃uis te primum abluas: tamẽ necesse ẽ mẽtulam prius demittas in solium; ideſt uas aquarum plenum: in quo se loturi ad umbilicum usque obruti aquis stabant. Ita igitur prius inguina lauabãt quã caput. unde aquæ anteq̃ abluerẽt caput erant mentula irrumatæ.

Candidius nihil est. i. nihil est alienius ab inuidia: ironia ẽ. Deteriora: carmina mea. Tua: quia nihil scribis: ita inuidum eludit.

Hesterna: uerecundis & tanq̃ alienis uerbis accusat Posthumum q; fellauerit Cecilium abutens ambiguitate uerbi: nam præcidere est incidere & lacerare: ut supra: Præcisa est tibi mentula Clypte: & præcidere est pædicare: tractum a præciso. nam præcisum & omasum sunt duo intestina: auctore Mar. Qui fellat; uidetur præcidere. i. pædicare os alterius. O Posthume narratur os tibi fuisse præcisum. i. te fellasse cum sub ambiguitate uerbi uideatur intelligere os fuisse tibi incisum.

Tanto sono: perstat i methaphora. Panniculi: mimmi; Cecilium: grandẽ & hispidum. Quod mirum. q. d. mirum est quum tam seueræ frontis sit eum esse fellatorem. hoc dicit quũ aliud uideatur intelligere. Habet testes: ambiguum est: intelligit enim testiculos. q. d. potuit præcidere os & irrumare cum uideatur dicere pro testimoniis. Ita & illud Vir. Magnis ista testibus agetur.

Cinctum: in Saufellum: quem suppresso nomine superius etiam notauit Is conducta sardonice: ut ait Iuue. agebat. Pli. meminit Materni in epistolis: Cinctum: circundatum: circum; quia habeat anteambulationes: tanta turba cinctus est q̃ta regulus causidicus: Is. n. obtinebat magnum nomen: qua emulatione Pli. non nihil scribit liuide. deducere est e domo in foꝝ comitari: reducere e foro domũ. Reũ tõsũ: cũ effecit: ut aliqs reus liberaret; q tõdebat liberatus. Ad alta tẽpla: & uadit ad ploluẽda uota. Nũq̃ sit tuus. i. hẽas tm̃ comitatũ; q cõductus est.

Fusiculenus:& fauentinus noīa sūt fœneratorꝝ:erāt comites & togati.q.d.fœnore istā turbā alit:

Hos illi amicos et greges togatorum
Fusiculenus præstat et fauentinus.

Verbera:in leonē qui cū masuefactus uideret repēte ad feritatē reuersus:duos pueros qui uertebant glebas harenæ discerpsit:apte exclamat in hūc Mar. Securi magistri:nihil metuentis: ferre æquo aīo. Decidit:exuit:tāta ferita ē ei reuersa:q̄ta nō debuit eē feris ex siluis lybicis. Sāguineā harenā,i.theatrū cruētatū cæde ferarꝝ. Martia harena:romanorꝝ theatrꝝ ī quo multi solent necari. A lupa nīra:q̄ non mō pepcit Romulo & Remo:sed nutriuit:Loqt de fera: q̄ aluit Romulū & Remū:eius imago ænea cum pueris erat in comitio Plu.& pli.autores sūt.

De leone.

Verbera securi solitus leo ferre magistri
Insertāque pati blandus in ora manum:
Dedicit pacem subito feritate reuersa:
Quanta nec in lybicis debuit esse iugis:
Nam duo de tenera iuuenilia corpora turba
Sanguineam rastris quæ renouabat humum:
Sæuus et infelix furiali dente peremit.
Martia non uidit maius harena nefas.
Exclamare libet crudelis perfide prædo.
A nostra pueris parcere disce lupa.

Argēti:nōnulli codices hnt Isse:ut sit ppriū nomē: qd nō displicet. sensus ē:Marius collebat ab amico:q nihil tī dabat:& ipe hæreditatē Marii captabat:moriens Marius rebus iā oībus distributis addidit in extrema pte testaméti se relinq̄re .vi.libras argēti huic aīco: q̄ negatū cū māe eēt:poeta iocat ī captatorē Marii:& ait eū n debere ira sci,nā plus accepit q̄ dederit Nihil iqt dabas Mario:Marius dedit tibi uerba. Iocat ex uerbis q̄ oppōit. Nihil dat & dat uerba.nā cū idē sit:tī dare uerba: uidet eē aliq̄d si uocē audias nō sēsū.

De Mario.

Argenti libras marius tibi quinque reliquit:
Cui nihil ipse dabas:is tibi uerba dedit.

Coscōni:Coscōniū carpit:qui nō rō ne:sed numero censebat uersus & epigrāmata:uel longa uel breuia:docetq; poeta multorꝝ uersuū epigrāma:si bene cōpositū sit:nō posse uideri longū: sed districha Coscōnii male composita eē lōga. Vtilis ungēdis axibus: quia uiā quācūq; putabis eē lōgā: & ita ualde unges rotas & axes in uia breui: ut spatiū celerius superes: Pli. de quodā emplastro:antiqui maxime axibus uehiculorꝝ pungēdis ad facilioré circūactū rotarꝝ utebant:Sic si tu iudicabis epigrāmata eē lōga multitudie carminum:ita breuē uiā putabis eē lōgam. Hac rōne:qua tu censes epigrammata mea esse longa:ita dices colossum esse longum: qui longus esse non potest: cum habeat proportionem suam.

In Coscōnium.

Coscōni qui longa putas epigrāmata nostra:
Vtilis ungendis assibus esse potes.
Hac tu credideris longum ratione colossum:
Et puerum bruti dixeris esse breuem.

Puer Bruti:pulcherrimus fuit: sed exiguæ staturæ: ut non debeat uideri paruus:cum haberet suorum mēbrorum suam proportionem:in distichis: Gloria tam parui non est obscura sigilli:Istius pueri Brutus amator erat: Pli.appollodorus puerum fecit quem amando Brutus philippensis cognomine suo illustrauit. Duplex pagina:idest paginæ habent unum epigrāma. Marsus & Pedo duabus paginis: unum tantum opus absoluūt: an hoc dicitur q̄ placet: qui quanuis duabus paginis inserant uaria epigrammata: tamen adeo recte componunt suauita te multa epigrammata:unum iudicari possint. Ignoras:nō animaduertis epigrammata: in quibus nihil est superflui:non debent uideri longa:sed tua districha:quia habent uerba inania & incomposita longa esse uidentur.

Disce quod ignoras:marsique doctique pedonis
Sæpe duplex unum pagina tractat opus.
Non sunt longa:quibus nil est quod demere possis
Sed tu coscōni districha longa facis.

Aestiuo:Cecilianus thermas ædificauerat:quæ erāt nullius caloris:ī eas iocat poeta. In thermis tuis serua:quæ sunt frigidissimæ nō mō hyeme:sed ēt æstate. Inuitas:O Nasica tu uocas me ad cœnā:cū scis mē ab aliis uocatū:tu nō uis me uenire. Propterea nō egebas aliqua excusatione: uel qd Martialis iuitet se:cū dicat nō eē inuitatū:sed domi cœnare ut possit ire.

Aestiuo seruet ubi piscem tempore quæris.
In thermis serua cecilianē tuis.

In Nasicam.

Inuitas tunc me cum scis nasica uocatum:
Excusatum habeas me rogo:cœno domi.

Hostem: hoc nō magis dcm ē i Faniū q̄ i Catonē Annibalē & Neronē: & multos q idē fecerūt: de Fanio Cepione loquit: qui deprehensus i cōiuratiōe aduersus Aug. sibi mortē consciuit.

Laxior: Zoilus āplā lectīcā sibi cōfecerat. maxīe lectīcæ dicebāt octophora. qbꝫ delicati & maximi uiri utebātur: hoc uerbū apud Cic. ē & Traquil. i gallicula: quē scribit adeo delicate īcessīsse nō nūq̄: ut octophoro ueheretur: aliæ lectīcæ hexaphora dicebātur: q̄a. vi. seruis ueherētur: de quo piphrasticos luue. ē locutus: cū ait: Cū iā sexta ceruice ferat: Hinc arq; īde patēs. Sādapila erat fere tꝛ uilioꝛ tm̄mō cadaueꝛ: q̄uis legāus Domi. sādapila elatū fuisse. ná huiusmodi hoīes mortui apud poetam dīr pauperes. s. & ignaui: & alibi nō debes fieri mortuus hexaphoro: & alibi. Vis sine febre mori: & alibi: hoc rogo dic nō ē cinna perire cito.

Fœdasti: ad eundē mœchū mariti. Requirūt. n. se. i. ipi reminiscūt: q̄uis ipe nō dicat. Vindicatum a libidine uxoris liberatū uel ultū. Irrumare: ná uxor erat fellatrix.

Mollis: Sertoriꝰ siculus erat: Is lingebat cūnos. Mar. ait philocteté olī fuisse pathicū: qm̄ Venus irata ob mortē Paridis eo pruritu & dedecore hoīem affecit: sed uerisimile ē. Sertoriū nō īterfecisse Paridē amicū Veneris: uerū filiū ipm̄ Ericē: de quo tm̄ Venus sumat supplicii: ut lingat cúnos. nā Venus hostē ulciscit turpis amoris desiderio iniecto. Heros pœantius. i. Philoctetes filius pœantis. Oui. Nō te pœantia ꝓles. Expositū lēnos mō cū crimine hēret: nō tm̄ māsit ī Lemno Philoctetes: sed cū Hercule uenit īde i apuliā: ubi cōdidit Petiliā & unde appollodoro teste misit colonos in ciciliam. Mollis: pathicus. Sic uita ē. i. sic sum psisse suppliciū dr. Erix: filius Veneris & brutæ. Ex hoc Sertorio. Videtur: credibile ē Ericē īterfectū ab sertorio: cū sūpserit grauius supplicīū Venus: ut lingat. s. cūnos: qd' turpius ē: q̄ cinædū: ut erat Philoctetes.

Vimine: Cocta in delitiis erat romanoꝝ eadē decocta dicebat refrigerabatur niuibus: ut gratior eēt. Iuue. Frigidior geticis petit decocta pruinis: hoc ē ꝙ cōqueritur his uerbis Pli. Ad frigidas potus uas petit ī nubila. i. ī niues. Id fuit inuētū Neronis propterea ipse quasi peculiari inuento carens ingemiscit apud Tranquillum. Hæc est decocta Neronis: nūc erāt saturnalia: mittebantur xenia. i. hospitalia munera amicis. Mar. Mittit colum niuarium: hoc epigrammate: colum niuarium erat saccus ex niuimine pannoue unde uinum: aut aqua decocta attenuabatur: ut esset frigidior: de hoc plura ī distichis: Pli. Hi niues: illi glatiem potant pœnasque montium in uoluptatē gulæ uertunt: seruatur algor æstibus: & cogitaturq; ut alienis mensibus nix algeat: decoquunt alias: quas mox & illas hyemant. Tempore Saturni: in saturnalibus. Custodia: tegimen. Clausa septa: & compacta: leui uimine. Toga rasa: æstiuo tēpore utebantur. Si quæris: cōuenires: hoc uas coctæ quod mittitur appellabatur colum niuarium. i. in quo depositis niuibus refrigerabātur decocta.

Quod nec: in palæmonem scribit: qui ut lectores carminum illecebris alliceret: uersus magno labore componebat: & affectabat in his nouitatem numerorū. nam modo scribebat sotadicū carmen modo inserebat uerba græca: modo coliambū edebat: ait poeta insani eē hoīs laborare in iocis & q̄rere remotiores numeros: ut nouitatis Venere: & lepore delectet se negligere huiusmodi laborem: neq; uelle quærere multitudinem lectoꝝ tātis laboribus: & tam morosa cura. Tam malus: propterea malus poeta: ꝙ non gloꝛior. Carmine suppino: idest molli & eneruato.

De Fannio.

Hostem cum fugeret: se fannius ipse peremit.
Hi rogo: non furor est: ne moriare: mori.

In Zoilum

Laxior hexaphoris tua sit lecticula licebit:
Cum tamen hæc tua sit zoile sandaphila.

Ad Ponticum.

Abscissa seruum fugias: quid pontice lingua?
Nescis tu populum: quod tacet ille loqui.

In Seuum maritum.

Fœdasti miserum marite mœchum:
Et si qui fuerant prius queruntur.
Truncis naribus auribusque uultus:
Credis te satis esse uindicatum.
Erras. iste potest et irrumare:

De Sertorio.

Mollis erat faciliſque uiris pœantius heros:
Vulnera sic paridis dicitur ulta uenus.
Cur lingat cunnum siculus sertorius: hoc est:
Ex hoc occisus ruffe uidetur eryx.

De præposteris donis.

Vimine clausa leui niueæ custodia coptæ.
Hoc tibi saturni tempore munus erit.
Dona quod æstate misi tibi mense decembri
Si quæris: rasam tu mihi mitte togam.

Ad Classicum.

Quod nec carmine glorior supino:

Sotadē cinædū: oſo cinædica originem habuit a Cleomaco pugille: qui in cinædi cuiuſdā & ancillæ: quæ a cinædo alebatur amorem incidit: cinædicoſq; mores & orationē ē imitatus Sotades. Primus elaborauit hoc ſcribendi genus: poſtea alexander ætholus: ſed hi plura tm̄ oſone: poſtea Lyſias cantum adhibuit. Ennius hoc genus carminis uſurpauit ciprio boui merendum. dictū carmen a ſotade autore; cinædū ea de cā; quā diximus de cleomacho. Supra hoc carminis genus cū poeta dānet urbaniter. iocaſ ſe. ſ. nō legere retro carmē cinædicū: alludēs qđ cū cinædicū ſit ante nō debet legi. Cinædicū ſotadē. i. non utor eo carmīe: quo ſotades autor oſonis cinædicæ uſus ē. Eccho græcula. i. uox græca inſerta. nam īſerebāt poetæ uerba græca carmini: ut maior eēt lepos: id tāq̄ nimium molle rep̄hendiť ī Lucillio. Pitholeū rhodius nō ꝓbaſ: ꝙ ſæpius græculas uoces inſeruit: hoc ait Mar. ſe raro & apte. Eccho græcula. i. reboatio & ꝓnūciato græcula.

Hic:in uilla Fauſtini. Farta ceres:ideſt congæſta. Autũnis ſenibus.i. maturis fructibus. Fragrat:bene olet. Teſta:antiqui ſeruabant uuas & fructus in teſtis:ut pli. Varro & columella ſcribunt. Putator:uitium. Serras:tardas.i.uuas duracinas & ſerotinas:quia ſero matureſcunt. Imminẽte bruma:ideſt incipiente hyeme. Prurit:ardet in pugnam. Frõte inermi:nõdum cornutus. Cortis:cors uel coors eſt ſpacium illud domi ubi ſeruantur altilia:tamen hoc pro parte domus profert per ſincopam:Varro neutrum profert figuratum. Anſer argutus clangore:quod epitheton meruit excitatis uigilibus capitolii. anſer autẽ in corte ſeruabat ob iecur:nã ut alii Scipio:ut alii metellus:ut nonnulli. M. Seſtius primus docuit iecur anſeris optimi eſſe ſaporis. Gemmei pauones:ideſt picti i ſpeciẽ gemmarum: quos gratos eſſe dixit Oratius:Quoniã multo uenierat auro:Et picta pãdant ſpectacula cauda: deridens uanitatem gulæ romanæ. Debet nomen:ideſt quæ ſortita eſt nomen a pennis rubentibus auis;hoc eſt phœnicopterus: nã φοινικοπτερος latine ſignificat purpuram:& alam. habẽt enim alas purpureas. huius lĩgua eſſe gratiſſimi ſaporis & cibi primus oſtendit Apitius:A Celſo inter mediocres aues numeratur. Perdix picta:maculis diſtincta.

Numidicæque guttæ.i. gallinæ numidicæ guttæ:de quibus papi. quasudo numidæ legunt ſubauſtro. In diſtichis: An ſere romano q̃uis ſatur Hãnibal eẽt:lpe ſuas nũquã barbarus edit aues. Illud dicitur quoniam hæ aues in cãnas fuerant aſſumptæ nouiſſimis tpibus:eædem dicuntur meleagrides ſi plinio credimus: ſed Columella diſtinguit:atque numidicas habeẽ criſtã rubrã:meleagridas cæruleam:cũ dicit afra auis:hæc intelligitur. Iuuenalis:Nec lat⁹ afræ nouit nr̃ tyrũculus. Oratius:Non afra auis non attagen ionicus. Erãt autem gallinæ hæ guttis diſtinctæ. Colchi:patria medeæ:pterea impii dicũtur impietate medeæ. phaſiani a phaſi fl. colchoꝝ. Rhodias fœminas:gallinæ rhodiæ præſtantiores aliis habebãt. Galli premũt:calcãt. periſterones:ideſt turres columbarũ. Gemit:gemere ꝓprie colũbi eſt. Turẽ cæreus:ideſt pinguis. Porci auidi:eſurientis. Villicæ mulieris. Plenã:plenis uberibus redundãte lacte. Lutei:ſordidi.

Larga ſilua:copia lignorũ. Lucet:ardet:coniicitur in focum. Albo ocio:ſine labore & controuerſia:Vel albo abeſſectu:quia reddit hominẽ albũ curis:ut ſupra:Viuat in urbanis albus & officiis.

Palæſtritæ:erãt qui ludebãt paleſtra: & ungebãt & habebant in familia. Nõ

Hic farta premitur angulo ceres omni
Et multa fragrat teſta ſenibus autumnis:
Hic poſt nouembres imminente iam bruma
Seras putator horridus refert uuas.
Truces in alta ualle mugiunt tauri
Vituluſque inermi fronte prurit in pugnam.
Vagatur omnis turba ſordidæ cortis
Argutus anſer gemmeique pauones
Nomenque dedit quæ rubentibus pennis
Et picta perdix:numidicæque guttæ.
Et impiorum faſiana colchorum:
Rhodias ſuperbi fœminas premunt galli
Sonantque turres plauſibus columbarum.
Gemit hinc palumbus inde cæreus turtur.
Auidi ſequuntur uillicæ ſinum porci
Matremque plenam mollis agnus expectat
Cingunt ſerenum lactei focum uernæ
Et larga feſtos lucet ad lares ſilua.
Non ſegnis albo pallet otio copo.
Nec perdit oleum lubricus paleſtrita.
Sed tendit auidis rete ſubdolum turdis.
Tremula ue captum linea trahit piſcem.
Aut impeditam caſſibus refert dãmam.
Exercet hilares facilis hortus umbras.
Et pædagogo non iubente laſciui.
Parere gaudent uillico capillati.
Et delicatus opere fruitur eunuchus.
Nec uenit inanis ruſticus ſalutator.
Fert ille cæris cana cum ſuis mella:
Metamque lactis ſaſſinate de ſilua.

pdit oleũ: ſed aliqd agit. Subdolũ rete:ideſt doloſũ:qa retia ad dolum tendũt. Auidis turdis: cupidis ciborum ut inteiligas eos falli eſcas. Trahit piſcem linea: filo & hamo: Nam ea dicitur linea & lineola. Caſſis:galea:ſed hoc loco inſtrumentum ligneum quo feræ capiuntur. Impeditã: ideſt captis pedibus. Facilis:non magni laboris & curæ. Hilares:amœnas: Pædagogo:ideſt non indigentes pædagogo:ut urbani pueri. Eunuchus:qui item erat i familia delicatus. Fruitur ope: aliquid agit etiam ipſe inanis ſine muneribus:ut in urbe. Canamella:albentia:cum cæris:cum fauo. Metamque lactis:ideſt lac coagulatum in recentem caſeum. Saſſina:patria plauti lacte abundabat. Silius:ſaſſina diues lactis ſilua ſaſſinatæ:ideſt e paſcuis ſaſſinæ.

Glires:dormiendo creſcunt. Hyſpidæ matris:ideſt hædum filium capellæ. Capones nō amaſ coactos.i.caſtratos. Texto ciſto:caniſtro. Grandes uirgines:adultæ. Probog:ſimplicium. Dona matrum:uerbum eſt ruſticanæ puellæ:quæ munera matris ſemper affert:placet magis exponas oua gallinarum:ut etiam alibi apud hunc poetam. Facto ope lætus:nā geſtire facto opere ruſtici eſt. Craſtinas menſas:contra illud:Explicat & cœnas unica menſa duas. Omnes ueſcuntur:non reiecti ſeruis ut in urbe fit:quod laudat etiam in ſaturna. Domitiani. Papi. Vna ueſcitur oīs ordo menſa. Miniſter ſatur hicī uilla. Nō nouit iuidere:quoniā & ipſe ſatur eſt. Iuue:de ſeruo in urbe:Ecce alius q̄to porrexit murmure panē. At tu:ad hoc ſpectant quæ ſupra dicta ſūt. Famē:uillā ſterilē. Mūdam:lautā & amœnā. Lauros meras.i.ſolas lauros eſſe ſine fructu. Furē:quia nihil eſt quod eripi poſſit. Vinitorē:uillicū:noluit dicere uillicū quia uilla non erat. Farre urbano:allato ex urbe. Ocioſus: relaxatus curis. Pictam:non naturalem.

Sutor:Cerdo dederat munus gladiatorū:quod ſupra dixit poeta. Is erat bononienſis:nunc fullo mutinenſis dederat itē munus gladiatorū:ſuccenſus martialis clamat. Cerdo eſt quicūque quærit lucrū ex aliqua arte, iccirco ait ſutor. Iuuenalis:Munera nunc edunt.

Cum uocor. Lata erat lex a Domitiano ut ſublatis ſportulis amici ad rectam cœnā uocarentur hac lege coactus pontícus iam nō dabat ſportulā martiali: ſed inuitauit, appoſuit aūt uilliſſimos cibos ſibi optimos. Conqueritur poeta fraudē fieri legi:cum nō deſ ſportula:dari cœnam a pontico non meliorē ſportula:cū tamen legē tulerit imperator:ut melius cœnarent clientes q̄ olim ſolebant acceptis ſportulis. Non tam uenalis:ideſt ñ conducendus ſportula ut ante. Eadē cœna:ídeſt iidem cibi. Oſtrea ſaturata lucrino:oſtrea in lacu lucrino depaſta optimū habebant ſaporē quod docuit Sergius orata: poſtea domita britānia ex eo littore non iuferioris ſaporis oſtrea mittebantur. Inde ait Iuuenalis: Circeis nata forent an Lucrinum ad ſaxum rutupinoue edita fundo. Mitillus de genere poliporum eſt hic non tantum ſeruit gullæ. eſt enī nullius ſaporis ſed craſſitudini gingiuarum & aliis ſordidis ulceribus medetur auctor plinius. Sumitur mitillus ideſt comedo mitillum. Ore inciſo:acſi haberem os inciſum & ulceratū Inciſo ore:& os mihi ſumenti inciditur ob teſtæ duritiem. Fungos ſuillos: naſcebantur ſuilli una cum boletis in radicibus arborum:nullo ſapore digni menſa. Res eſt cum rombo.i. tu comedis rūbos. Sparulus:piſcis exiguus & uiliſſimus. Clunibus immodicis:obeſis & latis. Sine te:quod nō licet per legem domitiani tu facis fraudem cœnæ. Proſit hoc.i. hoc ſit factum in utilitatem clientum:nam uoluit imperator ut aliquid plus ederemus & p̄hibuit dare ſportulam.

Somniculoſos ille porrigit glires.
Hic uagientem matris hiſpidæ fœtum
Alius coactos non amare capones.
Et dona matrum uimineo ferunt texto:
Grandes proborum uirgines colonorum.
Facto uocatur lætus opere uicinus
Nec auara ſeruat craſtinas: dapes menſa
Veſcuntur omnes ebrioque non nouit
Satur miniſter inuidere conuiuæ.
At tu ſub urbe poſſides famem mundam.
Et turre ab alta proſpicis meras lautus.
Furem priapo non timente ſecurus.
Et uinitorem farre paſſis urbano.
Piſtamque portas ocioſus ad uillam.
Ollus:oua.pullos.poma:caſeum:muſtum.
Rus hoc uocari debet:an domus longe?

De Sutore et fullone.

Sutor cerdo dedit tibi culta bononia munus
Fullo dedit mutinæ:nunc ubi copo dabit.

In Ponticum.

Cum uocor ad cœnam non tam uenalis ut ante
Cur mihi non eadem:quæ tibi cœna datur:
Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata lucrino.
Sugitur inciſo mitillus ore mihi
Sunt tibi boleti:fungos ego ſumo ſuillos
Res tibi cum rombo eſt:at mihi cum ſparulo.
Aureus imodicus turtur de clunibus implet
Ponitur in cauea mortua pica mihi.
Cur ſine te cœno:cum tecum pontice cœnem.
Sportula quod non eſt proſit. edamus idem.

In Cinnam.

Eſſe nihil dicis quicquid petis improbe cinna
Si nil cinna petis:nil tibi cinna nego.

In Quintum.

Centenis:In Quintum:qui magno animo uolebat uideri empta luxurioſa ſuppellectile:ait martia,hoc non eſſe uerum:neque propterea eum eſſe magni animi:cum ſibi illa emat:nam magni eſt animi aliquid donare amicis,alibi in Gaurum nihil ſibi donãtem:Gaure puſillus homo es. Sub numa:ideſt uina uetuſtiſſima. Non ſpacioſa:ideſt exigua. Carruca:currus ſignificat:carrucæ autem ex argento quoque cælabãtur.Plinius:Carrucas quoque ax argento cælari iuenimus.Nero nũ quam paucioribus mille carrucis interfeciſſe dicitur. Mula:in tanto erat pretio ut põpeia Neronis uxor mulas habuiſſe dicatur indutas ſoleis aureis. Pretio fundi,i.tanto pretio quanto fundus emeretur. Puſillus animus tuus:ideſt tu qui habes aĩum puſillum:propterea fieri poteſt hæc nõ parentur magno aĩo:placet magis.Quĩte animus puſillus:qui nihil dat amicis: omnia ſibi impendit. Emit hæc:quaſi dicat magni animi eſt donare nõ ſibi emeſſ. In Garũ:gaure puſillus homo es.

Centenis quod emis pueros et ſæpe ducenis
Quod ſub rege numa condita uina bibis.
Quod conſtat decies tibi non ſpacioſa ſupellex
Libra quod argenti milia quinque rapit.
Aurea quod fundi precio carruca paratur.
Quod pluris nulla eſt.q̃ domus empta tibi.
Hæc animo magno credis te quinte parare:
Falleris:hæc animus quinte puſillus emit.

In Cotilum.

Cotile bellus homo es:dicunt hoc cotile multi:
Audio:ſed quid ſit dic mihi bellus homo?
Bellus homo eſt qui flexos digerit ordine crines
Balſama qui ſemper cinnama ſemper olet:
Cantica qui nili:qui gaditana ſuſurrat
Qui mouet in uarios brachia uolſa modos.
Inter fœmineas tota qui luce cathedras
Deſidet:atque aliqua ſemper in aure ſonat
Qui legit hinc illinc miſſas:ſcribitque tabellas
Pallia uicini qui refugit cubiti.
Qui ſcit quã quis amet:qui per conuiuia currit
Hirpini ueteres qui bene nouit auos.
Quid narras?hoc eſt hoc eſt homo cotile bellus.
Res petricoſa eſt cotile bellus homo.

Ad Caſſianum.

Sirenas hilarem nauigantium pœnam:
Blandaſque mortes gaudiumque crudele:
Quas nemo quondam deſerebat auditas:
Fallax ulyxes dicitur reliquiſſe
Non miror:illud caſſiane mirare
Si fabulantem canium reliquiſſet.

Cotile:In cotilum qui cum bellũ ſe appellari gloriareſ: putabat id nomen ad formã tantũ & corporis dignitatẽ pertinere:Mart.docet eum hoiem eſſe bellũ qui molles & effeminatos mores habeat & cum deſcribit qd ſit bellus homo:cotilũ ridendo deſignat. Digerit:cõpõit.

Flexos:calamiſtro. Cantica qui nili: ex oĩbus cãtilenis molliſſimæ erãt & egyptiæ & gaditanæ ad ſaltatiõem & ĩpudicos motus puellarũ. Cantica nili.i.egyptios cantus. Suſurrat:leuiter canit.

Volſa:depilata. Cathedra:ad ſellas fœminaꝝ meretricũ. Qui refugit pallia uicini cubiti,ꝓpter elegãtes ueſtes ut ſupra:Quã uentum ſpanius manum timet priſcus. Currit per conuiuia.i.qui adeſt ubicũque fiũt cõuiuia. Hirpinꝰ: nobiliſſimus equus fuit uictoriis & maiorũ gloria unde natus erat.ſenſus ergo poetæ eſt:ille eſt bellus homo:qui hirpino referente premiũ diſcurrit per totam urbẽ.& narrat unde equus duxerat originẽ,luue.Sed uenale pecus corithæ poſteritas & hirpini. Petricoſa:trica ſignificat tenue & moleſtũ impedimentũ.cũ ergo poeta uelit oſtẽdeſ bellũ hoiem eũ eſſe qui ſit occupatus leuioribus in rbus ait bellũ hoiem eſſe rem petricoſã: ideſt plenã leuioribus impedimentis.

Syrenas:Laudat Canium gaditanũ:cuius confabulationẽ ne Vlyxẽ quidẽ:q ꝑ teruectus eſt ſyrenas ait potuiſſe effugere ſi adeſſet. Vlyxes ꝓulgata hiſtoria: cum eſſet nauigaturus iuxta ſedes ſyrenũ admouit cæras auribus ſociorꝫ:ipe apertis auribus iuſſit ſe uinciri ad malũ nauis ne ſuauitate cantus cogereſ exiliꝛ:

docuerat id circe ita ſurdis ſociis ipo iuncto malo nauis non flexit curſum:quãuis ſyrenes noto carmine uſæ ſint:quod cicero ex Homero trãſtulit:O decus argolicum qui puppim flectis Vlyxe.Homeri longum extat carmen in odyſſea. Fallax ulyxes:epiteton:perpetuum Vlyxes ab Home.dicitur πολυμητις ideſt uarii & multiplicis animi. Hilarem pœnam:nam trahebantur nauigãtes ſuauitate carminis in ſcopulos:& naufragium faciebant. Blandas mortes:quia ſuauitate cantus in mortem trahebantur. Gaudium crudele:quia magno conſtabat. Non miror:ſi Vlyxes relinquebat ſyrenes:ſed magis mirarer ſi reliquiſſet Canium gaditanum poetam.Ante: Canio ſuo gades.

Quod ſpirat: Ad Diadumenū: cuius oſcula mirū in modum oleſ dicit: ſed auaritiam carpit q̄. i. auare det. ait ergo cum bene oleant hæc baſia: multo plus habitura ſuauitatis una facilitate. ſ. Diadumenus nomen eſt elegantioris iuuenis: cum hoc eſt fictum: cuius effigiē polycletus ſycionius expreſſit molliore iuuenta: eaque uenit centum ſeſtertiis. Aura odor: nam odor eſt aer uapore percuſſus. Canet: cum emittet flores. Ouis: multi codices habent apis: ut de thimo intelligas: cuius odor ſuauiſſimus eſt. Auis: de phœnice potes ītelligere: quæ nidos cōſtruit ex cynamomo & caſſia. placet ut legatur Ouis: nā frutices uerno tempore morſu gregis fracti ſuauem emittunt odorem.

Arabs meſſor: meſſorē arabiæ felicis ītelligit: nā caſſia inde mittebat. Succinum: latine electrū dicit: gūmi populorum: quod cum candidū eſt præſtātiſſimū habet odorem: unde Domitius Nero quodam carmine crines uxoris ſuccinos dixit: quaſi ſuauiſſime olentes: ſuccinū præterea eſt genus unguenti odorati

Eoo thure. i. ſabæo & oriētali. Gleba q̄ æſtiuo: odor terræ commendatus a cicerone: præſertim in unguentis: ut ſcribit ipſe in ſuo oratore: eo loco optimus eſt: ut antiqui dicebāt ubi cornua arcus cæleſtis uideābtur deſinere poſt ībrem. Plī. auctor. Nardo: crines nardo ungebant. Sine inuidia: una & ſola. Facilitas: plus odoris daret.

Par ſcelus: Ait grauius fuiſſe ſcelus Antonii triumuiri: qui iuſſit interfici ciceronem: q̄ fuerit photini: qui pompeium iuſſus necauit. photinus id ī gr̄am ptholæmei fecit: hic ut ſui animi libidinem & crudelitatē expleret. photinus īter eos fuit qui impulerūt ptholæmeū: ut pompeiū necaret: tamē achillæ datum eſt negocium: qui comitē aſſūpſit ſeptimiū: is primus fuit percuſſor. Phariis armis .i. egyptiis & ſicæ ægyptiæ. Vterq; photinus & antonius. Illud duo capita habebas roma: altero coronato utebaris: cū triumphabas: altero facundo: cū loquebaris. Ingens utriuſque laus.

Ceſſatis: Applaudit hoc epigrammate pueris nauigantibus in naumagia inter ludos Domitiani: quaſi ergo e medio faſpectātiū clamat e ripa naumachiæ

Ceſſatis: tardi eſtis ad nauigandum.

Reſina: genus gūmi. Veternus ſignificat hidropeſin. Virgilī: Nec torpeſ gra ui paſſus ſua r̄gna ueterno. Nihil noſtis: ideſt nihil ſcitis. Ad quos: ſpectatores

Celuma: clamor nauticus: & hortatio.

Tigitis lentos remos. i. ignoratis q̄ uos ſpectent: nullamque ſpectatorum ratione habetis. Aethon: equus ſolis. Pro no: inclinato. Exarſit: in meridie. Interiungit. i. f̄creati quiete: nam peruenit ad meridiem. Tuta: quia nulla poteſtas excitabatur. Luditis otium. i. abutimini otio. Argonautas ambiguitas eſt uerbi. nam argonautæ poſſunt dici illi primi qui argo in pontum deduxerunt & argonautæ ſi componantur ab argos quod ſignificat tardum: & nautis ſignificabit nautas tardos.

Huc eſt. Scripturus laſciuiora abigit matronas pudicas: præſertim Baſſam: quæ ignorāti paulo

Ad Diadumenum.

Quod ſpirat tenera malum mordente puella:
Quod te corytio quæ uenit aura croco.
Vinea quod primis floret cum cana racemis
Gramina quod redolent: quæ modo carpſit ouis
Quod myrtus: quod meſſor arabs q̄d ſuccia trita.
Pallidus eoo thure quod ignis olet.
Gleba quod æſtiuo leuiter cū ſpargitur imbre:
Quod madidas nardo ſparſa corona comas:
Hoc tua fæua puer diadumene baſia flagrant.
Quid ſi tota dares illa ſine inuidia?

In. M. Antonium.

Par ſcelus admiſit phariis antonius armis.
Abſcidit uultus enſis uterque ſacros.
Illud laurigeros ageres cum læta triumphos:
Hoc tibi roma caput: cum loquereris erat.
Antoni tamen eſt peior quam cauſa photini.
Hic facinus domino præſtitit ille ſibi.

De pigris nautis.

Ceſſatis pueri nihilque noſtis:
Veterno reſinaque pigriores:
Quorum per uada tarda nauigantes
Lentos tingitis ad celeuma remos.
Iam prono phæ tonte ſudat æthon.
Exarſitque dies. et hora laſſos
Interiungit equos meridiana.
At uos tam placidas uagi per undas
Tutæ luditis otium carinæ.
Non nautas puto uos: ſed argonautas.

Ad matronas.

Huc eſt uſque tibi ſcriptus matrona libellus.

ante Martiali tribadem esse Lucretia uidebatur. In hac pte quæ sequit gymnasia numerat ea loca i quibus uiri nudabãt. Stadiũ: ubi ad cursũ & palæstrã athlætæ nudãt. Exuimur: deponimus uestes

Terpsichore: musã hanc noiauit quoniã ei dictatæ sũt choreæ & saltatiões. in quibus iã poeta uersabit τερπομαι oblecto χορος chorus: nra terpsichore. Saucia: madida. Schemate. i. figura. piphrasis est mentulæ. ægyptii primũ cœperunt colere pudẽda: quoniam Osiri inuento sola uirilia defuerunt: sed ne desiderarentur ad honorem sepulturæ isis iussit ut pudenda circunferentur. præcedebat inquit Herodotus tibicem sequebãtur matronæ canentes dionysia: hũc morẽ acceperũt matronæ romanæ: & mense augusto mentulã deferebãt cũ sacro; põpa in ædem ueneris extra mœnia: & q̃uis meretricũ esset illud solẽne: tamen non licebat alicui præterq̃ matronæ castæ id sacrum tractare: & deponẽ in sinu Veneris. Schemate. i. figura & obscura. Nunc legis: placet enĩ obscœnitas: ut supra in Cosconium.

Cum sint scripta rogas interiora mihi.
Gymnasium thermæ: stadium est hac parte recede
Exuimur. nudos parce uidere uiros.
Hic iam deposito post uina rosasque pudore
Quid dicat nescit saucia terpsicore
Schemate nec dubio: sed aperte nominat illam
Quam recipit sexto mense superba uenus.
Custodem medio statuit quam uillicus horto
Opposita spectat quam proba uirgo manu.
Si bene te noui: longum iam lassa libellum
Ponebas totum nunc studiosa legis.

Ad Ceruinum.

Mœchus es aufidiæ qui uir ceruine fuisti
Riualis fuerat qui tuus: ille uir est.
Cur aliena placet tibi: quæ tua non placet uxor?
Nunquid securus non potes arrigere?

In Neuolum.

Mentula cum doleat puero: tibi neuole culus
Non sum diuinus: sed scio quid facias?

Ad Laufellam.

Vis futui: nec uis mecum laufella lauari:
Nescio quod magnum suspicor esse nefas.
Aut tibi pannosæ pendent a pectore mammæ:
Aut sulchos uteri prodere nuda times.
Aut infinito lacerum patet inguen hiatu.
Aut aliquid cunni prominet ore tui.
Sed nihil est horum: credo pulcherrima nuda es.
Si uerum est: uitium peius habes: fatua es.

In Phœbum.

Dormis cum pueris mutoniatis
Et non stat tibi phœbe: quod stat illis
Quid uis me rogo phœbe suspicari?
Mollem credere uirum uolebam.
Sed rumor negat esse te cinædum.

In Gargilianum.

Psilotro faciem lauas et dropace caluam
Nunquid tonsorem gargiliane times?
Quid faciem tingis? nam certe nõ potes illos

Mœchus. Ceruius repudiauerat uxorem: quã duxit is qui pauloãte erat mœchus: quo facto ipse quoque habebat rẽ cum eadem mulier securus: nũqd oportet te ire in periculum ut arrigas?

Laufella: Nolebat uideri nuda: sed tñ futui uolebat: inquit mart. aut est ĩsulsa: aut est turpissima. Pãnosæ. i. uenali sanguine rugæ: nã pannæ dicũt maculæ uẽaq; eminentiũ. Sulcos: uteri. i. rugas. Prominet interdum. i. defluunt carnes: quod scribit Celsus accidisse tpibus suis pricipi fœminæ: qbus arefactis ĩtra paucas horas expirauerit. Fatua es. i. ĩsulsa es: & non habes illũ leporẽ meretricũ: & ꝓpterea nõ uis lauari: nam quæ insulsa sunt quo: magis lauant: eo fiunt ĩsulsiora. Fatui cibi dicuntur: qui carent sale.

Dormis. In phœbum fellatorẽ. Mutionatis. i. bene mentulatis. muto: mẽtulam significat: ut apud Oratiũ: Mutoni queréti. Lucilius: mutoni lachrymas tũ læua absterſit amica. Stat: quia non potes arrigere. erat enim fellator.

Psilotro. psilotrũ unguẽtũ erat ad depilandum corpus ex uariis rebus fiebat modo ex thinni sanguine felle & iecore modo ex sanguisugis coctis in uase fictili & illitis aceto: modo ex aliis: tamen ut scribit pli. Euellebãt pili: post psilotrum adhibebãt ne pulularent. Gargillianus mollis & cinædus faciẽ & pilos: qui succrescentes comis formam capillo; offendunt: unguento decutiebat. locat ĩ hũc poeta ita ut eum oltendat esse mollem.

Calua: significat os capitis: auctor ẽ Liuius qui scribit caluam detracta carne & crinibus fuisse poculũ barbaro; diebus festis. hic ꝑ toto ore accipitur. Dropax: unguentum ad pilos euellendos.

Nũqd. i. an es adeo timid⁹ ut ñ audeas ferre nouaculam? Vngues: omnino te oportet uti ferro.

Lutum uenetum:erat terra quæ ex cypro aduehebatur adhibito aceto:&.xl. diebus ſub terra in pacta reducta:quæ poſtea in ſolem optimum faciebat pſilotrũ. Traducere:uexare. Cunno:alludit ad mollẽ:& cinædum. Nonquid times tonſorem.q.d.tonſorem non times:ſed hoc agis ut diutius ſis mollis & pædiceris.

Stare:Stare eſt conſtare:ſtare eſt erectum eſſe.locatur in uerbo Martialis mẽtula iquit quæ ſtabat ideſt quæ non arrigebatur:nec ſtat magno:hoc eſt conſtat magno precio. Eruca:incitat uenerem propterea ponebaſ̃ una cũ lactuca:quæ frigidiſſima eſt:ut alterius uis alterã tẽperaret. Bulbigenus herbæ capitatæ cuius cũ multa ſint genera. Vnum ẽ quod epimenidũ dicitur optimi i africa ſaporis:ut locus ille:iuuenalis:præter ſniam multorum exponatur:Et ueteres afrum epimenida bulbi.incitant autem uenerem. In diſtichis:Cum ſit anus cõiunx & ſint tibi mortua membra : Non aliter bulbis q̃ ſatur eſſe potes. Salaces:incitãtes Venerem. Satureia:eadem eſt qua tymbra:incitat Venerem: eandem uim habet q̃ naſturcium. Puras buccas:puerorum. Non uiuit:ſuſcitatur.Nõ ſtat .i. mentula quæ non arrigit. Stare magno:ideſt multum conſtare.Sequẽs epigrãma eſt clarum.

Nec mulus. In Bethicum cũnilĩgum: quem poeta ex genere ciborũ:quibus utebatur aperte oſtendit eſſe cunnilĩgũ: nã ea tantum edebat quæ ſaporem haberẽt ꝓximũ liquori uuluæ. Liba:panes dulciarii ſacris primũ inuenti. Quadra: pars & quadra menſa. Placentæ:panes cinericii quibus utebantur antiqui loco menſæ. Capparin:ſemen notũ. Alec: liquamẽ ſalſum.Oratius: Quo fecæ primus & alec.pli.Alec imperfecta nec colata:erat enim conditum.Res cœpit tamẽ ex inutili piſciculo minimoque confici.

Pulpam:non modo carmen ſine oſſibus ſed etiam ſine pingui. Petaſone dubio cuius pars iam fetet & carioſa eſt qd̃ placet:uel dubio:ideſt bono. Gerres: ex genere locuſtarum ſunt piſces uiliſſimi & ſalſi.uide pliuium. xxxii. naturalis hiſtoriæ. Melandria:pars thinni ꝓpinqua caudæ uiliſſima:ẽ enim ſine pingui:nam in thinno ceruix & abdomen cõmendantur. Saprofagis:hoc eſt comedis res fetidas & olentes: nã φαγω ſignificat putidũ:

Minxiſti.palinurus gubernator claſſis troianæ ſubmerſus eſt numĩe ſomni oppreſſus:hic palinurus accipit ob deriuationem græcam:nã παλιν ſignificat iterum ουρεω meiet̃.locatur poeta iteꝝ i meientem. Eris palinurus.i. diceris palinurus.

De nullo.In Apitiũ eẽ bonæ linguæ dt̃ q̃ nulli detrahit:cõtra malæ lĩguæ dt̃:q̃ lingua abutit̃:uel fellatiõe: uel lingẽdis cũnis. Quãuis o apici nulli detrahas:tñ

Reſina ueneto nec reſecare luto.
Deſine:ſi pudor eſt miſeram traducere caluam.
Hoc fieri cunno gargiliane ſolet.

In Lupercum.

Stare luperce tibi iam pridem mentula deſit
Luctaris demens tu tamen arrigere.
Sed nihil erucæ faciunt bulbique ſalaces:
Improba nec proſunt iam ſatureia tibi.
Cœpiſti puras opibus corrumpere buccas:
Sic quoque non uiuit ſollicitata uenus.
Mirari ſatis hoc quiſquam:uel credere poſſit?
Quod non ſcit magno ſtare luperce tibi.

In Baſſam.

Arrigis ad uetulas faſtidis baſſe puellas:
Nec formoſa tibi:ſed moritura placet.
Hic rogo non furor eſt:nõ ẽ hæc mentula demẽs?
Cum poſſis hecubam : non potes andromachẽ.

In Bæticum.

Nec mulus nec te delectat bæticæ turdus.
Nec lepus eſt unquam nec tibi gratus aper.
Nec te liba iuuant:nec ſectæ quadra placentæ
Nec libye mittit:nec tibi phaſis aues.
Capparin et putri cepas alece natantes.
Et pulpam dubio de petaſone uoras.
Teque iuuant gerres et pelle melandria cana
Reſinata bibis uina falerna fugis.
Neſcio quod ſtomachi uitium ſecretius eſſe
Suſpicor:ut quid enim bæticæ ſaprofagis?

Ad Paulinum

Minxiſti currente ſemel pauline carina
Meiere uis iterum:iam panlinurus eris.

Ad Sertorium.

Rem peragit nullam ſertorius:inchoat omnes
Hunc ego cum futuit non puto perficere.

Ad Apicium.

De nullo quereris:nulli maledicis apici:

Rumor eſt te eſſe malæ linguæ: hoc ẽ te fellare & cunnum lingere.

Quid in bethicũ: qui abſciſis teſtibus: & factus ſacerdos Cibeles cunnos lingebat de quo ſupra ait poeta eũ non debere ſectari muliebria: quia dũ mulieres ſectatur uidet eẽ uir qđ nõ permittunt ſacerdotales leges Cibeles. O Bethice galle: ideſt caſtratæ. Medios uiros: ideſt debes fellare ne uir uidearis: dũ ſectaris fœminas. Samia teſta, i. cultro: nam ſamia terra optima erat cultris ſacerdotũ cibelis ãte ſatis multa. Caſtrãdũ caput ẽ: qm̃ lingua tanq̃ mẽtula ſectaris mulieres. Ore uir es: qa ligis cunnũ & præſtas offm̃ uirile ligua.

Rumor ait linguæ te tamen eſſe malæ.

In Bæticum.

Quid cum fœmineo tibi bætice galle baratro
Hæc debet medios lambere lingua uiros.
Abſciſſa eſt quare ſamia tibi mentula teſta?
Si tibi tam gratus bætice cunnus erat?
Caſtrãdum caput eſt: nam ſis licet inguine gallus
Sacra tamen cibeles decipis ore: uir es.

In zoilum.

Conuiua zoili quiſquis poteſt eſſe
Sumenianas cœnet inter uxores:
Curtaque lædæ ſobrius bibat teſta.
Hoc eſſe leuis: puriuſque contendo.
Iacet occupato galba natus in lecto
Cubitiſque trudit hinc et inde conuiuas
Effultuus oſtro ſericiſque puluinis.
Stat exoletus ſuggeritque ructanti
Pennas rubentes: cuſpideſque lentiſci.
Et æſtuanti tenue uentilat frigus
Supina praſſino concubina flabello:
Fugatque muſcas myrtea puer uirga.
Percurrit agili corpus arte tractatrix.
Manumque doctam ſpargit omnibus membris.
Digiti crepantis ſigna nouit eunuchus
Et delicatæ ſuſcitator urinæ
Domini bibentis ebrium regit penem:
At ipſe retro flexus ad pedum turbam
Inter catellas anſerum exta lambentes
Partitur apri glandulas palæſtritis.
Et concubino turturum nates donat.
Ligurumque nobis ſaxa cum miniſtrentur
Vel cocta fumis muſta maſſilianis
Opimianum morionibus nectar

Conuiua zoili: In zoilũ mollẽ: & plãe effœminatũ: huius pocula ebrietatẽ ructus fellationẽ deſcribit. Sũmœnianas .i. iter meretrices: q̃ ſũmœnianis artificiis iuxta circũ pſtrabãt. Iuuena. Et ad circũ iuſſas pſtrare puellas. Bibat: ſobrius cũ ſitit. Teſta curta: uaſe mutilato & fracto. Lædæ: meretricis: q̃ ſpurca erat: ut alibi: Quod ſpurcæ moriens lucerna lædæ: Contendo: affirmauerim. Hoc: ideſt cœnare inter meretrices. Galbanatus: indutus galbana ueſte muliebri. Lecto: triclinii. Occupato: quẽ totũ occupabat. Effultus: ſuſtentatus. Suggerit denti: ſcalpia fiebãt aut ex lẽtiſco: aut ex penna. In diſtichis: lentiſcũ melius: ſed tibi frondea cuſpis. Defuerit: dẽtẽ pẽna leuare poteſt. Dentrificiũ aũt dicebatur quicq̃d medicaminis adhibebatur: fricandis & terẽdis dẽtibus: i quo genere arabius lapis eẽ dicitur. Pẽnas rubentes: ideſt pennas phœnicoptẽ. Lentiſcus frutex ẽ ſemper uiridis: cuius Cicero meminit. & Pli. ſentẽtiã Ciceronis refert. Vetilat: leuiter mouet. Æſtuanti: ſudãti. Praſſino: uiridi. i. flabello: color praſſinus ſignificat uiridis πρασσοειδος ſignificat uiride infra praſſinã togam dicet: ideſt uiridem. Mitrea uirga: indicium libidini. eſt enim Veneris.

Tractatrix: utebant hoc remedio antiqui: ut Celſus meminit ut iuberẽt puerum fricare humores quẽ Martialis tractatorem appellat: & ancillã id faciẽtem tractatricẽ. nã tractare ẽ frequenter tãgere. Eunuchus ſpado nouit quid uelit zoilus cũ crepat digitis. nã uas uinariũ crepitu digitorum poſcebatur. ita loquitur Matella in diſtichis. Cum poſcor crepitu digitorum: & uerna moratur: O quotiens pellex culcitra facta mea eſt. Pedum turbam: turba pedum dicunt pueri quoniam ad pedes dominorum diſcumbebant: ut intelligas ſuperius diſtichon hoc pacto: Omnia cum pueris tradas obſonia retro: Cur non mẽſa tibi ponitur a pedibus: ideſt cur non paras mẽſam ſeruis & non nobis. Partitur glandulas: glandula pars apri iuxta ceruicẽ: eadem dicitur glãdium: ut eſt in legibus ſumptuariis: quæ glandia ſincipitia uerina menſis intercidunt. Propinat: dat Nectar opimianum: ideſt uinum opimianum quod nectar uidetur. Moriones: dicebantur pueri qui ſimplicitate & ſecuritate mentis ſeu ſtoliditate riſum domino mouebant: ducebantur autem ad menſam diuitum. Inde Plinius cum amicum inuitat: Morionem non habebis. Saxa ligurum: ideſt uina nata in liguria ſterili. Fumis maſſilianis: uina i maſſilia galliæ artibus officinarum adulterabantur: modo fumo: modo aloe: ut ſaporem mutarent: &

colorem: de hoc uino alibi: Fumea maſſiliæ ponere uina potes. Coſmianis ampuliſ: ideſt unguento precioſiſſimo coſmi. Capillare: ideſt unguentum ad capillos inuentum Mœchæ pauperis: qđ ſolebat emi a mœchis pauperibus: Muricæ: ampulla in ſpeciē muricis: nā muricum teſtæ unguenta ſeruabant. Plinius auctor eſt. Perditus: ſepultus: Septunce: ſcilicet uini. Nutibus ꝓpiamus: inuicem. Ronchis: illo ſtertente. Malchiones: dicūtur molles & eneruati omnino & luxu perditi: quaſi malciōes. nā malcio apud græcos ſignificat mollem. Oratius inde malcinum dixit mœconātem. Vindicare: ideſt liberare te a conuiuio: & tedio huius mēſæ: quia tu itrumator es: & aderis quia fellat. Codex ātiquus ita habet uerſum: Nec uidicaſ te Ruffe poſſumus fellat: quod placet: ſenſus eſt: quem propoſuimus.

Vt faciam: Iubebat Cocles Martiali ut faceret breuiora epigrāmata. Ipſe ait ſe hæc ſcribere lōgiore carmine: cū paucis uerbis non poſſit impetrare a diuitibus aliquid: ergo ſi mihi feceris: qđ facit Chione: ideſt ſi dederis ſilebo. nā ut alibi ait a Chione conducebatur: ut futueret. Nō potui breuius: ſcilicet dicere tibi ut des.

Quid: ad Tongilionē q fellator erat: & lingua fellatoris eſt mœcha: cum uarias admittat mentulas.

Quis: Maritus abſcidit nares mecho: ait Mar. oportuiſſe abſcindere mētulā: qua peccauerat. Hac pte: ideſt naribus: ſed peccauit mētula. Nihil ꝓdidit: laceratis naribus. appellat hunc Deiphobum naribus laceratis: alludēs ad illud Deiphobūq; uidet lacer& crudeliter ora Ora manuſque ambas: &cetera.

Narrat: ad chionē: Subligaria dicebantur ueſtes quæ coxas uſq; ad umblicū a genibus cōtegebāt. his utebātur mimmi i theatro. luue, & ſubligat acci. Chione hoc induta deſcēdebat i balnea: ſi id agit ꝓpter pudorē commodius eo poſſe cōtegere faciem: nā uultus pudoris ſedes: ſi tectus fuerit liberius agius: q̄ſi ea una tantū pars pudorē fētiat. In faciē: alludit ad deformitatem mulieris: quæ debebat tegi. hic ſenſus placet.

Sunt: Gemini lingūt diuerſa inguia: quia alter fellat: alter lingit cunnum.

Magis: propter hoc.

Vult Galla Vult nō, uult dare. Galla deformis erat: uolebatq; futui a Martiale: ſed nihil dare uolebat. Deformes autem fututorem precio concilient neceſſe eſt. Vult dare: ſcilicet coitum: & ſub agitari a me galla. Non uult dare: ſcilicet pecuniā. Nec poſſū dicere qd ſibi galla uelit: hoc ē q̄ de cā faciat hoc: ē. n. deformis ꝙ uult. ſ. futui: ñ uult. ſ. daſ pecuniā idē ē ſēſus quodā diſticho alibi: Vis futui gratis cū ſis deformis anuſq;?

Cryſtalliniſque myrtiniſque propinat:
Et coſmianis ipſe fuſus ampullis.
Non erubeſcit muricæ aureo nobis
Diuidere mœchæ pauperis capillare.
Septunce multo deinde perditus ſtertit
Nos accubamus et ſilentium ronchis
Præſtare iuſſi nutibus propinamus
Hos malchionis patimur improbi faſtus.
Nec uindicare ruffe poſſumns: fellat.

In Coclitem:

Vt faciam breuiora mones epigrammata cocles
Fac mihi quod chione: non potui breuius.

In tongilionem.

Quid narrat tua mœcha? non puellam
Dixi tongilion: quid ergo? linguam
Ad maritum.
Quis tibi perſuaſit nares abſcindere mœcho?
Non hac peccatum eſt parte marite tibi.
Stulte quid legiſti? nihil hic tua perdidit uxor:
Cum ſit ſalua tibi mentula deiphobi.

Ad caſtam matronam.

Ne legeres partem laſciui caſta libelli:
Prædixi et monui. tu tamen ecce legis:
Sed ſi panniculum: ſi ſpectas caſta latinum:
Non ſunt hæc mimmis improbiora lege.

In Chionem.

Narrat te rumor chione nunquam eſſe fututam
Atque nihil cunno purius eſſe tuo.
Tecta tamen non hac qua debes parte lauaris:
Si pudor eſt: tranſfer ſubligar in faciem.

In fratres fellatores.

Sunt gemini fratres diuerſa ſed inguina lingunt:
Dicite diſſimiles ſint magis? an ſimiles?

Ad Phœbum.

Vtere lactucis: et mollibus utere maluis.
Nam faciem durum phœbe cacantis habes.

De Galla.

Vult non uult dare galla mihi: nec dicere poſſum:
Quod uult et non uult: quid ſibi galla uelit.

De Miſitio.

Cum peteret patriæ miſitius arua rauennæ
Semiuiro cibeles cum grege iunxit iter.
Huic comes hærebat domini fugitiuus achillas
Inſignis forma nequitiaque puer.
Hoc ſteriles ſenſere uiri qua parte cubaret
Quærunt:ſed tacitos ſenſit et ille dolos.
Mentitur:creſcunt ſomni poſt uina petuntur
Continuo ferrum noxia turba rapit.
Excidunt que ſenem ſpondæ qui parte iacebat.
Nanque puer pluteo uindice tutus erat.
Suppoſitam fama eſt quondā pro uirgine ceruā
At nunc pro puero mentula ſuppoſita eſt.

Ad Gallum.

Vt patiar mœchum rogat uxor galle:ſed unum
Huic ego non oculos eruo galle duos:

In Vetuſtinam.

Cum tibi tricenti conſules uetuſtina
Et tres capilli quattuorue ſint dentes.
Pectus cicadæ:cruſculumque formicæ
Rugoſiorem cum geras ſtola frontem:
Et aranearum caſſibus pares mammas:
Cum comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodillus anguſta:
Meliuſque ranæ garriant rauennates.
Et adriaticus dulcius culex cantet.
Videaſque quantum noctua uidet mane:
Et illud oleas quod uiri capellarum
Et anatis habeas orthopygium macre.
Senemque cynicum uincat oſſeus cunnus.
Cum te lucerna balneator extincta
Admittat inter buſtuarias mœchas:
Cum bruma menſem ſit tibi per auguſtum.
Relegare nec te peſtilentia poſſit:
Gaudes ducentas nuptum ire poſt mortes.
Virumque demens cineribus tuis quæris
Prurire quid ſi ſathire uelit ſaxum.
Quis coniugem?quis te uocabit uxorem?
Philomelus:auiam quam uocauit nuper?
Quod ſi cadauer exigis tuum ſcalpi.

Res pridicula ē:uis dare nec dare uis.

Cum:de puero:quem uoluerūt caſtra re ſacerdotes Cibeles: ſed decepti loco caſtrarunt ſenem.Miſitius iunxit iter: dedit ſe comitem. Grege ſemiuiro: id eſt ſacerdotibus caſtratis. Neqtia: moribus laſciuioribus. Steriles.i.caſtrati.

Mentitur:deſignat locum in quo dormiebat. Pluteo:ſponda lecti. Virgie Iphigenia quæ eadem Iphyna ſſa: ut Lucre.& Home.ſcribunt.Lucretius Iphyanaſſeo turparunt ſanguine fœdæ.

Vt patiar:Vxor mea o galle rogat ut patiar mœchum ad eā accedere: ego ſi deprehendero mœchum faciam ſpadonem: quo ſcilicet abutar:non āt eruam duos oculos aut nares excidā ut alii faciunt. Mœchum:ſcilicet te:de hoc gallo ſupra:Subdola famoſæ:erat eni gallus mollis & mœchabat. Vnum:ideſt caſtro & facio ſpadonem cum quē deprehendam. Cum:in Vetuſtinam decrepita ætate cupientem futui. Tricēti cōſules:ideſt cum agas trecentos annos. Pectuſ cicadæ:aridum & aſperum:ut cicadæ. Stola: ueſtis mulierum rugoſa.

Caſſibus:ideſt retibus. Rauēna:i palludibus cōdita & illic multæ rāæ. Garriāt:coaxent. Culex adriaticus:ad littora adriæ. Orthopygium:clunem.orthophygium:ideſt rectam clunē. depygis apud Oratium dicit mulier ſine clune. Vincat:ſuperet macie Senem cynicum:nam cynici & ſordidi & ob philoſophiæ ſtudiū macilēti. Sicut buſtuariæ:erant anus:quæ ad deplorāda funera cōducebant:cū i balnea ītrabāt extinguebat lucerna:uel ne uideret eas deformitas;& balneorū nōi detraheretur uel i cōtēptū q̄ſiñ eēnt dignæ lucerna.

Balneator:cuſtos & magiſter balneorū.

Buſtuarias mœchas:quæ olī mœchæ fuerāt:nā ex genere ad uilia ſeneſcentes munera deueniūt: Cū ſit tibi brūa auguſto menſe;ideſt cum frigeas auguſto. Exhauſti annis non timēt peſtilentiam defeciente calore quo peſtilētia īcēdit: Senſus eſt & ſi laborares peſtilētia ñ poſſes calere.nā regelare ē cōtracta gelu diſſoluere calore:ut apud Columellā: Regelare hortos & agrum. Poſt ducentas mortes:maritorū. Prurire:quid ſi ſarrire uelit ſaxū ſarrit,i.aperire ut placet Varroni:eodē uerbo Catullus utit:Senſus eſt:ſi forte uir aliquis conſtituerit animo ſarrit ſaxum.i.futuet te ſaxeam: quis poſſet illum appellare maritū? aut te uxorem?cum Philomelus:cui paulo ante nupſeras ſenex appellauerit te auiam. Si ſathire legis:dicata rathis quod mentulam ſignificat Vnde ſathiri dicti proni in libidinem:Macrobio auctore:ut dicas quid ſi aliquis uelit ſathirei arrigere ad ſaxum: ſed placet prior. Exigis:optas. Tuum cadauer:te mortuam. Scalpi:non dixit futui cum nō ſit am

BIBLIOTEKA GŁÓWNA
w Poznaniu
Uniw. Im. A. Mickiewicza

plius mulier. A coride triclinio lectus: nuptiarum: Coris nomen ſacerdotis ẽ curantis funera: ut Corines apud Virgilium. Vſtores: ædificatores pyrarum dicebantur. Idem uerbum apud Catullum. Thedæ: cum aqua præferebãtur nouis nuptiis: unde thedæ ꝑ nuptiis aliqñ. Fax. q. d. digna es rogo: nõ nuptiis.

Nunquam: In Neuolum ¦cinædum.

Curius: grauiſſimus fuit detentatus.

Vterq; cæſar: ideſt Ti. & Do. Rogo: ñ expectato: cum alii tantum habeant famam & nomen poſt cineres. Sedeo in .xiiii. gradu. Oceanus: erat præfectus ſedentibus in theatro ut ordie ſederẽt.

Te ſuſcitat: iubet te diſcedere. Mihi: meis precibus. Sed pædicaris: ideo prior: nam ita ĩ priore loco collocaris ut podice excipias mentulam. Iocatur uerbo. nam prior ad dignitatem toto epigrammate dictũ eſt hactenus: nũc ioco referetur ad locum eius qui pædicatur: q priori loco ſtat. Ceues: moues nates. Prior es: priorem locum obtines.

Lingis: In Gargilium qui uolebat uideri mœchus cum adhuc eẽt puer mollis & cunnilingus: perturbante minatur ſe eũ irrumaturꝝ: ſi deprehẽderit. Tacebis: alludit ad illud quod dixerat garris & ad fellationem: nam qui irrumantur dicuntur fellare: & loqui non poteſt ore mẽtula irrumatoris obſtructo. Tacebis: ideſt irrumabo te: idem minatur Priapus in obſcuro carmine. Pædicaberis: irrumaberiſque.

Ne legat: Læſa. ſ. carmine ſupiore Chine. Poteſt: nã dabat pecuniã ut ſubagitaretur: ut ſupra: Fac mihi ꝙ Chione: hæc erat illa frigida et nigra. Pædicare potes tuo culo: adeo tuus culus eſt macer & acutus tanquam mentula.

Iraſci: in Cerdonem de quo ſupra cõqueſtus ẽ ꝙ dederat munus gladiatorũ.

Ars tua: non uita eſt læſa a me: quia nõ dixi in uitam tuam: ſed in artem. Licuit iugulare. i. ſi potuiſti exhibere gladiatores iugulandos in theatro. Iuuena. Et uerſo pollice uulgi Quẽlibet occidunt populariter.

Curſorem: Deprimit honorẽ Carminum ſuorum & ſuperioris libri: quẽ ait ſe miſiſſe per maximos imbres ad ruffũ amicum: quoniam hi omnes uerſus eſſent delendi: infra. Pumice librũ: ſpongia muneribus conuenit illa meis, nam carmina inducta ſolet dicere digna eſſe aquis: ãte. Vis puto cum libro marce natare tuo.

Sternatur a coride triclinio lectus.
Thalaſſionem qui tuum dicet ſolus.
Vſtorque tedas præferat nouæ nuptæ.
Intrare in iſtum ſola fax poteſt cunnum:

In ruffum

Eſſe negas coctum leporẽ: poſciſque flagella:
Mauis ruffe coquum ſcindere quam leporem.

In Neuolum.

Nunquam dicis aue: ſed reddis neuole ſemper
Quod prior et curius dicere ſæpe ſolet.
Cur hoc expectas a me rogo neuole dicas:
Nam puto nec melior neuole: nec prior es.
Præmia laudato tribuit mihi cæſar uterque.
Natorumque dedit iura paterna trium.
Ore legor multo: notumque per oppida nomen
Non expectato dat mihi fama rogo.
Eſt et in hoc aliquid uidit me roma tribunum.
Et ſedeo qua te ſuſcitat oceanus.
Quot mihi cæſareo facti ſunt munere ciues
Nec famulos totidem ſuſpicor eſſe tibi.
Sed pædicaris: ſed pulchre neuole ceues:
Iam iam tu prior es neuole: uincis aue.

In Gargilium.

Lingis? non futuis meam puellam:
Et garris quaſi mœchus: et fututor.
Si te prendero gargili tacebis.

Ad Ruffum.

Ne legat hunc chione mando tibi ruffe libellũ:
Carmine læſa meo eſt: lædere et ipſa poteſt.

In Sabellum:

Sit culus tibi quam macer requiris:
Pædicare potes ſabelle culo.

Ad Cerdonem.

Iraſci noſtro non debes cerdo libello:
Ars tua non uita eſt carmine læſa meo:
Innocuos permitte ſales: cur ludere nobis
Non liceat? licuit ſi iugulare tibi?

Ad Ruffum.

Curſorem ſexta tibi ruffe remiſimus hora
Carmina quem madidum noſtra tuliſſe reor.
Imbribus immodicis cœlum nam forte ruebat
Non aliter mitti debuit iſte liber.

Aeſaris alma dies & luce. Ad. viii. kalē. nouēbres natus Domitianus: eum diem celebrat Martialis hoc epigrammate: precaturq; ut diutiſſime in terris ſit imperator. Alma dies cæſaris: o dies natalis cæſaris. Ida: ſilua cretæ. Tulit: produxit in lucem. Iouem dictæum: quia in creta eſt educatus Iuppiter. Duplex ida: cretenſis & phrygia. Numeroſior pilo æuo: ideſt perfice plures annos ætate Neſtoris. Nite hoc uultu: ideſt nite hac ſerenitate. Cultus annoſus: & ampliſſimus in auro albano: aurum albanum appellat auream coronam Cæſaris: & apparatum quo utebatur ī ſacris Mineruæ inſtitutis ab ipſo ī albano: quot ānis: ubi dabat ludos ſcænicos & oratorum: & poetarū certamia. Tranqllus auctor. Tritonida: Palladē: quæ erat numen familiare Domitiano: ut ait Fabius. Plurima quærcus: hoc dicit qm̄ ſingulis annis ēt in quinquatriis Mineruæ corona quærna donabaſ a Domitiāo: qđ Martialis aperte oſtēdit ad Collinū: O cui tarpeias licuit cōtingere quærcus: & de eadē re ifra ē epigrāma. Plurima quercus, i. donat multas coronas quernas. Hic colat ingēti redeūtia ſæcula: ludi ſæculares cētenis quibuſq; annis iſtaurabātur: Domitianus eos celebrauit non ſupputata ratione temporū a Claudio: qui paucis ante ānis eos celebrauerat: ſed ab Auguſto. Hic colat ſæcula, i. ſæculares ludos redeūtes anno cēteſimo. Luſtrum eſt ſpaciū. v. annorū quo olympia ſolebant iſtaurari. Cū aūt centeſimo anno redeāt ſæculares appellat poeta illius tēporis īgens luſtrum.

Sacra terentos: ſacra ad terentum campi martii trigeſimo quoq; anno innouabaſ. alibi Martia. cū ſexagenariā diceret ait: Bis mea romano ſpectata ē uita terēto. Terentus romuleus: cāpi martii. Debita: quia hæc debentur terris. Improba: nimia. Pro tanto deo: Domitiano: nam deus & dominus uoluit appellari.

Spectabat: Domitianus edidit nauales pugnas: quas ſpectauit iter maximos imbres. Cādidis utebātur ueſtibus iſpectaculis, i. lacernis albis: quæ in ſpectaculis ſumebanſ. Solus Oratius: minimus cū lacernā albā nō hēret: alio hītus colore uenit ī ſpectaculū: niue aūt cadente ueſtis facta ē alba: i quo poeta & riſum mouet: & imperatori aſſentaſ: cuius mores ait omnes oportere ſeq. Spectabat: nauales pugnas. Plebs: ordo plebeius. Minor: equeſter. Maximus: ſenatorius. Cum ſancto duce: cum diuo Cæſare. Candidus: ideſt candidis lacernis.

M. Valerii Martialis epigrammaton. iiii.

De natali Domitiani.

Aeſaris alma dies et luce ſacratior illa:
Conſcia dictæum quæ tulit ida iouem
Longa precor pylioque uenī numeroſior æuo:
Semper et hoc uultu uel meliore nite.

Hic colat albano tritonida cultus in auro:
Perque manus tantas plurima quærcus eat:
Hic colat ingenti redeuntia ſæcula luſtro.
Et quæ romuleus ſacra terentus habet.
Magna quidem ſuperi petimus: ſed debita terris
Pro tanto quæ ſunt improba uota deo.

De Oratio.

Spectabat modo ſolus inter omnes
Nigris munus oratius lacernis.
Cum plebs et minor ordo maximuſque
Sancto cum duce candidus ſederet.
Toto nix cecidit repente cælo.
Albis ſpectat oratius lacernis.

De niuibus.

Aſpice quam denſum tacitarum uellus aquarum.
Defluat in uultus cæſaris inquæ ſinus.
Indulget tamen ille ioui: nec uertice moto
Concretas pigro frigore ridet aquas:
Sidus hyperborei ſolitus laſſare bootæ

Lacernæ candidæ: in diſtichis: Amphitheatrales nos commendamur ad uſus.

Aſpice: Ab eadem tempeſtate ſumiť huius epigrāmatis argumētum: laudaturque Cæſar q̄ tantos imbres negligere potuerit: nam ut ſcribit Suet. per maximos imbres ſpectauit pugnā nauale: & ne hoc uideatur factum ioue irato: ait poeta ſe ſuſpicari filium Cæſaris: quēm infantē amiſit his niuibus laſciuire cū patre. Denſum uellus: aquaq; tacitaq;. i. nimium periphraſis. Tamen quāuis cadat. Nix indulget ioui: obſequitur cælo & non diſcedat. Aquas concretas pigro frigore: ideſt niues. Sidus hyperborei ſolitus laxare: cum a pueritia didicerit in expeditione præſertim aduerſus batauos in germania. Laxare: ferendo fatigare. Sidus hyperborei bootæ: Bootes idem dicitur Arctophylax filius fuit Caliſtus: ut alii ſentiunt hic fuit Icarus qui ſumpta uua a Bacho repletos utres impoſuit in plauſtrum: & inde ut putauit Iginius dictus eſt Bootes: ideſt ductor plauſtri. ſiue ille ſiue is fuerit uetuſtas tradidit relatum fuiſſe in cœlum: & eſſe iuxta urſam. Hyperborei ſeptentrionalis

Dissimulare: dissimulando negligere. Helice: eadē dicta ē cynosura: & ursa maior: ea fuit una ex nutricibus Iouis: quæ sua pietate meruit cœlū. In septentrione aūt est: immo ut nonnulli sentiunt hæc & ursa maior dicuntur Septentriones. Helicen. i. niues helices septentriones. Pueri Cæsaris: idest filii Cæsaris mortui quem ex Domitia susceptum adhuc infantē amisit: meminit huius Papinius: cū prædicit deificationē Domitiano: ibit in amplexus natus fraterque paterq;.

Quod siccæ: in Bassam male olētem: Lacunæ siccæ: nam siccata lacuna olet grauiter. Nebulæ: sulphurei uapores. Albulæ: Albulæ erant aquæ in agro tiburtino crudæ: ut meminit Strab. & Pli. odore sulphureo: supra: Hic ubi sulphureis albula fumat aquis. Vetus aura piscinæ mariæ: ex aqs marinis. Bardiacus euocati: Euocati erant iuuenes ex equestri ordine delecti: q manēte usu ānulorū: constituti sunt ad custodiam cubiculi Imperatori loco militū: hi cū excubias pstabāt bardiaco uestē utebant: lanificio grossiore p pe simili bardocucullo: hæ uestes male olebāt: quoniā i his cubabant: & iter sordida ministeria utebantur: nā q; bardiacus puer sit: nec mihi uidetur cōuenire: nec unquam legi, bardiacus nō puer est: ut ego sentio: sed sagū ex uilis caprorū textū: quo milites in castris utebāt. Vir. Lucanaq; menta Cyniphii tondēt hirci setasq; comantes: Vsū i castroꝝ ac miseris uelamina nautis. Idem scribit Columella de capro: & Iuuena. de milite: Discit ab hirsuta iaculum torquere capella: idest ex sago pilis caprorum texto: ut in Iuuenalis commētariis: quos conposuimus a nobis scriptum est. Quod bardiacus. i. sagū ex uillis caproꝝ olet: nā hircinū fœtorē redolet. Lassi euocati: militis lassi & laborioси. Ex hoc Lētulus lanista cognomē accepit: nā dictus ē Lētulus bardiacus. Euocati: excubātis: lassi excubiis. Inqnata bis murice: idest bis tincta: male olet. Sabbatarii: iudæi dicuntur qui sabbata colunt: Recutitaque sabbata palles: horum halitus cum fœteat semper: aute cibum præsertim grauissimi est odoris. Rei mœsti: curis agitati habent malum anhelitum & odorē mala concoctione. Moriens: extincta. Ceroma: unguētū erat ex luto & oleo: Plinius auctor: Male olebat si oleum sabinum: quod plurimū habet amurcæ: adhibitum fuisset: erat aūt palæstritaꝝ.

Et madidis helicen dissimulare comis.
Qui siccis lasciuit aquis: et ab æthere ludit
Suspicor has pueri cæsaris esse niues.

In Bassam.

Quod siccæ redolet palus lacunæ
Crudarum nebulæ quod albularum
Pscinæ uetus aura quod marinæ
Quod pressa piger hircus in capella
Lassi bardaici os quod euocati
Quod bis murice uellus inquinatum
Quod ieiunia sabatariorum
Mœstorum quod hanelitus reorum
Quod spurcæ moriens lucerna ledæ
Quod ceromata fece de sabina
Quod uulpis fuga: uiperæ cubile
Malles: quam quod oles: olere bassa.

Ad Fabianum.

Vir bonus et pauper: linguaque et pectore uerus
Quid tibi uis? urbem qui fabiane petis?
Qui nec leno potes: nec commessator haberi:
Nec pauidos tristi uoce citare reos.
Nec potes uxorem cari corrumpere amici:
Nec potes algentes arrigere ad uetulas:
Vendere nec uanos circa palatia fumos:
Plaudere nec cano plaudere nec glaphyro.
Vnde miser uiues? homo fidus certus amicus:
Hoc nihil est: nunquam sic philomelus eris:

Vir bonus. consulit Fabiano: ne ad urbem accedat: cum sit bonus uir: ut ēt sexto consuluit. Nec leno: Iuue. Nemo me ministro fur erit. Commensator: parasytus. Iuue. Si potes illa pati: quæ nec sarmentus iniquas. Tristi uoce: afferē te tristitiam. Præcones erant in præcio: quod infra est: Si duri puer ingenii uester præconem iubeas uel architectum. Corrumpere uxorem. i. non potes eē mœchus: Inanes fumos. i. uarios titulos & assentatorias appellationes: unde Alexan. autore Spartiano fumo perire iussit: qui inani quadā ostentatione apud ipsum magna gratia uideri uolebat: uulgato disticho: Fumo iam perit: qui fumos uēditabat. Circa pallatia. i. turbæ pallantiæ. Casus: tibicē fuit: alibi poeta choraulem appellauit. Casus choraules. hic temporibus galbæ floruit donatus supra cœnā ab eo nō pua pecunia cū placuisset: autor est Tranquil. & copiosius Plu. in Galba. Glaphyrus: nom̄ cytharœdi & apud Iuue. Accipis uxorē: de qua cytharœdus Echion: aut Galphyrus fiat pater. nā cytharœdi nūc erāt i pcio: q; supra ait: Veniet cum cytharœdus erit: Vnde uiues? idest unde acquires & comparabis uictū? Hoc nihil est: nihil proderit esse te fidum. Sic: istis uirtutibus. Philomelus: diues ut Philomelus: qui diues factus cythara: de quo supra. Plus habuit Didimus: plus Philomelus habet.

In Massilianum.

Credi uirgine castior pudica
Et frontis teneræ cupis uideri:
Cum sis improbior massiliane
Quam qui compositos metro tibulli
In stellæ recitat domo libellos.

Ad Hilum.

Cur here quod dederas hodie puer hile negasti?
Durus tam subito qui modo mitis eras.
Sed iam causaris barbamque annosque pilosque:
O nox quam longa es quæ facis una senem.
Quid nos derides? here qui puer hile fuisti.
Dic nobis hodie qua ratione uir es.

Ad Euphemum.

Prima salutantes atque altera continet hora:
Exercet rauchos tertia causidicos.
In quintam uarios extendit roma labores.
Sexta quies lassis: septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua palæstris:
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima est eupheme meorum:
Temperat ambrosias cum tua cura dapes.
Et bonus æthereo laxatur nectare cæsar:
Ingentique tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos: gressu metire licenti
Ad matutinum nostra thalia iouem.

In Labullam.

Sotæ filia clinici labulla
Deserto sequeris clitum marito
Et donas et amas.

Ad Faustinum.

Dum nouus est nec adhuc rasa mihi frõte libellus:
Pagina dum tangi non bene sicca timet:
I puer: et caro perfer leue munus amico
Qui meruit nugas primus habere meas:
Curre: sed instructus comitetur punica librum
Spongia: muneribus conuenit illa meis.
Non possunt nostros multæ faustinæ lituræ.
Emendare iocos: una litura potest:

In Antonium Saturninum

Dum nimium uano tumefactus nomine gaudes:
Et saturninum te miser esse pudet:

Credi: In Massiliannm: qui cum ipro bus eẽt uolebat uideri castus & pudicus.

Teneræ frõtis: ideſt modeſtæ. In domo Stellæ: puto de argino intelligi puero Stellæ formoſiſſimo: qui amatorios domini uerſus canebat. nam quod nonnulli opinantur dictum de Martia, non placet: alibi poeta de formoſis Stellæ miniſtris ſcribit: de argino in primis.

Prima: Rogat Euphemum ſtructorem menſæ Domitiani: ut ex ſuis carminibꝫ ea quæ ſunt iocoſa oſtendat imperatori tantum: cum cœnauerit: quæ ſunt ſeueriora ante cœnam. Prima: & altera hora: ideſt prima & ſecunda ſalutabant antiqui amicos potentes. Tertia hora: agitabantur lites. Varios labores: ideſt uaria opera exerceat. Octaua & nona: exercebantur palæſtritæ. Frãgere toros extructos: accũbere. Decima poſt menſas: ut meos libellos oſtendas imperatori. Dapes: ambroſias: ideſt diuinas.

Laxat: ideſt relaxat animum: exhilaratur. Ingenti manu: ideſt diuina. Iocos: ideſt meos libellos oſtendere Domitiano. Metire: ideſt caute eas. Licenti greſſu: ideſt caſto carmĩe & caſto greſſu Ad Iouem: ideſt Domitianum. Matutinum: ideſt ante cænam: quaſi dicat ante cœnam o muſa oportet ſanctiore carmĩe accedas: poſt cœnam locus eſt iocis laſciuioribus.

Sotæ: Sotes erat pater Labullæ eruditus clinice medicina, de qua ſupra eſt dictum. Labulla: tãquam altera Hippia ſicuta eſt Clytum relicto coniuge. Sotes ſignificat parcũ. Prodigam mulierem: hac alluſione uerbi ridet poeta. ἐχεισ σσοτωσ: ideſt ꝓdiga es: nam ludit his dictionibus Sotæ filia & aſota es.

Dum: Puerum alloquitur: ut ferat librum ad Fauſtinũ amicum emẽdandũ: Vade o puer. Pagia: characteres. Inſtructus affer: quod eſt neceſſarium. Spongia punica: quoniam ex Aphrica præſtantiores Spongiæ mittebãtur: uel punica: ideſt leuitatis punicæ & officii.

Dum. L. Antonius præſes ſupioris germaniæ mouit bellum ciuile ĩ Domitianum fiducia duarum legionum: Impator abſens id confecit: mira fœlicitate reſoluto ponte. nã Rheni inundatione copiæ barbarorum ad eum tranſituræ ꝓhibitæ ſunt. Eodem die: quo uictus é aquila: tanquam nuncia uictoriæ: Domitiãi ſtatuam ãplexa eſt. Saturninum: Suetonius autor: Is tertium tribunus plebis: ut Glautiã miniſtrum prætorem haberet: uexata iam diu republica. Mumium cõpetitorem curauit necandum in campo martio: deniq; ſenatus ſtatuit: ut turbulentus: & ſeditioſus tribunus tolleret e

medio.datum igitur negocium est Mario:qui Glautiam & Saturninum in capitolio obsessos:dedit necandos populo:ait poeta puduisse.L.Antonium meditari in urbe seditiones:ut Saturninus fecit: & propterea iuisse in germaniam:ut illinc arma moueret.M.item Anto.mouerat olim ciuile bellū in Augustum ut poeta hoc nomen attulisse animos.L.Antonio/ Sub ursa parrhasia:idest sub septentrione i germania. Vano nomīe.M.Antonii:quia frustra mouit bellum ut tu. Saturninum.i. q̄is esses animo Saturninus & moueres urbanas seditiōes. Tulit arma:Augusto. Phariæ cōiugis: Cleopatræ. Exciderat animo.i.eras ne adeo oblitus. Freti actiaci.i.maris ad actium promontorium: i quo superatus M. Antonius ab Augu. Ille.M. Antonius collatus tibi erat Cæsar:adeo tu es inferior Antonio.

Nulli:Thais meretrix nulli negabat:& qđ grauius erat fellabat:poeta ait:si ista prodigalitas meretricia tibi nullū affert pudorem quod omnibus das: saltem te pudeat:quod das fellationem turpe genus libidinis. Negare:nihil est fellare: hoc enī significat apud Martialē alibi: Qui nil negat hic aticina fellat. Præterea:Nil mihi galla nega.alibi:At quōdā mihi galle nil negabas. Thaidem fuisse fellatricē illic dixit nemo est:Thais sex ad irrumandum.

Silli:Rogat Sillium:ut legat uersus suos. Premis:insectaris. Periuria:idest p fidiam punicam. Leues:fœdifragos.

Magnis aphricanis:idest ducis triumphum Scipionis. Seueritate: grauitate carminis heroici:i quo seuerus uersaris: uel seueritate supercilio cēsorio. Alea: ludus. Vagus liber:nam serui in saturnalibus omnes erant liberi & uagi.Ora. Age libertate decembri. Fritillus:ut aleolis: idem porphyrio in Oratium putat. Madidos:perfusos:tractū ab ebriis Remissa:relaxata. Contracta:cū ducitur uultus in seueritatem. Passerem: carm̄ scriptū de passer amicæ Catulli.

Claudia: laudat connubium Claudiæ & Auli pubentis:optatq; ut faustum sit. Meo pudenti:amico meo. Macte esto:cum alicuius factum probamus:utimur hoc uerbo macte. Macta hostia dr quando mola est supra infusa. Cinnama:potes hoc intelligere de unguento: qđ ex nardo balamino amomo fiebat.

Miscent tam bene.i.tam bene conueniunt. Theseis fauis:inter cætera uina medicata erat uinū: qđ mellitides dicebatur a melle i musto imixto:ab aliis dictum est piperatū.nā & piper adhibebatur:ab aliis communi uerbo conditū Catone & Pli.autore. Theseis fauis: idest melli attico:nā mel atticū reliq̄ omnia gloria superat. Melius:aptius. Vlmi: dicuntur mariti uitiū. Lothos:arbor p cipua lybiæ:cuius floris suauitate homines rerum omnium obliuisci dicunt:unde lothopagi populi:qui ea præsertim abundant:ut Hom.Stra.Pli.scribunt.

Impia parrhasia mouisti bella sub ursa:
Qualia qui phariæ coniugis arma tulit:
Exciderat ne adeo fatum tibi nominis huius:
Obruit actiaci quod grauis ira freti.
An tibi promisit rhenus:quod non dedit illi
Nilus:et arctois plus licuisset aquis.
Ille etiam nostris antonius occidit armis
Qui tibi collatus perfide cæsar erat.

In thaidem.

Nulli thai negas:sed si te non pudet istud:
Hoc saltem pudeat thai negare nihil.

Ad Silium.

Sili castalidum decus sororum
Qui periuria barbari furoris
Ingenti premis ore:perfidosque
Fastus annabilis:leuesque pœnos
Magnis cedere cogis aphricanis
Paulum deposita seueritate
Dum blanda uagus alea december
Incertis sonat hinc et hinc fritillis:
Et ludit rota nequiore talo
Nostris otia commoda camænis:
Nec torua lege fronte:sed remissa
Lasciuis madidos iocis libellos.
Sic forsan tener ausus est catullus
Magno mittere passerem maroni.

De nuptiis pudentis et claudiæ.

Claudia ruffe meo nupsit peregrina pudenti
Macte esto tedis o hymenæe tuis
Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo:
Massica theseis tam bene uina fauis.
Nec melius teneris iunguntur uitibus ulmi:
Nec plus lothos aquas:littora myrtus amat.
Candida perpetuo reside concordia lecto:

Myrtus:ad littora crescit nō magis ob aquam: q̄ ppter calorē:qm̄ agri littorales cæteris regiōibus sūt calidiores. Candida concordia:cui deæ Vespasianus tēplum erexit: cādida sine perturbatōe

Aequa tam pari iugo.i.uicissim ament & pari ardore.

Mille:Cecilianus petierat mutuo a Martiale mille nummos:Mar.negauerat.rursus petit uasa sex milium. Causatus:causam afferens. Quinque milla.i.uasa quinq; miliũ quæ pluris sunt.

Priuignum:Gallus habebat rem cũ nouerca uiuo patre:quod & si poterat dissimulare q̃ diu uixit pater:tñ nunc patefecit,nã patre mortuo eã tenebat domi præter morẽ:quoniam posteaquã erat priuignus gallus debuit discedere:sed tunc cum uelit domi manere tãquam nouerca & uxor patris aperte dinoscit eam nunquam fuisse nouercam. Rumor erat.i.aiebat eẽ priuignum:uiuo genitore:quia ipsa erat coniunx. Nusquam:quia mortuus ẽ. Absolui hoc iudicio:nã Ci.in cãis ita floruit:ut appellatus fuerit rex iudicioꝝ: autor Quintilia.hic regulus causidicus fuit:de quo Pli.autor. Desinit eẽ:quæ adhuc nouerca:quia habebas rem semper cum illa.

Facere:in lyciscã meretricẽ fellatricẽ: eiusdẽ meretricis nomẽ apud Iuuenalẽ:

Nomẽ mẽtita Lyciscæ: & simul i Paulũ irrumatorẽ. Rubeat:ira excãdescat & irata sit mihi. Irrumare uis solus:& ita ostedit alteram eẽ fellatricẽ:& alteꝝ irrumatorẽ.

Qua:de morte pueri iugulati stillicidio cõgelato cõqueritur poeta: q; & aq̃ ueluti & ensis iugulare didicerit. Vnda cõgelata.i.stiria. Subibat:ingrediebat.

Colũnis uipsãis:a uipsano cõsule. Lapis lubricus:fluens. Mucro:glacies tãq̃ mucro. Tabuit:cõcaluit in sanguĩe uulneris calidi.

Hác:Endromides erãt uestes hirsutæ & longiore pilo: qbus utebãt ĩ gymnasio & theatro ad munera harenæ exercẽda.Iuue.Endromidas tyrias& fœmineam ceroma qs nescit: lã mittebãt ex gallia ĩdustria textoꝝ:qui illic p̃stãtissimi habebãt:seruato tñ pristino noĩe. nam Endromides dicebantur græca appellatiõe:q̃is Gallia eas mitteret. Marti.Endromidẽ mittit:ñ expresso noĩe ad quẽ q̃is nõnulli putẽt eẽ Sequanicũ:qd̃ potius ẽ appellatiuũ & iungit cũ textricis.

Sequanicæ.i.gallicanæ. Barbara:ueniẽs ex Gallia. Gelido decẽbri:nam usus huius uestis erat hyemali tẽpore in gymnasio. Ceroma:unguẽtũ erat ut supra ex oleo & ceno:quo utebãtur iuuenes ad robur lacertoꝝ eo se exercentes. nã nõ satis fuit petere harenã a Nilo ĩ palæstra.unde Patrobo liberto Neronis asferebat:nisi ceromata excogitasset: qbꝫ ut ait Pli.Iuuẽtus uires corporis exercẽdo aĩ uires pdebat.Iuuena. de hocgenere gymnasii ĩtelligit:ut puto cũ ait: Cũ lassata graui ceciderunt brachia massa: sunt q locũ putẽt:ĩ quẽ sensum uidetur loq Pli.Athletas ĩquit suos:& ceromata imagínibus exornãt:sed supor snia placet. Seu teris lentum ceroma:idest seu luctaris:nam ĩuicem terebãt palestritæ luctãtes. Trigon:genus pilæ paganicæ:q̃ eadẽ dicit pila trigonalis.

Tamque pari semper sit uenus æqua iugo:
Diligat ipsa senem quondã:sed et ipsa marito:
Tunc quoque cum fuerit non uideatur anus.

Ad cecilianum.

Mille tibi nummos hesterna nocte roganti:
In sex aut septem ceciliane dies.
Non habeo dixi:sed tu causatus amici
Aduentum:lãcem paucaque uasa rogas
Stultus es?an stultum me credis amice:negaui?
Mille tibi nummos:milia quinque dabo?

In Gallum.

Priuignum non esse tuæ te galle nouercæ:
Rumor erat:coniunx dum fuit illa patris.
Non tamen hoc poterat uiuo genitore probari:
Iam nusquam pater est:galle nouerca domi est:
Magnus ab infernis reuocetur tullius umbris.
Et te defendat regulus ipse licet.
Non potes absolui: nam quæ non desinit esse:
Post patrem: nunquam galle nouerca fuit.

Ad paulum.

Facere in lyciscam paule me iubes uersus:
Quibus illa lectis rubeat et sit irata:
O Paule malus es:irrumare uis solus.

De Puero Glacie occiso.

Qua uicina pluit uipsanis porta columnis:
Et madet assiduo lubricus imbre lapis:
In iugulum pueri:qui roscida templa subibat:
Decidit hiberno prægrauis unda gelu.
Cunque peregisset miseri crudelia fata:
Tabuit in calido uulnere mucro tener:
Quid non sæua sibi uoluit fortuna licere:
Aut ubi mors non est:si iugulatis aquæ:

De Endromide.

Hanc tibi sequanicæ pinguem textricis alumnam:
Quæ lacedæmonium barbara nomen habet.
Sordida:sed gelido non aspernanda decembri.
Dona peregrinam mittimus endromidem.
Seu lentum ceroma teris tepidũ ue trigona:

Harpastū:genus ludi erat:ut ait Suidas:Sunt qui putent esse genus uehiculi cuius cursum iuuenes ad exercitationem lacertis reprimebant:meminit huius gymnasii pli.in.vii.& Seneca in declamationibus de harpasto in distichis:

Hæc rapit antæi uelox in puluere draucus:sed puto esse pilam. Follis:genus pilæ q̄ & iuuenes & senes pariter ludebāt. Augustus Cæsar ea maxime delectabat infra:Folle decet iuuenes ludere folle senes.. Plumea:ex plumea farciebatur uel ex pilis. Athas:puer fuit: qui uipsano consule a meridie ad uesperā. lxxv. milia passuū cucurrit magna oīum admiratiōe:meminit historiæ Plini. omisso pueri nomine.Athas āt nomē ueloci cursori conueniēs:nā athæ dicūt q̄ uix sūmis pedū uestigiis terrā cōtingunt.

Iris:cælum & serenitas. Sidōe cultus: Sindōes erāt uestes cādidæ ex lino: q̄bus magi utebātur:& erāt subtilissimæ: cū aūt cōparet Sindonē Endromidi:aperte discit Endromidē quoq; ex lino fuisse:sed grossiorem,supra q̄d sindone tinctus olenti.

Dicit:chærelia erat puella & dicebat se uetulā. Gellia:erat anus & dicebat se puppā,altera gellia:q̄ anus & uolebat uideri puella. Putidi & putiduli dicūtur q̄ sibi ipsis displicēt.hoc Ci.uno loco:Displicebā mihi:alibi dixit:Erā putidulus:cū āt quisq̄ sibi ipsi displicet contrahit frōtē & caret oī hilaritate. ppterea ait poeta alterā mulierē cupiētē uideri puellā adeo gestire:ut sit ridicula & ñ puella alterā cupiētē uideri anū:nō uideri solū anū:sed putidulā.

Nullos:ī Cæliū īpiū qui cōtēptis diis magna audacia commissis sceleribus dues euaserat. Dū hoc negat:ideſt dum ita scelera exercet:ac sī nulli essent dii.

Primos:Cleopatra uxor Mar.cū prīo thalamo fugisset ī lacus:Mar.eam isecutus osculatus ē reliq̄ aqs ꝓhibentibus.

Placāda:q̄a nōdū mālefacta. Gemma:q̄a ī gēma rosæ īspiciūt.Potes etiā ītelligere de pictura:q̄ ita Cleopatrā latētē sub aquis expressā fuisse dicit:ut ipse tāq̄ in ueram insiluerit.

Dū:Lustricus Brutianus græce eruditus iā cum callimacho elegiaꝝ scriptore editis uersibus græcis certabat. Increpat musā Mar.q; dū cessat iā lustricus Brutianus græco carmīe superit callimachū: hortaturq; ut exeat:& cū Brutianus latine scribere cœpit:ipsū faciat illi secūdū laude poematis. Dedit palmā de se.i. cessit Brutiano Brutiāi meminit Pli.in epistolis. Lepore cecropio fatur:uersu græco. Luserit sales.i. iocos latinos.

Siue harpasta manu puluerulenta rapis.
Plumea seu laxi partiris pondera follis:
Siue leuem cursu uincere quæris atham.
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus:
Neue grauis subita te premat iris aqua:
Ridebis uentos hoc munere tectus et imbres.
Nec sic in tyria sindone tutus eris.

De Cærelia et gellia.

Dicit se uetulam:cum sit cærelia puppa:
Puppam se dicit gellia:cum sit anus.
Ferre nec hanc possis:possis coline nec illam:
Altera ridicula est:altera putidula.

De Cælio.

Nullos esse deos inane cælum
Affirmat celius:probatque quod se
Factum dum negat hoc uidet beatum.

De Cleopatra uxore.

Primos passa toros et adhuc placanda marito:
Merserat in nitidos se cleopatra lacus.
Dum fugit amplexus:sed prodidit unda latētem:
Lucebat totis cum tegeretur aquis.
Condita sic puro numerantur lilia uitro:
Sic prohibet tenues gemma latere rosas.
Insilui:mersusque uadis luctantia carpsi
Basia:perspicuæ plus uetuistis aquæ.

Ad Thaliam.

Dum tu lenta nimis:diuque quæris:
Quis primus tibi:qui ue sit secundus:
Gratum quis ue epigramma comparabit
Palmam callimachus thalia de se.
Facundo dedit ipse brutiano.
Qui si cecropio fatur lepore
Romanæ sale luserit minetuæ:
Illi me facias precor secundum.

De Diaulo medico.

Nuper erat nunc est uespillo diaulus:
Quod uespillo facit:fecerat et medicus.

De Littoribus altini.

Aemula baianis altini littora uillis:
Et phaetontei conscia silua rogi.

Aemula: laudat loca quædam uenetiæ:ubi se domicilium fixurum senectuti ait:quando poterit uindicare se in libertatem. Altinum:oppidum uenetiæ. Phaetontei:ad padum.

Euganeos lacus:amœnitatem ſiluæ laudat:ī qua dicit ueriſimile fuiſſe dryadem:quæ nūq̄ nubere ſolet ductā fuiſſe ī uxorē a fauno deo ſiluaꝝ:ꝙ cū ait:præcipuā loci amœnitatem oſtēdit. Antenoreo:ī ſilua patauina. Ad lacus;nā.xxiii.lacus illic oli recenſebantur. Aquileia:urbs extra uenetias. Lædæo timauo:quod ait cyllarum illic bibiſſe extra hiſtoriā ē:ná Cyllarus relictus ē ī Laconia a Caſtore:q̄do nauigauit cū argonautis.Papi.ī The.Tua furto prolapſa propago Cyllare:cum ſcythici diuerſus ad hoſtia ponti Caſtor amiclæas remo mutauit habenas: ſed curſū argonautarū oſtendit:cū quibus erat Caſtor.nam argonautæ duxerūr naué p ſaum:hiſtrū: nauportū:& ignoto quodā amne ī adriaticū iuxta tergeſte.diligētiores autores tradideř humeris delatam fuiſſe p hæc loca:q̄uis Cornelius nepos ſcribat hiſtꝝ cōfluere ad hoſtiū Padi mari interiecto quod uerius:q̄ fluminis undis miteſcit. eleganter igitur eū curſū deſignat:cum ait cillaꝝ equū pollucis:qui una cū fratre iter argonautas erat: illic bibiſſe. Septenas aq̄s:pp.vii.hoſtia Timaui.

Quæque antenoreo dryadū pulcherrima fauno
Nupſit ad euganeos ſola puella lacus:
Et tu lædeo fœlix aquileia timauo:
Hic ubi ſeptenas cyllarus hauſit aquas:
Vos eritis noſtræ portus requieſque ſenectæ:
Si iuris fuerint otia noſtra ſui.

Ad Poſthumum.

Quod te mane domi toto non uidimus anno:
Vis dicam quantum poſthume perdiderim?
Tricenos puto bis uicenos ter puto nummos:
Ignoſces togulam poſthume pluris emo.

Ad Auguſtum.

Sæpe meos laudare ſoles auguſte libellos:
Inuidus ecce negat:nō minus ergo ſoles:
Quid quod honorato non ſola uoce dediſti:
Non alius poterat quæ dare dona mihi.
Ecce iterum nigros contorſit liuidus ungues:
Da cæſar tanto tu magis ut doleat.

Ad Cloem:

Donaſti tenero cloe luperco
Hyſpanas tyriaſque coccinaſque
Indos ſardonicas ſcythas ſmaragdos:
Et lotam tepido togam galeſo:
Et centum numeros nouæ monetæ:
Et quicquid petit uſque et uſque donas:
Ve glabraria ue tibi miſſela:
Nudam te ſtatuet tuus lupercus.

Ad Pudentem.

Obſtat care pudens noſtris ſua turba libellus:
Lectoremque frequēs laſſat et implet opus.
Rara iuuant:primis ſic maior gratia pomis:

Quod:ī Poſthumū amicum:qui factus diues deſeruerat Martialē:& aut nihil:aut paꝝ dabat:cum tamē uellet coli aſſidue.Quod non uidi.i.ꝙ nō ſaluta-ui te mane.

Sæpē:ad Cæſarē:Negat laudandos eē libellos. Non ſola uoce.i.non ſola uoce laudaſti me;ſed etiam dediſti ius trium natoꝝ:feciſti ēt me tribunū prætorē. Magis ut doleat: ideſt quemadmodū legiſti libellos meos illo īuito tanto magis ut inuidus doleret.Ita da táto magis ut rumpatur.

Donaſti:in Cloem meretricē: quæ donabat ueſtes Luperco nomīe proprío: Luperci autem nomine communi agebant ludos nudi.Virgi.Nudoſque lupcos:ad quod alludens monet Martia.ne tantum donet ſuo Luperco.nam ſi perrexeris inquit donare:ludus lupercus te nudā reddet. Tenero iuueni:qui ſubagitat te. Hiſpanas;bæticas:qa ide optimæ lanæ afferebāt. Galeſo:canuſinam togam. Indos ſardonicas; nam ex īdia mittebantur præcipuī:ut plini.ſcribit.

Smaragdus:in præcio olim fuit.Nero pugnas gladiatoꝝ ſmaragdo ſpectare ſolebat:cum autem duodecī genera ſmaragdi ſint:nobiliſſimi ſunt ſcythici: qa nullis maior eſt auſteritas:nec minus uitii.Dominos flauios; nam flauii erant nummi a flauiis imperatoribus ſignati: hoc eſt Veſpaſiano Tito & Domitiano.

Glabraria:glabriones dicuntur: quī ſūt ſine pilis:& glabrarias oues appellat Var.in re agraria carentes lana. Cloe glabraria erat:quia expilata erat.Feſtus idem & plinius.

Obſtat:ait poeta ſe q̄dē cupere ſcribere:ꝙ ēt dixit ſuperius.Edita ne breuibus:ſed nihil aliud offendere gratiā carminū ſuoꝝ:q̄ copiā.ná quo rarior res ē:eo ſolet eē carior.ſed tamen ſe propterea nolle deſiſtere:cū ī hac copia unū poſſit eē remediū:ut.ſ.lector quēcūq; libellū perlegerit eū ſolū eē putet.Scribit aūt ad aulū pudētē amiciſſimū. Turba ſua:multitudo. Noſtris libellis obſtat.i: nocet gratiæ noſtrorum carminum. Opus frequens:ideſt frequentia epigrámata. Rara iuuant & exemplo oſtendit.Hyemali tempore:& ex ægypto:& poſtea ex agro romano roſæ in urbem mittebanť.Erant præterea roſæ:quæ dicebāť hybernæ fictæ bracteis.i.foliis auri & argēti:alibi dixīus.

Sic:raritate. Cõmẽdat:gratiorẽ facit.
Non semper aperta.i.clausa aliquãdo
Numeratur iter poetas. Marsus:Domitius:cuius ille uersus extat ĩ Orbiliũ sæuum uerberatorem puerorũ:de quo etiam luue:Si quos orbilius ferula scuti caque cecidit.Hic scripsit bellum Herculis in amazones:qđ amazonidẽ iscripsit:idẽ descripsit Homerus; ut tradit Plutarchus. Sic: hoc pacto.

Baiano:Ex historia:nã ĩ piscinis Cæsaris Domitiani autore Plinio pisces uocati ad nomẽ uenirẽ solebãt.Quo augumẽto docet idẽ autor pisces habere auditũ: sed p̃cipuũ mugilẽ salpã cromim lupũ.

A lacu baiano:a piscina Cæsaris:quæ erat baiis. Nocẽs:dãnatur. Sacris:qa sunt Domitiãi dei. Dñm:Domitianũ.

Magistri:custodis. Libis:ipius:quia uiolauit sacros pisces. Calamo: canna hamo.Rogator:mẽdicus.Ad lacus baianos:iuxta piscinã. Cibis simplicibus:ñ dolosis:sine hamo. Dedicatos:Cæsari Domitião deo dicatos.nã deus dicebat.

Quod Hippodamus rogat Martialẽ: ut aliquid scriberet & de se.Eũ deridet: quod habeat nomẽ rebelle musis: & nõ cõueniẽs carminibus.hisdẽ ferme uerbis utitur ĩ Carinũ:cuius nomẽ dicit eẽ musis rebelle. Auersũ fronte sororũ:a musis: Dura mater:rusticana. Quod: nomẽ nullo generẽ carminis dici posset. Pia calliope:an pp filiũ Orpheũ:ĩ quo lugẽdo pietatis nomen meruit:an q̃ melioribus numeris præest.Prior sentẽtia placet. Belle:concinne uenuste.

Et latet:in electro nonnunquam uisebantur formicæ: culices:lacertæ:quæ recenti adhærentes ab indurescenti clau debantur.quo argumẽto nõnulli utuntur ad ostendẽdũ electrum aliquando fieri liquidum.Nunc laudatur a Marti. apis ĩclusa. Gutta phaetõtide.i.succino & electro:qđ nascitur ex lachrymis sororum phaetõtis. Nectare suo:melle. Tulit preciũ mortis:labor̃ tãtor̃ ĩ melle faciendo.

Plena:ad sosibianum.Sosibianus uolebat uideri poeta multis libris compositis: cum nullos ederet. dicebat autem se expectarẽ:ut hæredes ederẽt:ipso mortuo.At inquit poeta posteaquam libros habes perfectos:,tempus est te legi:idest morere:ut & libri emittantur: & oportebat te iam mortuum esse ut legereris. Argute:cum aliud dicere uideatur hoc significat.

Hibernæ precium sic meruere rosæ.
Sic spoliatricem commendat fastus amicam,
Ianua nec iuuenem semper aperta tenet.
Sæpius in libro memoratur persius uno:
Quam leuis in tota marsus amazonide.
Tu quoque de nostris releges quæcunque libellis.
Esse puta solum.sic tibi pluris erit.

Ad Piscatorem.

Baiano procul a lacu monemus.
Piscator fuge:ne nocens recedas.
Sacris piscibus hæ natantur undæ.
Qui norunt dominum manumque lambunt.
Illam qua nihil est in orbe maius.
Quid quod nomen habẽt et ad magistri
Vocem quisque sui uenit citatus.
Hoc quondam libys impius profundo:
Dum prædam calamo tremente ducit.
Raptis luminibus repente cæcus.
Captum non potuit uidere piscem.
Et nunc sacrilegos perosus hamos:
Baianos sedet ad lacus rogator.
At tu dum potes innocens recede:
Lactis simplicibus cibis in undas.
Et pisces uenerare dedicatos.

Ad Hippodamum.

Quod cupis in nostris dicique legique libellis:
Et nõnullus honos creditur esse tibi.
Ne ualeam si non res est gratissima nobis:
Et uolo te chartis inseruisse meis.
Sed tu nomen habes auersum fonte sororum:
Impositum mater quod tibi dura dedit.
Quod nec melpõene:quod nec polymnia possit:
Nec pia cũ phœbo dicere calliope.
Ergo aliquod gratum musis tibi nomen adopta:
Non semper belle dicitur hippodamus.

De Ape electro inclusa.

Et latet et lucet phaetontide condita gutta:
Vt uideatur apis nectare clausa suo.
Dignum tantorum precium tulit illa laborum:
Credibile est ipsam sic uoluisse mori.

Ad Sosibianum.

Plena laboratis habeas cum scrinia libris:
Emittis quare sosibiane nihil?

Edent heredes inquis mea carmina quando?
Tempus erat iam te sosibiane legi.
Ad Athalum.

Sordida cum tibi sit:uerum tamen attale dicit:
Quisquis te niueam dicit habere togam.
De pugna dammarum.

Frontibus aduersis molles concurrere dammas
Vidimus:et fato sorte iacere pari.
Spectauere canes prædam:stupuitque superbus
Venator cultro nil superesse suo.
Vnde leues animi tanto caluere furore?
Sic pugnant tauri:sic cecidere uiri.
Ad Olum.

Cana est barba tibi? nigra est coma:tingere barbã
Non potes:hæc causa ẽ:sed potes ole comã.
Ad Afrum.

Centum coranus et:ducenta mancinus:
Trecenta debet titus:hoc bis albinus.
Decies sabellus:alterumque seranus:
Ex insulis fundisque tricies solidum:
Ex pecore redeũt ter ducẽta parmensi.
Totis diebus afer hoc mihi narras:
Et teneo melius ista: quam meum nomen.
Numeres oportet aliquid:ut pati possim.
Quotidianam refice nauseam nummis.
Audire gratis afer ista non possum.
Ad Gallam.

Galla nega satiatur amor:nisi gaudia torquent.
Sed noli nimium galla negare diu
Ad Carinum:

Argenti genus omne comparasti:
Et solus ueteres myronis artes.
Solus praxitelis manus scopæque.
Solus phidiaci toreuma cæli.
Solus mentoreos habes labores.
Nec desunt tibi uera graniana:
Nec quæ callaico linuntur auro.
Nec mensis anaglypta de paternis.
Argentum tamen inter omne miror:
Quare non habes carine purum.
Ad Posthumum.

Atria pisonum stabant cum stemmate toto.

Frontibus:Dammæ i spectaculis Domitiani cũ i siluis sint fugaces:iter se cõ currẽtes ceciderũt:quod:ne mirũ uidea atur:Martialis ait factũ numine Domitiani:cui cũ tauri inter se pugnãtes & uiri præstẽt spectacula: ipsæ quoque suũ præstare uoluerũt.ide ait alio epigrammate:Vis dámis Cæsar parceſ? mitte canes.ſ.ut itelligãt tibi non placere ut pugnent.q.d.in tuã pugnauerũt gratiam.

Molles:olim ibelles. Canes:qui erãt i theatro. Venator:qui uenerat i theatrum. Nil restare uẽabulo:in qđ scæuiret. Tauri sic pugnãt.i. sic ceciderũt i gratiam tuã iter se pugnãtes. Sic uiri:& sic ipse dãmæ uoluerũt.

Cẽtũ:Afer ut nihil daret Mar.quotiẽs occurrebat ei:numerabat debitores & futuros redditus:Iam ait nõ potes euadeſ qui des aliquid:nã cũ non dederis hactenus ob liberalitatẽ tuã: nunc saltẽ debes dare i præmiũ molestiæ qua me afficis quotidie enumerãs tuos debitores. Solidum.i.itegre. Ter ducena.lx'. numeres aliquid.i.des & soluas.

Argẽti:Carinus multa pocula hẽbat & uarie sculpta:hisq; gloriabatur. Argẽtum purum diciť argentũ illaboratũ:& argẽtũ purũ qđ ad nullos spurcos usus adhibetur:ut pompeius scribit.Darinus erat cũnilingus.cũ ergo potaret his poculis non poterãt uideri pura:quia os fetidum erat:sed iocãs Martialis ambiguitate uerbi:ait eũ ñ hẽre argẽtũ pur&:quũ Carinus itelligat.i.illaboratũ:Martialis fallit & itelligit eũ nõ hẽre ea pocula pura:qa cũ sit cũnilingus:ñ possit nisi spurce illis uti. Graniana:pocula ab auctoribus & magistris officinar& nõina sumebãt.ide alia clodiana: alia firmana:alia graniana a granio sculptore. Linũtur auro:hoc ẽ illud genus poculor& de quo Pli.iam figuras in poculis circũlini auro quærimus. Aurũ:callaicũ subtile erat: huic usui accõmodatũ. Anaglypta:pocula excisa i asperitatẽ dicũť: nam anaglypto significat sculpo.purũ:quia nullũ purũ habere potes:cũ sis cũnilingus: nã oía spurca ſddis ore:& usu.Fuisse Carinũ cũnilĩgum ãte indicauit eo uersu: Cunnum lingit Carinus:& tamẽ pallet.

Atria:pohstumus uetus Martialis amicus.nam una uixerãt trigĩta annis:nunc factus diues nihil dabat.Cõquerit poeta quod exacta iã ætate alium dominũ quærere possit:& pohstumus nihil mittat. Toto Stemate:cum omnibus imaginibus quæ in atriis seruabantur.

Ter numeranda:hoc propter duos Senecas dicit:& unum Lucanū. nā tres ex ea domo docti fuerūt. Ter numeranda.i.triū uiroꝝ laude illustrata:Alibi Duos Senecas:unicūq; Lucanū facūda loquit corduba. Regnis domini:nā poeta regē dominū sæpenumero appellat.Cōsul:nō aliter te colebā: q̄ fuisses cōsul. Terdenas brumas.i.xxx.ānos. Perdere:adimere aliquid tibi. Largus opū: afflu ens opibus. Imposuit mihi.i.decepit me:qa nō dat:& ita decepit cū sperauerī datuꝝ:sed poeta fal lit & ītelligit ꝙ Posthumus factus erat diues cū nūq̄ esse deberet ita decepit me:uel īposuit tibi for tuna qd' eū diuitē fecisti & diuitiis non bene utitur.huiusmōi hoīem fallacē & decepisse deos:uel fortunā dicūt alibi ī ius:O fallax atque īficiator eamus:cum de hoīe diuite & auare uiuēte loqueret.

Quid:sensus acutus ē:& aptus ī ma/ lū recitatorē & raucū. Auribus nostris: ne audiāt te male recitātē. Vellera:pro uellera ītelligit focale: nā recitaturi ne clamore obstrepētiū terrerēt adhibebāt auribus genus ligaminis quod focale ap pellarunt. Fabius: Quinti.Focalia & li gamina auriū sola excusare pōt ualitu/ do.Hæc ait cū de recitaturis scriberet. Hoc uerbo usus ē Oratius ī sermonibus & poeta in distichis: Si recitaturus dede ro tibi forte libellū. Hoc focale tuas as/ serat auriculas.Nostris auribus:ne quid de te audiamus.Focale a faucibꝫ: quibꝫ hæret dicitur.

Si quis:Ad Flaccū de electione pueri quē uelit ī oris niliacis ægypti. Nequiti as:blādicias lasciuiores. Molles comæ: idest demissæ. Tortas:Crispas. Aemu la:certātia.Pestū:oppidū ī lucania ubi rosæ bis in anno proueniebant.Cæteris sit uir.i.cæteris neget.Mihi uni puer.i. det mihi. Amazonicus: puer Flacci ta lis erat:fictū nomē:uel ꝑꝑ Hippolitū fi liū amazōis pulcherrimū:uel ab απα.i simili:& ζεω.i.uiuo.i.puer uitæ comes.

Nō dixi:iocat ī Coracinū quē cū mol lē ille dixisset iratus ē:q̄si eū appellasset cinædū:iurat Marti.se eū nō appellasse cinædū:sed dixisse id quod paꝝ ē & qd' ipse nō negabit:hoc ē cunnilīgū. Pōtiæ lagœnā. Pontia uenefica erat.infra de dapibus ab ea missis:Has ego non mittā Pontia:sed nec eadē lagœna nōnūq̄ ue neficio ministeriū præstabat.Infra de eo q necauerat uxorē ueneno Diceris ac ce lebs factus tamē eē lagœna.Iuro ꝑ lagœ nā pontiæ.i.ꝑ Pontiā ueneficā:Nā ꝑ res cōtrarias solemus aliquādo iurare.Iuro ꝑ calicē metylli:idē iusiurādū:ut de Pō tia:nā metyllus ueneficus. Syrios tumo res:ī syria auctore Luciano colebat dea: cuius sacerdotes in sacrificiis inter se di/ gladiabātur quēadmodū coribātes ī sa cris magnæ deæ.Ipse sentit fuisse luno/ nem quæ ita illic colebatur: extat eius oratio:quæ inscribitur de dea syria.Dea item syria Romæ colebatur:ut meminit

Et docti senecæ ter numeranda domus.
Prætulimus tantis solum te posthume regnis.
Pauper eras et eques:sed mihi consul eras.
Tecum ter denas numeraui posthume brumas:
Communis nobis lectus et unus erat
Iam donare potes:iam perdere plenus honorum:
Largus opum.expecto posthume quid facias.
Nil facis:et serum est alium mihi querere regem.
Hoc fortuna placet postumus imposuit.

In male recitantem.

Quid recitaturus circundas uellera collo.
Conueniunt nostris auribus illa magis:

Ad Flaccum.

Si quis forte mihi posset præstare roganti.
Audi quem puerum flacce locare uelim:
Niliacis primum puer hic nascatur in oris.
Nequitiam tellus scit dare nulla magis.
Sit niue candidior:nanque in mareotide fusca:
Pulchrior est quanto rarior iste color.
Lumina syderibus certent:mollesque flagellent:
Colla comæ:tortas non amo flacce comas.
Frōs breuis atque modus breuiter sit naribus ūcis
Pestanis rubeant æmula labra rosis:
Sæpe et nolentē cogat:nolitque uolentem:
Liberior domino sæpe sit ille suo.
Et timeat pueros:excludat sæpe puellas.
Vir reliquis:uni sit puer ille mihi.
Iam scio nec fallis:nam me quoque iudice uerū ē:
Talis erat dices noster amazonicus:

In Coracinum.

Non dixi coracine te cinædum.
Non sum tam temerarius:nec audax:
Nec mendacia qui loquar libenter.
Si dixi coracine te cynædum.
Iratam mihi pontiæ lagœnam:
Iratum calicem mihi metelli.
Iuro per syrios tibi tumores

Tranquillus in Nerone: uel per syrios tumores ideſt per ſacra iſidis ſyriæ: quæ Romæ colebatur: nã per hæc duo numina grauiſſime iurabant per Cybelẽ & Iſidem. alibi non per myſtica ſacra didimenes: nec per niliacæ bouẽ iuuẽcæ. i. iſidis. ubi ita cõiũxit Cybelem & Iſidem ut hoc loco. Tumores dixit qm̃ epithethon ſyrorꝝ alibi ſyros tumẽtes appellauit: & alibi Agryppæ tumidus negociator iurat. Item per iſidẽ apud Iuue. nã ſiſtro ferire putabat: hæc unica ſnia mihi placet: in q̃ ſcio multos deliraſſe. Furores berecintheos. i. cybeleios: nam in ſacris deæ ſacerdotes furebant.

Iuro per berecinthios furores.
Quod dixi tamen hoc leue et puſillum eſt:
Quod notum eſt: quod et ipſe non negabis.
Dixi te coracine cunnilingum.

De Veſbio monte.

Hic eſt pampineis uiridis modo ueſuius umbris:
Preſſerat hic madidos nobilis una lacus.
Hæc iuga quam nyſæ colles plus baccus amauit.
Hoc nuper ſatyri monte dedere choros.
Hæc ueneris ſedes lacedæmone gratior illi.
Hic locus herculeo nomine clarus erat.
Cuncta iacent flammis: et triſti merſa fauilla:
Nec ſuperi uellent hoc licuiſſe ſibi.

Ad Phœbum.

Hæc tibi pro nato plena dat lætus acerra:
Phœbe palatinus munera parthenius.
Vt qui prima nouo ſignat quinquennia luſtro:
Impleat innumeras burrus olympiadas.
Fac rata uota patris: ſic te tua diligat uxor:
Gaudeat et certa uirginitate ſoror.
Perpetuo ſic flore mices: ſic denique non ſint:
Tam longæ bromio quam tibi phœbe comæ:

De Sabello.

Saturnalia diuitem ſabellum:
Fecerunt. merito tumet ſabellus.
Nec quenquam putat eſſe prædicatque
Inter cauſidicos beatiorem.
Hos faſtus animoſque dat ſabello:
Farris ſemodius fabæque freſſæ.
Et thuris piperiſque tres ſelibræ.
Et lucanica uentre cum faliſco
Et nigri ſyra defruti lagœna.

Hic eſt: puto hoc epigramma factum ĩ gratiam Titi Veſpaſiani: nam auctore Tranquillo imperãte Tito inter triſtia quæ acciderunt hæc ſunt conflagratio ueſuii montis ĩ cãpania: & ĩcẽdiũ ĩ urbe triduo & totidẽ noctibus: Mar. igitur deplorat cõflagrationẽ montis: ut ſeruiat ĩperatoris affectui. Veſuius mons in cãpania emittebat incendia ſuperioribus tpibus: ut Strabo ſcribit. & q̃d mirum uideaſ: erat uitibus conſitus: poeta appellauit ueſuiũ a conflagratione: nã ueſuia dicuntur fauillæ. Silius: Sic ubi uicæca tandẽ deuictus ad aſtra euomuit paſtus per ſæcula ueſuius ignes. Lacus: torcularia. Satyri: comites bacchi. Sedes ueneris: quia illic tẽplũ Veneris & tẽplum Herculis erat: qui interfecerat gigãtes.

Cũcta oĩum ornamẽta huius montis.

Merſa triſti fauilla: nã fauillæ poſt ĩcẽ diũ diu fuerant.

Hæc tibi: Parthenius cubicularius Domitiãi filiũ hẽbat burrũ: cuius natalẽ celebrat quĩtũ iã ãnũ nati. Mar. adhibet preces hoc epigrãmate ĩ gratiam parthenii. Alibi poeta cũ rogat Parthenĩũ: ſic burrus cito ſẽtiat parẽtẽ. Palatĩus: p̃fectus cubiculo Domitiãi. Acerra: uaſe thuris. Acerra uas erat ubi ponebatur thus: & ubi reponebãt reliquiæ ſacrorꝝ. Nouo luſtro. i. primo. Signat: numerabãt ſæcula apud romãos a cõſulibus: ut marcello cõſule apud græcos ab olympicis ludis qui qnto quoq; ãno celebrabantur ut diceret̃ prima olympiade: ſecũda olympiade. Latini dixerũt luſtrꝝ: Poeta ĩ gratiã Parthenii quaſi optet lõgiorẽ uitã puero ĩcipit numerare annos ñ a cõſulibꝰ q̃ ſingulis ãnis creabãt: ſed ab olympiadẽ q̃ nũc puer abſoluebat qntũ ãnũ: & ãpliũs ẽ ſpaciũ olympiadis q̃ cõſulis.

Ratũ: uocabulũ ſacerdotale ẽ ĩ ſacris: nã rata dicebãt quæ dii ꝓbabãt. Vxor Daphne: ita codex ãtiquus hẽt. Soror: diana. Certa uirginitate: flore iuuentutis. i. ſic ſemper ſis iuuẽis. Bromio: Baco: nã certabãt pulchritudĩe comarum.

Saturnalia: Sabellũ deridet & reliquos p̃fonos: quoꝝ merces exigua erat Romæ niſi diuites eſſent. nã plebs fulgorẽ diuitiarꝝ ĩ patrono ſequebaſ potius q̃ doctrĩã. Iuue. idẽ Quod uocis p̃ciũ: ſiccus petaſunculus & uas. Pelamidũ: aut ueteres afrorꝝ epimenida bulbi aut uini tyberi deuecti qnq; lagœnæ. Saturnalia. i. dona miſſa in ſaturnalibus: ab amicis & clĩentibus munera mittebantur. Beatiorem: ditiorem. Semodius: dimidius modius. Tres ſelibræ: una cum dimidia libra. Lucanica: dicitur quia in Lucania primum inuenta a militibus. Var. Vẽter faliſcus: quia ĩ faliſcis iuẽtus ut Var. Syra lagœna defruti: duo genera erant uini cocti: quoniam muſtum coquebatur ad tertiam partem dicebatur epſema a latinis ſappa: alio uerbo ſyreũ. Quãdo excoquebaſ ad dimidiam partem dicebaſ defrutũ. Marti.

utriusq; fecit mentionem cum ait Lagœna syra:& syrei:& defruti hoc magis placet q̃ si dicas lagœnam syriam.i.uitri:quod ī syria sit inuentum. Ficus libycæ:antiqui excogitarunt paruas arbores post autumnum fimo contegere una cum ficis quæ in eis deprehensæ hyeme non poterant peruenire ad maturitatē eas detectas mitescente cælo remittebant in lucem:& solē:ita ficus matureſcebat ante alias illius anni:& hæ appellabantur ficus hybernæ ipso etiam tactu frigidissimæ.Pli.auctor est propterea appellauit pœta testam gelatam. Cato primus appellauit hanc ficum africanā: unde ait Mar.ficus libycæ.nō.n.alia ficus potuisset mitti in saturnalibus cum nulla matureſceret.de coctano ficu ñ pōt hoc loco intelligi. Bulbi:hi bulbi dicebantur epimenida:ut luue.Et ueteres afros epimenida bulbi. Piceno:cado:e pice no olim optime oliuæ mittebātur secundis mensis:auctor Pli. Synthesis:uestis erat saturnalitia:& synthesis uas dicebatur uilioris materiei:q̃ multa ītерpellarent:quemadmodū dicimus uas & materiam uenatam: quia uenæ ītercedant & interpellent.Synthesis autē dicta: qa non pura sit materia:sed cōposita & immixta: quēadmodū pura uasa cristalia dixere cōtrario uerbo asyntheta.Pli.auctor est. Saguntus terram habebat aptā uasis ut samos.Septēnaria:capax septūcis. Rotæ hispanæ.i.rotæ saguntinæ.

Mappa.i.gausape.Gausape aūt utebātur milites ī lectis:postea uestes toga:lati claui cepit texi ī modū gausape. Inde in distichis est penula gausapina: unde fit ut intelligam hoc loco genus uestis potius quam figurā lati claui in capite mantilis.

Encaustus.Encaustice ē genus picturæ quod adiumento ignis fiebat ut ī cæra & in ebore: unde nomen accepit:nā encaustice significat iustricem:quia cōburit.Phaethō hoc genere picturæ núc erat ī tabella:ait pœta pictorem inique facere:qui cum semel fuerit combustus Phaethō iterum eum comburat.Encaustice:idest ignitis instrumentis eum pingendo. Dipyron bis cōbustum & dipirume præterea erat instrumentū quo pictores utebantur:ut scribit Plini.Encaustus:encaustice pictus.

Nescis: Flaccus appellabat carmina Martia.lusus:& iocos: ait se scribere mores hominum:iccirco non possit appellari iocus. Ludit:fabulose scribit. Scæui thereos.i.qui scribit tragœdiam de Thereo. Vessica:tumot:quia tantum in uita quotidiana uersantur: Sirma: erat genus uestis quæ in grauioribus pœnatis recitandis trahebatur ab histrionibus.Sirma præterea locus:qui Pausania auctore Sirma antigone dicebatur.luuenalis. Sirma uel antigones. Legunt ista:quoniam ad uitam quotidianam pertinent.

Et ficus libycæ gelata testa.
Cum bulbis cocleisque caseoque:
Piceno quoque uenit a cliente.
Parce cistula non capax oliuæ.
Et crasso figuli polita ceno.
Septennaria sinthesis sagunti.
Hispanæ luteum rotæ toreuma.
Et lato uariata mappa clauo.
Saturnalia fructuosiora.
Annis non habuit decem sabellus:

De Phaetonte.

Encaustus phaethon tabula tibi pictus in hac est:
Quid tibi uis dipyron qui phaetonta facis?

In papilium:

Præcidi gaudes præcisus papile ploras:
Cur: quæ uis fieri papile:facta doles?
Pœnitet obscenæ pruriginis? an magis illud
Fles?quod præcidi papile desieris?

Ad Flaccum.

Nescis:crede mihi: quid sint epigrammata flacce:
Qui tantum lusus illa:iocosque putas.
Ille magis ludit qui scribit prandia sæui:
Thereos:aut cœnam crude thyeste tuam:
Aut puero liquidas aptantem dædalon alas:
Pascentem siculas aut polyphemon oues:
A nostris procul est omnis uesica libellis:
Musa nec insano syrmate nostra tumet.
Illa tamen laudant omnes:mirantur:adorant:
Confiteor:laudant illa:sed ista legunt.

Ad Thaidem.

Quid me thai senem subinde dicis?
Nemo est thai senex ad irrumandum.

In Cecilianum.

Quid:Thais fellabat:& appellabat eum senem:quasi uellet innuere eum non posse futuere: inquit Martialis nemo senex ad irrumandum:iccirco potero præstare quod uis hoc est potero te fellatricem irrumare:nam qui non arrigunt:irrumare possunt.alibi in non arrigentem:Summa pete: idest os.

Cum tibi: Cecilianus cū paup esset splēdide uiuebat: adeo ut etiā hexaphoro nōnūq; ueheret: factus diues ī tantā auaritiā redactus est: ut hexaphoro amplius nō ueheret: sed iret pedes. Mar. hoc cauilādo derideꝛ: & optat: ut ꝑ tāta laude fragilitatis dii reddāt hexaphoꝛ Ceciliano. hoc est ī pristinam pauptatē relabaſ: cū ueheret hexaphoro. Ingenti hexaphoro. i. sexta ceruice: ut ait luue. hexaphorū uehiculū: qđ portabaſ sex seruis meritis & laudibus: ironice cauillaſ ī eū ac si id faceret in laudem fragilitatis. Sellam. i. hexaphoꝛ. i. pristinā cōditionem cū hexaphoro gestaret.

Cum tibi non essent sexmilia ceciliane?
Ingenti late uectus es exaphoro:
Postquam bis decies tribuit dea cæsa: sinūque
Ruperunt nummi: factus es ecce pedes.
Quid tibi pro meritis et tantis laudibus optem?
Dii reddant sellam ceciliane tibi.

In Edilum.

Gestari iunctis nisi desinis ædile capris:
Qui modo ficus eras: iam caprificus eris.

Gestari: Edilus turpi questu lucrabatur: nā fuerat cinædus: ut supra cū dicis ꝑpero fac si facis: adeo: ut nūc gestaretur lectica seruos appellabat mutatis noibus capros: Mar. more suo ī nominū mutationē iocatur: ut supra: Si tibi mistyllus coquus æmiliane uocatur: si mul morbum ædili notat ꝙ ex nimio pruritu factus erat ficosus: ait ergo ī edilū nisi desistat seruos appellare capros fore: ut cū ipse ficus sit ob morbū paulo post sit caprificus cōposito noīe a capris & ficu. uel ita ītellige capræ meretrices dñr a fœtore. Orati. Sed nimis arcta ꝑmunt olidæ cōuiuia capræ: genus erat concubitus quo tres una serie catenati coibant. quod alibi Mar. notauit. Quo symplegmate. &. c. edilus eodem utebaſ: in quo iocaſ poeta: ꝙ quū Edilus paulo ante cinædus ficosus: nūc capra. i. meretricū concubitu utatur: iā caprificus composito noīe possit appellari: notans & pristinā libidinē edili: & nouam coitus muliebris affectionem hāc puto conuenire.

Ad Cosmum.

Hunc quem sæpe uides. inter penetralia nostræ.
Pallados et templi limina cosme noui.
Cum baculo peraque senem: cui cana putrisque
Stat coma: et in pectus sordida barba radit:
Cærea quem nudi tegit uxor abolla grabati.
Cui dat latratos obuia turba cibos.
Esse putas cynicum: deceptus imagine falsa:
Non est hic cynicus cosme: quid ergo? canis.

Nunc: In eū qui sordibus tantum & nulla alia uirtute uolebat uideri philosophus Cynicus: ait eū nō eē cynicum: sed canē: hoc est aīal brutū cū nihil haberet præter sordē. dixit aūt eū canem: ut ī rōne noīs præstaret: nā philosophi cynici a κυων qđ canē significat dicti sunt: nā canino ritu cōtēpta hoīum opinione sola naturæ necessitate cōtenti uidebanſ sordidi. hi tñ suā sectam & doctrinā profitebāſ. hūc ergo canē appellat: qm̄ nihil cynicum habet ꝓter habitum quo etiam cynicos ipos superat: adeo ut canis uideaſ. Idem ē qđ dixit

Ad Colinum.

O cui tarpeias licuit contigere quercus:
Et meritas prima cingere fronde comas.
Si sapis: utaris totis coline diebus:
Extremūque tibi semper adesse putes.

in philosopho: Pallū ui deo: philosophū nō uideo. & augustus cynicū obloquētē canē appellauit.

Pallados: cultæ a Domitiano nr̄o. q. d. sectaſ mēsas & cibos ut canis. Tēpli noui: nup erecti a Domitiano sub noīe flauiæ gentis. Pera: saculus & baculus ē cynicoꝝ. Diogenes auctor huius sectæ. pera ī distichis: Ne mēdica ferat barbari prādia nudi: dormiat & tetrico cū cane pera rogat. Stat: hirta ē. Cadit. i. dimittiſ usq; ad pectus. Abolla: uestis erat tragica & grauioꝝ ꝓsōaꝝ: hac purpurea cū esset īdutus Ptolæmeus: & ī theatro conuertisset oculos spectatoꝝ ī se: Neronē offēdit. hic ponitur ꝓ ueste tm̄. Cærea ī speciē cæræ uel flaua: ut mel flauum dicimus. Vxor grabati: q̄ utitur ꝓ lodice nulla alia re tectus nisi ea ueste. Latratos: latratu mendicos ab eo more canis. Non ē cynicus. i. non habet philosophiam cynicam: sed est canis. i. brutum animal.

O cui tarpeias: Ad Colinum donatum in quinquatriis Mineruæ corona querna ab impatore hūc cytharœdum fuisse conitio: nam cytharœdi uictores corona querna ab imperatore donabantur. alibi poeta de imperatore: Perq; manus tanta plurima quercus eat. In quinquatriis enim coronæ premium dabatur. luue. Cum farre & uino uestam ianūq; rogabat an capitolinam deberet pollio quercum sperare: & fidibus promittere: hunc hortatur Mar. ad ueram uitam omisso splēdoris palatini ambitu: cum ei omnino sit moriendum. Tarpeias quercus: idem qui potuisti assequi quercum palatinam. Prima frons: uel prima frons dicatur quercus: quia sit dicata ioui: uel prima data ab imperatore. Vtaris totis diebus. i. totos dies consume in uera uita. Puta semper adesse extremum diem. i. semper puta te moriturum. alibi: Ipse iubet mortis te meminisse deus.

Nulli contigit.i.nullus unq̃ potuit.
Exorare:placare. Tres puellas: Cloton:Lacheſin:& Atropon.Lãificas:lanificio diſpenſãtes uitã humanã. Obſeruant:nõ prætereunt. Criſpo:ſũt q̃ ĩtelligãt de Criſpo paſſieno uitrico Neronis q̃ ditiſſimus fuit:adeo ut eius hæreditate auctore Trãquillo Nero ſit ditatus:potes & intelligere de uibio Criſpo: de quo hæc tacitus: Vibius criſpus potẽtia diuitiis igẽio iter claros magis q̃ ĩter bonos. Thraſea:de Pæto thraſea ſupra & de eius in morte cõſtãtia. Atteãius melior nitidus erat laudatiſſimus cuius meminit Papi.in ſiluis.Explicat: euoluit:& exciſo filio fuſũ repõit. Negat uitã ẽt ſi aliæ duæ uellẽt cõcedere.

Luci:Ad Luciũ poetã hiſpanũ:q̃ numeris cũ Oratio cõtẽdebat: quem ſibi ꝓpoſuerat ſuperãdũ, poeta Lucio appellato recenſet oppida Hyſpaniæ patriæ. Graium:graius fluuius Hiſpaniæ proximus Tidæ. Tidæ aũt a tideo & olo cõdita q̃ cũ græcis illuc ꝓfectus ẽ:& nomẽ dedit flu. ut graius a grais dicereſ:ſed poſtea deprauato noĩe dictꝰ ẽ granius.Silius:Et quos nũc granius mutato noĩe graiũ:Oeneæ miſeræ domus

Arpis diſertis.i. Oratio appuleo uenuſino. Generatꝰ: gñatus ẽ illic poeta q̃ natꝰ ẽ ĩter urbes græcas. Celebret: palæſtras lædæas.i. laconicas a Læda uxore Tindari q̃ amyclis habitabat. & hoc ꝓp Pollucẽ & ĩ laconica ꝓſertĩ exercebanſ:de quo extat elegia Proptii. Lacedæmonos libidinoſæ: ꝓp Helenã:q̃ ĩde fuit rapta:uel ꝓp Venerẽ:q̃ illic colebaſ. Grato:erga ꝓriam Bilbilim. Chalybes & norici:populi ſũt illuſtres ferri ꝓſtãtia.Nori iuxta pãnoniam:calibes ĩ põto. Sonãrem:officinis multis. Salo.fl.cuius aqs ferꝝ tẽpaſ. Inquieto:ſonãte. Tutelã.opp.celtiberiæ. Riſa mori:populi celtiberiæ. Carduæ:oppidũ. Peterẽ: locũ. Suellos: populos optĩos iaculatores. Petuſiæ: opp.cũ lacu eiuſdẽ noĩs. Vatineſſa: urbs cũ fluuio eiuſdẽ noĩs. Illicetũ ſãctũ.i.ſiluã uenerãdã:uel certe oppidũ ſi placet:unde portus illecetãus.Durateonis:mõtis.Bituntũ opp.ſterile.

Munera:ĩ gargilianũ captatorẽ q̃ cũ tñ ſẽibus & uiduis donaret a qbus ſperaret hæreditatẽ:uolebat uideri liberalis.Mar.negat hoc:aitq; eũ eẽ auariſſimũ:qm̃ plura expectet:q̃ donet. Idem ſẽſus ẽ Iſocratis ĩ eos q̃ aliqd donãt regibus:ait.n.nõ donare:ſed auarius uẽdere quã q̃ ſe negociatores ꝓfitẽt paſſim mercẽ uẽdẽtes. Munificũ:liberalẽ. Viduis: & ſenibus: morituri paulo poſt. Indulget:dat eſcam.

Lanificas nulli tres exorare puellas.
Contigit:obſeruant quem ſtatuere diem.
Diuitior criſpo:traſea conſtantior ipſo:
Lautior et nitido ſis meliore licet.
Nil adicit penſo lacheſis:fuſoſque ſororum
Explicat:et ſemper de tribus una necat.

Ad Lucium.

Luci glotia temporum tuorum:
Qui graium ueterem tagũque noſtrum
Arpis cedere non ſinis diſertis:
Argiuas generatus inter urbes.
Thebas carmine cantet aut mycenas:
Aut claram rhodum:aut libidinoſe.
Lædeas lacedæmonis palæſtras:
Nos celtis genitos et ex hiberis
Noſtræ nomina duriora terræ.
Grato non pudeat referre uerſu.
Scæuo bilbilin optimam metallo
Quæ uincit calybaſque noricoſque:
Et ferro plateam ſuo ſonantem:
Quam fluctu tenui:ſed inquieto
Armorum ſalo temperator ambit.
Tutelãque choroſque riſamorum
Et conuiuia feſta carduarum.
Et textis peterem roſis rubentem.
Atque antiqua patrum theatra ripas.
Et certos iaculo leui ſuellos.
Turgentiſque lacus petuſiæque
Et paruæ uada pura uatineſſa.
Et ſanctum durateonis illicetum:
Per quod uel piger ambulat uiator.
Et quod fortibus excolit iuuencis.
Curuæ manlius arua matiniſſe.
Hæc tam ruſtica delicate lector
Rides nomina?rideas licebit:
Hæc tã ruſtica malo quam britannos:

In Gargilianum.

Munera quod ſenibus uiduiſque ingentia mittis.
Viſ te munificum gargiliane uocem.
Sordidius nihil eſt:nihil eſt te ſpurcius uno.
Qui potes inſidias dona uocare tuas?
Sic auidis fallax indulget piſcibus hamus:

Callida:plena fraudis. Feras ſtultas:ſimplices. Largiri: in malá partẽ accipit. Illi dñr largiri q aliquid donát:ut maiora aſſequáť:ſed ꝓprie q corrũpũt muneribus:unde largitio:ſed donare eſt hoís liberalis. Dona mihi:ná qđ dabis mihi plane donabis:quia nihil poſſum dare tibi.

Dũ nos:Ad Fauſtinũ æſtiuátẽ tyburi & Bais ſcribit:unde ait ſe ꝓfectum cũ Baiæ uno ſolũ aſtro ſolari caleant:ſed etiã aquarũ feruore. Hyemádũ ait igit eé Baiis:æſtiuádũ Tyburi. Coloni argiui.i. Catilli:q cõdidit Tybur. Oratius:Tybur argeo poſitũ colono & alibi poeta:Argolicæ quod poſuere manus. Feruent:calent:quia ſol é in leõe. Laciui:puellis i illuc cõfluétibꝰ.

Fõtibus puniceis:lapidibus ex coſtis mannatibus. Igne ſuo:feruore ſuarũ aquarũ. Vincitis:ſuperatis æſtuatiõe.

Flétibus:Flectrũ eo ꝓcioſius erat:quo liquidius íncluſũ aliquid aíal hébat:ut muſcã apẽ culicẽ:ná illic ꝑpetuo uiuere uidebáť. Núc laudat guttá ſuccini:í q̃ erat íncluſa uipa:& laudẽ ſumit ab hiſtoria:ná cleopatra admota aſpide:& mammillæ & brachio ſibi morté cõſciuit:ait ergo poeta Cleopatrá ſe nõ debere nimiũ efferre magnificẽtia ſepulchri quo una cũ Antonio cõdita eſt:in choato priuſ:ab ipſa poſtea ꝓfecto iuſſu Auguſti:cũ uipa:q̃ extincta eſt nobiliore tumulo ſpectet. Gẽma ſuccina:.i.gutta electri:quæ gẽma uídebať. Obſtantẽ:cõtra eũtẽ. Ramis heliadũ:populorũ:í quas uerſæ ſũt filiæ Helii.i. ſolis. Nam ἥλιος ſol. Flentibus:manãtibus. Gelu:gumi electri. Rore pĩgui:.i.gumi uiſcoſo. Placeas tibi.i.ne nimium te efferas.

Ardea:Poeta deflet Curatiũ:q dum Tyburi æſtiuaret & fugiens æſtus urbanos mortuus é:ait ergo nuſq̃ poſſe uitari mortẽ & nõ loca uel differre uel accellerare fatũ:ſed iꝑam certá rerũ ſortẽ:quã nemo uitare põt. Cõfundanť ergo loca cũ ſit nullũ fati diſcrimen. Ardea:opp.ſupra laurẽtũ diſtãs a mari.lxxx.ſtad.cõdita a damæ. Solſtitio:æſtiuo. Rura pæſtana:lucaniæ. Ager:Baianus:ut ſupra:Horrida baiani.

Sardinia:peſtilens íſula é qđ florus ídicat cũ ait:Furius ſardiniã peſtilentẽ ſortitus:& ſilius:ſerpẽtũ tellus pura ac uiduata uenẽo ſed triſtis cælo & multa uiciata palude. ſéſus é cũ fati neceſſitas aduenerit:ét ſi í locis amænis fueris nõ aliter morieris quam ſi í locis peſtiléti-bus eſſes. Poſuit Tybur pro loco ſalubri:ſardiniam pro peſtilenti.

Donaſſe:In Mácinũ:q cum eét oĩbus moleſtus:oéſq; eũ odio haberẽt:narrabat quotidie fortunatũ aliquod ſibi accidiſſe:q̃ſi amicis narraret. At íqt martialis noli o mancine cruciare ſodales:q te oderũt uerbis:uel ſaltẽ narra qđ uellemus audire. hoc é dicte aliqd potius amiſiſſe q̃ lucratũ eé. Lichinici:lapides erãt a lucernarũ ſplẽdore dicti:quẽ præſe ferebãt:contra lychnites dr̃ marmur:qđ lucernarũ noíe ſub terra fodiebať. Varro auctor:& Pli.codex

Callida ſic ſtultas decipit eſca feras.
Quid ſit largiri:quid ſit donare docebo:
Si neſcis:dona gragiliane mihi.

Ad Fauſtinum.

Dum nos blanda tenent laſciui ſtagna lucrini.
Etque puniceis fontibus antra calent:
Tu colis argiui regnum fauſtine coloni:
Quo te bis decimus ducit ab urbe lapis.
Horrida ſed feruent nemæi pectora monſtri.
Nec ſatis eſt baias igne calere ſuo.
Ergo ſacri fontes et littora ſacra ualete.
Nympharum pariter nereidumque domus:
Herculeos colles gellida uos uincite bruma.
Hunc tyburtinis cedite frigoribus.

In Gallam.

In tenebris luges amiſſum galla maritum:
Num plorare pudet te puto galla uirum?

De Vipera electro incluſa.

Flentibus eliadum ramis dum uipera ſerpit:
Fluxit in obſtantem ſuccina gemma feram:
Quæ dum miratur pingui ſe rore teneri.
Concreto riguit uicta repente gelu.
Ne tibi regali placeas cleopatra ſepulchro:
Vipera ſi tumulo nobiliore iacet.

De Curitio.

Ardea ſolſtitio peſtanaque rura petantur:
Quique cleonæo ſydere feruet ager.
Cum tyburtinas damnet curatius auras:
Inter laudatas ad ſtyga miſſus aquas.
Nullo fata loco poſſiſ excludere:cum mors
Venerit in medio tybure ſardinia eſt.

In Mancinum.

Donaſſe amicum tibi ducenta mancine.
Nuper ſuperbo lætus ore iactaſti.
Quartus dies eſt in ſchola poetarum:
Dum fabulamur milibus decem dixti
Emptas lacernas munus eſſe pompillæ

antiquus habet lichnũq; terunctũ.ego autẽ legendũ puto punctũ:hoc ẽ nitidũ & maxime splẽdentẽ:nam λικνοσ græce latine dr̃ lucerna: unde & lapsis ipe lichnus dr̃.Lichnus aũt siue lucerna quo magis uncta ẽ eo plus flammæ emittit.ex ea igit̃ metaphora lichnum punctũ.i.splẽdidũ: & flãmas lucernæ punctæ emittẽtẽ ĩ distichis non norat parcos uncta lucerna pr̃es. Gemmas: smaragdos:an dicit smaragdos cæruleos:an lapillos rubri maris similes sunt ũdis:& harenis: placet de smaragdus.

Polliõe:cytharœdo. Cãtãte:nec placet itelligere p Pollionẽ poetã excellẽtẽ qui claruit tẽporibus Augusti notus carmine uirgiliano.Pollio & ipse facit noua carmina.nã huius polliõis cytharœdi de quo hic loqt̃:meminit luue. An capitolinã deberet pollio quercum sperare:& fidibus ꝓmittere. Pollio ergo hic cytharœdus.

Tybur:Ebur frigidissimo cœlo tiburtino miro cãdore seruabat̃.auctor est Pli.filius semp; nouũ:q; tyburis aura pascit ebur.deridet lycoridẽ:q̃ cũ non faceret q̃stũ ĩ urbe ob deformitatẽ migrauit tybur:ut cãdesceret: eius profectionẽ deridet cauillando.

Dũ:Bauli uicus potius q̃ oppidũ ĩ littore Cãpaniæ nõ ꝓcul a Bais. Nero simulata reco̅ciliatiõe cũ mr̃e eã reuocauit a baulis baias ad quinq̃tria simul celebrãda.Inde eã remisit data naui sub simili & machinosa quæ repẽte corruere ret ĩ mediis aquis:illa q̃dẽ corruit: sed mr̃ enatauit ad littus ĩcolumis. Lageri nus:ut Tacit⁹:Lagerinus:ut Sueto.nũciauit Neroni ĩcolumẽ matrẽ:quo nũcio ẽ iterfectus sũmisso celeriter pcussore:qui mr̃em necaret eo spatio maris qd̃ iacet iter baias & baulas. lacet nup cerelia mẽsa.i.iussæ quõdã a Nerõe.

Tulli:laudat hortos Tulli Martialis quos anteponit oĩbus aliis. Astris: cœlo. Aestimare:ꝓspicere diligẽter. Albanos colles.i. algidũ:nã algidũ mons in albano præcipui nominis. Tusculos.i.tusculũ. Fidẽnæ ante urbẽ cõditã:Fidẽnæ stabant cõdita una cũ collacia:Antẽnis: Lauino.Silius ꝓtulit numero singulari:Mõ Roma minat̃ quõdã fidẽna. Rubræ:oppidũ nõ lõge ab urbe. Nemus Annæ pennæ:nemus aricinũ:ubi Anna soror didonis colebat̃: qd̃ Silius docet:& Oui.ĩ fastis. Perẽna:a ꝓpetuitate dcã:sub quo noĩe illic erat ipa.ĩ fastis:Annæ pennæ latẽs: ãna penna uocor.Cruore uirgineo:qm̃ cædebant̃ pueri illic flagellis ex ritu thoanteo:qd̃ placet:uel cruore uirgineo.i. sanguine hostiaꝝ:quæ mactantur Dianæ uirgini. Salaria:uiæ ducebat in sabĩnosa sale dicta: ut Plinius scribit. Patet: cernit̃ illinc. Essedo tacente: quia non audiebatur currus strepitus.

Sardonicas auro lineisque ter cinctum.
Duasque similes fluctibus maris gemmas
Dedisse bassam celiãque iurasti.
Here de theatro pollione cantante
Cum subito abires:dum fugis:loquebaris
Hæreditatis tibi trecenta uenisse.
Et mane centum:et post meridie centum
Quid tibi sodales fecimus mali tantum?
Miserere iam crudelis:et sile tamdem.
Aut si tacere lingua non potest:ista
Aliquando narra.quod mancine uelimus.

De Lycori.

Tybur in herculeum migrauit nigra lycoris
Omnia dum fieri candida credit ibi.

De Cærelia.

Dum petit a baulis mater cerelia baias:
Occidit insani crimine mersa freti.
Gloria quanta perit uobis hæc monstra neronis:
Nec quondam iussæ præstiteratis aquæ.

De Hortis Martialis.

Tulli iugera pauca martialis
Hortis hesperidum beatiora
Longo ianiculi iugo recumbeũt.
Lati collibus eminent recessus:
Et planus modico tumore uertex
Cœlo perfruitur sereniore:
Et curuas nebula tegente ualles
Solus luce nitet peculiari.
Puris leniter admouentur astris
Celsæ culmina delicata uillæ.
Hinc septem dominos uidere montes:
Et totam licet extimare romam:
Albanos quoque tusculosque colles.
Et quodcũque iacet sub urbe frigus.
Fidennas ueteres breuesque rubras.
Et quod uirgineo cruore gaudet:
Annæ pomiferum nemus perennæ
Illic flammineæ sallariæque
Gestator patet essedo tacente:

Ne blando rota ſit moleſta ſomno:
Quem nec rumpere nauticum celeuma:
Nec clamor ualet helcyariorum.
Cum ſit tam prope miluius ſacrūque:
Lapſæ per tyberim uolent carinæ
Hoc rus ſeu potius domus uocanda eſt
Commendat dominus tuam putabis
Tam non inuida:tāquam liberalis
Tam comi patet hoſpitalitate:
Credas alcinoi pios penates.
Aut facti modo diuitis molorchi:
Vos nunc omnia parua qui putatis
Centeno gelidum ligone tybur:
Vel preneſte domate:pendulāquē
Vni dedite ſætiam colono.
Dum me iudice præferantur iſtis
Tulli iugera pauca martialis.

De Phileni.

Oculo philenis ſemper altero plorat:
Quo fiat iſtud quæritis modo?luſca eſt.

Ad Linum.

Egiſti uitam ſemper line municipalem:
Qua nihil omnino uilius eſſe poteſt.
Idibus et raris togula eſt excuſſa calēdis:
Duxit ad eſtates ſinthesis una decem.
Saltus aprum:campus leporem tibi miſit ineptum:
Silua grauis turdos exagitata dedit.
Raptus flumineo uenit de gurgite piſcis:
Vina rubens.fudit non peregrina cadus:
Nec tener argolica miſſus de gente miniſter:
Sed ſtetit inculti ruſtica turba foci:
Villica uel duri compreſſa eſt nupta coloni.
Incaluit quotiens ſaucia uena mero.
Nec nocuit tectis ignis:nec ſyrius agris:
Nec merſa eſt pelago:nec fluit ulla ratis.
Suppoſita eſt blando nūquam tibi theſſara tallo:
Alea ſed parcæ ſola fuere nuces.
Dic ubi ſic decies mater quod auara reliquit.
Nuſquam eſt:feciſti rem line difficilem.

In Prætorem.

Prætorem:pauper centum ſeſtertia gaurus:
Orabat cara notus amicitia.

Helcyariorū:trahentium naues funi bus:nam Elcyo græce latine traho.

Miluius:pons ad quē trahebant naues. Alcinous: pietate hoſpitalitatis laudat:ſuſcepit Vlyxem Nauſicaa fi lia a littore eū ducēte:qd multo carmi ne cecinit Home. Molorchus:Hercu lē hoſpicio ſuſcepit. Sætiam: nobilē uno nō procul ab urbe. Iſtis.ſ.noſtris prædiis.

Egiſti:Linum deridet:qui q̄is ſemp ruri uixerit & nullos ſenſerit urbanos labores: tñ ex diuite erat factus paup. ait ergo poeta q̄is o Line ruri uixeris ubi nullos ſumpſiſti labores: tñ feciſti rē difficilē: hoc ē factus es paup nā fa cere rē difficilē ſubire munus laborio ſum;res ſignificat rem domeſticā. Dif ficultas dr̄ pauptas:res ergo domeſtica dr̄ difficilis quando ē exigua.Feciſti rē difficilē:hoc ē ſubſtantiā domeſticā ad paupertatē redegiſti:cū altero ſenſu ui deatur loqui.Feciſti rem difficilē.i.la borioſā. Municipalem:ruſticanam.

Qua.i.qua uita municipali. Nil po teſt eſſe dulcius.i.nil incūdius. mēdo ſe i recētiore codice ē uilius ꝓ dulcius: dulcius aūt habet codex ātiquus: & ad hoc uerbū argute refert poeta. Feciſti rē difficilē. Rubens cadus:fictilis a co lore. Argolica:græca.nam e Delo & e Delphis mittebantur pulchri pueri: i fra appellabit Delphicū cinædum.

Fluit:nauigat tibi. Feciſti rē diffici lē.i.redegiſti ſubſtātiam in pauptatem Ita enī itelligit q̄is dicere uideatur in uita municipali dulciſſima feciſti rem grauem & laborioſam:& ex hac illuſio ne riſum mouet.

Prætorem: Gaurus petierat a præto re:ut daret ſibi centum ſeſtertia: ut poſ ſet iuſti cenſus eques comitari Domi tianum:negauit prætor: qm̄ erat datu rus cētū milia Scorpo aurigæ: de quo i fra Martialis:huic Caligula conſulatū deſtinauerat præter multa munera: & infra poeta conqueritur Scorpum acce piſſe multa una hora: ait poeta ingra tum eſſe prætorem:qui uult dare equo Scorpi & non dare equiti.

Domio:Domitiano. Male diuitis: quia male utit̃ diuitiis. Ah pudet ingratæ:ĩgratæ ĩ amicos:& in eos qbus debet dare. Cætera epigrãmata sũt clara.

Nihil:Amianus uiuo patre ꝑ luxum multa cõsumpserat quẽadmodũ supra philomusus:idem eni ferme ẽ argumẽtũ: nã Amianus & philomusus cõstitutã a patre pecuniã accipiebat:tm̃ autem absumpserat :ut pater moriẽs nihil habuerit qd̃ relinqueret p̃ter tritã uestẽ: ut recentes codices habent:ut antiquiores p̃ter aridã uestẽ:ut intelligas cathedrã quæ lintheis:loris uiciebat̃ : placet magis : ut secutus fidẽ antiqui codicis arridam uestem eius.i.rudẽ quã gladiatores emeriti accipiebant: ut intelligas Amiani p̃rem gladiatorẽ emertum fuisse:ĩcredibile accidisse: ait Martialis: ut Amianus ꝓdigus q pauloante luxuriabatur:& ut id licentius agere posset: optabat patris mortẽ:nunc p̃rem uiuũ optat:quia.s.plus a uiuo habebat quã a mortuo nunc acceperit. Vltimis cæris.i.testamento.

Exigis:Quintus postulabat a Martiale libellos. Triphon:enim proprium bibliopollæ. Sanus:sana mente. Fatue:stulte:ut ego donem.

Cũ grauis:Laudat libertatẽ Vestini: q dãnatus a Nerone tm̃ tpis postulauit q̃tũ satis eẽt ad distribuẽdas opes suas amicis:hoc facto q̃uis iuuenis moreret̃ putauit se mori senẽ:q̃si maximũ uitæ mun⁹absoluisset. De supplicio Vestini & eius cã satis sit referre uerba taciti q̃ hæc sũt:cũ scriberet de Nerone:Opiebat̃ ut Vestinus ĩ crimẽ traheret̃ odiũ ex nimia sodalitate : dũ hic ignauiam prĩcipis deridet ille ferociã aĩ feretur: recens cã ꝙ Statiliã Messalinã sibi matrimonio iunxerat:haud ĩgnarus inter adulteros eẽ Cæsarẽ:tũ narrat eũ uocatũ fuisse a militibus ad tribunũ: accitũ statĩ medicũ:qui uenas soluerit conuiuis:qui cũ Vestino erant:nõ nihil ꝓuecta nocte amissis hoc qd̃ scribit Marde opibus diuisis: Tacitus prætermisit nec meminit Traquillus. Grauis.i. moriturus. Sorores:parcas. Vltima pẽsa.i.ultimũ filũ uitæ suæ. Stamina puella.i.nigra:nã parcæ dicunt̃ trahere fila nigra infœlicibus. Defunctus: sibi:relicta cura de se. Vota tam pia: quia nõ rogabat uiuere ꝓ se:sed ꝓ amicis:quibus ĩpartiret̃ opes.

Dicebatque suis hæc tantum deesse trecentis
Vt posset domino plaudere iussus eques.
Prætor ait scis me scorpo thalioque daturum
Atque utinam centum milia sola darem.
Ah pudet ingratæ:pudet ah male diuitis arcæ:
Quod nõ das equiti:uis dare prætor equo

Ad Sextum.

Inuitas centum quadrantibus:et bene cœnas:
Vt cœnem inuitor sexte:an ut inuideam?

Ad Fabianum.

Omnis quas habuit fabiane licoris amicas:
Extulit:uxori fiat amica meæ.

Ad Pamphilum.

Tu setina quidem semper:uel massica ponis
Pamphile:sed rumor tam bona uina negat.
Diceris hac factus celebes quater esse lagena:
Nec puto:nec credo pamphile:nec sitio.

De Amiano.

Nihil amiano præter aridam uestem:
Moriens reliquit ultimis pater cæris.
Fieri putet posse quis marunille:
Vt amianus mortuum patrem nolit.

Ad Sophronium.

Quero diu totam sophroni ruffe per urbem:
Si qua puella neget:nulla puella negat.
Tãquam fas non sit:tãquam sit turpe negare:
Tãquam non liceat:nulla puella negat
Casta igitur nulla est:castæ sunt mille:quid ergo
Casta facit?non dat:non tamen illa negat.

Ad Quintum.

Exigis ut donem nostros tibi quinte libellos:
Non habeo:sed habet bibliopola triphon.
Aes dabo pro nugis et emam tua carmina sanus:
Non inquis faciam tam fatue:nec ego.

De Vestino.

Cum grauis extremas uestinus duceret horas:
Et iam per stygias esset iturus aquas:
Vltima uoluentes orauit pensa sorores
Vt traherent parua stamina puella mora.
Iam sibi defunctus caris dum uiuis amicis
Mouerunt tetricas tam pia uota deas.
Tum largas partitus opes a luce recessit:
Seque mori post hoc credidit ille senem

Aſpicis:Eodem argumẽto ſupra eſt epigramma de dammis: quæ inter ſe concurrentes ceciderũt præbẽtes Cæſari ſpectaculum. Fortia prælia:pugnas. Tentẽt:meditentur. Mitte canes:pugnẽt tua gr̃a Cæſar:atſi indicaueris eis tibi non placere:ut pugnent:deſiſtent.

O fœlix:Laudat Nigrina quæ mortuo pr̃e diues facta oẽs diuitias cõmunicauit cũ uiro q̃uis dotem olim dediſſet:plus iquit Mar.hoc eẽ q̃ qd egerũt Euadne & Alceſtis:quarũ utraq; icredibili in maritũ amore ſe ĩ rogũ iniecit audita cõiugis morte:nã Nigrina uiuens amorẽ ſuũ teſtificata ẽ illarum utraq; moriens. Iuuat te.i.uis.

De Dammis.

Aſpicis imbelles tentent qua fortia dammæ:
Prælia:tam timidis quanta ſit ira feris?
In mortem paruis concurrere frontibus audent.
Vis cæſar dãmis parcere:mitte canes.

Hoc epigramma paulo aliter in quibusdam recentioribus exhibetur.

De Nigrina. 74

O fœlix animo:fœlix nigrina marito:
Atque inter latias gloria prima nurus:
Te patruos miſcere iuuat cum coniuge cenſus
Gaudentem ſocio participẽque uiro.
Arſerat euadne flammis iniecta mariti:
Nec minus alceſti fama ſub aſtra ferat.
Tu melius certe meruiſti pignore uitæ:
Vt tibi non eſſet morte probandus amor.

In auarum amicum.

Milia miſiſti mihi ſex bis ſena petenti:
Vt bis ſena feram:bis duodena petam.

In Zoilum inuidum.

Nũquam diuitias deos rogaui:
Contentus modicis meoque lætus.
Paupertas ueniam dabis recede
Cauſa eſt tam ſubiti nouique uoti:
Pendentem uolo zoilum uidere.

In Afrum.

Condita cum tibi ſit iam ſexageſima meſſis:
Et facies multo ſplendeat alba pilo:
Diſcurris tota uagus urbe:nec ulla cathedra eſt:
Cui non mane feras irrequietus aue.
Et ſine te nulli fas eſt prodire tribuno:
Nec caret officio conſul uterque tuo.
Et ſacro decies repetis pallatia cliuo:
Saturioſque modos:parthenioſque ſonas.
Hæc faciant ſane iuuenes:deformius affer:
Omnino nihil eſt ardelione ſene.

Ad Mathonem.

Cẽſus:diuitias q̃ uenerũt a pr̃e. Arſerit:eſto q; aſerit. Alceſtis: filia regis theſſaliæ:uxor Admeti:mater Eumeli: quĩ auctore Hom.xi. nauibus ad Troiã nauigauit: cũ datum cẽt oraculum Admetũ interiturum niſi aliquis ex ꝓpinquis ſponte obiret:ipſa ſe in rogum iniecit.Ouidius:Si mea mors redimenda foret qd abominor eẽt: Admeti cõiunx quã ſequereris erat. Iuue. Spectãs ſubeuntẽ fata mariti Alceſtẽ. Euadne. Martis filia ex Thebe Aeſopi uxor Capanei audita cõiugis morte ſe ĩ rogũ iniecit.ita apud Ouidium loquẽs:Accipe me capaneũ cineres miſcebimus iquit.

Pignor:monumẽto teſtificatiõe certæ uitæ:nã uiuẽs uoluiſti teſtificare amorẽ tuũ. Vt tibi nõ eſſet morte ꝓbãdus amor:idẽ uoluiſti hoc: ut tibi non ſit opus teſtificari amorem morte.

Milia:Ad amicũ qui miſerat ſex milia cum Mar.eum biſſenna rogauerit: inquit Mar. ut Biſſẽna habeat ſe uelle petere.xxiiii.milia:nam dat dimidiũ: ita dat.xii.quæ petierat.

Nũq̃:In Zoilum inuidũ:petit diuitias Martialis ut eaꝝ inuidia ſe ſuſpendat:nam inuidi pingebant apud antiquos ſtringentes ſibi guttur & ſuffocãtes ſe:ita liuor ĩ euocatione Silii deſcribitur apud inferos. Cauſa quæ eſt? ĩterrogat ſe. Noui uoti: qa opes petas. Pendẽtẽ:ſuſpenſũ inuidia.

Condita:In Afrum ſenẽ: & iuuenis munera ſubeuntẽ in officiis erga diuites ait poeta:cum ſit turpe omnibus ſectari id inſtitutum uitæ: hoc eſt anxie ſalutare uenerari:colere palatinos: ſeni uero eſſe turpiſſimũ. hæc officia q anxie præſtat dicitur ardelio:nã ardeliones dicuntur:q ſtudioſius ad oĩa accurrunt:nulla in re permanẽtes. Lx. meſſis.i.cũ ſis natus.lx.annum. Nulla cathedra.i.nullus dies eſt quẽ mane non ſalutes: uel cathedra mulierũ diuitum.Hora.inter diſcipularum iubeo plorare cathedras. Et nullis tribunis fas.i.nullus poteſt. Saturioſq; modos:codex antiquus habet ſigerioſque modos:ſed Tranquil. ſcribit ſaturium:& non ſigerium.Saturio erat decurio cubiculariorum Domitiani Parthenius cubicularius. Si legis ſigerios emendetur dictiõ eadem apud Tranqllum: ut pro ſaturio ſcribatur ſigerius:conueniant enim neceſſe eſt Tranquillus & Martialis: quando de cubiculariis uterq; loquitur. Sonas:loqueris. Ardelione:curſore ambitioſo:ab ardeo.i.feſtino:ita poeta uerbum fecit.

Hoſpes:Matho emit uillam Martia. ad quã ſæpe accedebat. Impoſui: decepi te. Tuum rus:quia eo tanquam tuo utebaris.

Declamas: In Mathonẽ qui diſertus uolebat haberi:cum laborans febre declamaret:ait Mar.eum inſanire: nõ eẽ locũ ĩ febre declamatiõis: niſi forte id ageret cã prouocãdi ſudoris:& nõ oſtẽdendæ eloquẽtiæ.Matho reſpõdit declamare ĩ febre magnã rem eſſe: maior inquit Mar. eẽt ſi poſſet tacere: cũ dolor cogat eum clamare:cũ exurat uiſcera febris.i.res magna o Matho tacere: hoc eſt difficile ſilere:quaſi diceret uideris potius ingemiſcere ꝓpter dolorẽ quã declamaſ. Phreneſis:iſania. Hemytriteus.i. laborãs febre hemytriteo.

Hos:rogat Ruffũ:ut hos quoq; libellos cõmẽdet Venuleio:rogatq; ut legat: at ſi fuerit difficile legẽ duos libellos plicetur alterius librichartæ:ut unus tãtum uideaſ liber:& eo lecto alter tradatur.Ita fiet:ut nõ duo:ſed unus uideaſ legi. Imputet:aſcribat & tribuat. Aure nõ tetrica.i.nõ graui cẽſura.

Securo:In Neuolũ q uel minima rẽ fœlicitate ita efferebaſ: ut oẽs cotẽneret. Idem ſiqd paulũ male ceſſiſſet: & ꝓpterea eẽt anxius:ſũmiſſe;& humiliter donabat:uenerabatur ĩuitabat. Ait Mar.ſe optare cũ aliter nõ exerceat Neuolus uirtutẽ:eũ eẽ ſemꝑ ſollicitum.

Securo: cũ nihil times. Sollicito: cũ aliqd times. Nec quiſq̃ liber.i.nullũ putas liberẽ & notũ præarrogãtia. Ita monet elatũ alterius fortunæ.

Non ẽ:In Thaidẽ fellatricẽ ĩ quã etiã ſupra ẽ illud diſtichon.Quid me thaĩ ſenẽ ſubinde dicis/q; ꝓbet ſe ñ futuiſſe Thaidẽ:ſed irrumaſſe. Immo fellat: ergo irrumabaſ Thaĩs & nõ futuebaſ.

Nos bibimus:In Põticũ q cõuiuis aliũ uinũ dabat: q̃ ipẽ biberet: ait Martialis eũ uti mirino uaſe:qđ fuſcis maculis ẽ diſtinctũ:& dare uaſa uitria cõuiuis:ne ſi ipſe quoq; uitro biberet diuerſũ uinũ notaret. Ne calix ꝓſpicuus.i. niſi tu biberes uitro. Prodat & indicet te non bibere idem uinum.

Si uis auribus:Monet libellum:ut paret ſibi patronum Appollinarem:ut ſupra eſt:meus ſcazon.

Hoſpes eras noſtri ſemper matho tyburtini:
Hoc emis:impoſui:rus tibi uendo tuum.

In Mathonem.

Declamas in febre mathon hanc eſſe freneſim
Si neſcis:non es ſanus amice mathon.
Declamas æger:declamas hemytriteos:
Si ſudare aliter non potes:eſt ratio
Magna tamen res eſt:erras cum uiſcera febris:
Exurit:res eſt magna cacare mathon.

De Fabulla.

Epigramma noſtrum cum fabulla legiſſet:
Negare nullam quo queror puellarum:
Semel rogata bis terque neglexit
Preces amantis:iam fabulla promitte:
Negare iuſſi:pernegare non iuſſi.

Ad Ruffum.

Hos quoque commenda uenuleio ruffe libellos:
Imputet et nobis otia parua:roga.
Immemor et paulum curarum operũque ſuorum:
Non tetriga nugas exigat aure meas.
Sed nec poſt primum legat hæc: ſummũ ue triatẽ
Sed ſua cum medius prælia bacchus amat.
Si nimis eſt legiſſe duos tibi charta plicetur
Altera;diuiſum ſic breue fiet opus.

In Neuolum.

Securo nihil eſt neuole te peius eodem:
Sollicito nihil eſt te neuole melius.
Securus nullum reſalutas:deſpicis omnes:
Nec quiſq̃ liber:nec tibi gratus homo eſt.
Sollicitus donas dominum:regẽque ſalutas:
Inuitas:eſto neuole ſollicitus.

In Thaidem.

Non eſt in populo:nec urbe tota:
A ſe thaida qui probet fututam:
Cum multi cupiant:rogẽtque multi.
Tam caſta eſt rogo thais:immo fellat:

In Ponticum.

Nos bibimus uitro:tu mirra pontice.quare?
Prodat perſpicuus ne duo uina calix:

Ad librum ſuum.

Si uis auribus atticis probari:
Exhortor moneoque te libelle:
Vt docto placeas appollinari.

Nil exactius eruditiusque est
Sed nec candidius benigniusque:
Si te pectore:si tenebit ore:
Nec ronchos metues malignorum
Nec scombris tunicas dabis molestas:
Si damnauerit:ad salariorum.
Curras scrinia protinus licebit.
Inuersa pueris arandæ chartæ:

88. De Bassa.

Infantem secum semper tua bassa fabullæ
Collocat:et lusus delitiasque uocat.
Et quod mireris magis:infantaria non est:
Ergo quid in causa est?pædere bassa solet.

In Dissimulatorem septitianum.

Nulla remisisti paruo pro munere dona:
At iam saturni quinque fuere dies.
Ergo nec argenti se scrupula septiatine
Missa:nec a querulo mappa cliente fuit.
Antipolitano nec quæ de sanguine thynni.
Testa rubet:nec quæ coctana parua gerit.
Nec rugosarum uimen breue picenarum:
Dicere te posses ut meminisse mei.
Decipies alios uerbis uultuque benigno:
Nam mihi iam notus dissimulator eris.

De Rusticatione.

Rure morans quid agã respondeo pauca.togatus
Luce deos oro:famulos post arua reuiso.
Partibus atque meis iustos indico labores.
Inde lego:phœbumque cio:musamque lacesso
Hinc oleo corpus frico:mollique palæstra.
Stringo libens:animo gaudens fœnore liber.
Pondero:poto:cano:ludo:lauo:cœno:quiesco.
Dum paruus lichnus modicum consumit oliui:
Hæc dat nocturnis nox lucubrata camænis.

Ad Librum.

Ohe iam satis est ohe libelle.
Iam peruenimus usque ad umbilicos:
Tu procedere adhuc et ire quæris.
Nec summa potes in sceda teneri:
Sic tanqua m tibi res peracta non sit:
Quæ prima quoque pagina peracta est:
Iam lector quæ riturque:deficitque.
Iam librarius hoc et ipse dicit.

Candidius:magis alienum ab inuidia.
Tunicas:cuculos. Salariorum:puero rum uendentium salsamẽta. Arandæ: plicandæ.

Nulla: Miserat carmina septitiano Martialis in Xeniis:Xenia aũt erant mu nera:quæ in saturnalibus amicis mitte bantur ab iisdem qui acceperant remit tebantur munera:quæ apophoreta dice bantur.Qui ergo Xenium miserat apo phoretum expectabat:sed Martialis ni hil ĩ apophoretis a Septitiano acceperat.

Dissimulator apud Martialẽ ille etiã dicebatur qui postulantem aliquid ami cum:simulabat se non intelligere infra.

Dissimulas:facies me puto causidicum

Et iã fuere:ideſt iam præteriere satur nalia:quæ quinque diebus durabant.

Scrupulum:est genus ponderis; quod apud Pli.sæpe potes inuenire argẽti scru pula:nam mittebantur ligula argentea: Coclearia:certo põdere.Mappæ.& mit tebantur in saturnalibus. Muria:gen us liquaminis salsi:& precio sissimi. An tipolitani thinni:nam muria illic erat optima:quemadmodum clazomene no biles erant garo & uas muriæ mittebatur in saturnalibus. Infra ita loquitur:Anti politani fateor sum filia thinni. Antipo lis iuxta urbem erat in ianiculo ĩ Hispa nia ad littus gallicum. In asia:de qua pu to intelligendum. Cortana: paruas fi cus syriæ:syriæ autem paruæ erant:bre ue uimẽ:breuis cista. Dissimulator:qa simulas te non intelligere quid uelim: nam misi munus:ut munus acciperem: sed tu dissimulas:non mittam igitur am plius:cum sciam te esse dissimulatorem

Ohe iam:Alloquitur librum: monet que iam esse quiescendum. Ohe uerbũ peculiare Horatii. Satur est quũ dicit Horatius:ohe. Vsque ad umbilicos: ideſt ad finẽ:ut Porphyrio sentit. Sce da:tabula rudis:quæ papyro superindu cta conficiebatur.Pli.de papyro Supina tabula sceda superinducit papyrus: Ex hoc igitur ait scedam excedis:& quod ex cedebat scedã amputabatur. Vult enim notate librum nimium crescere. Non sit res peracta tanquam non expleueris lectorem:sed ea res perfecta. Prima pa gina:ideſt etiam pagina lectorem tedio expleuisti. Deficit:lassus est.

Oc tibi palladiæ ſeu collibus. Dicatur hic quintus liber Domitiano: ut eum cum fuerit in ſeceſſu ſolutis curis perlegat: orat tantum ut accipiat librum: & ipſe putabit lectum eſſe. Merito mittitur hic Domitiano: quoniam nihil eſt auribus principis ĩdignum: Sales laſciui adſunt. Albæ palladiæ: albam palladiam: appellat quoniã Domitianus quinquatria Mineruæ illic inſtituerat iſtituto etiam collegio ſacerdotum. Vteris collibus albæ: ideſt uerſaris albæ. Triuiam: ideſt arthemiſium tẽplũ dianæ ad aritiam: quod ex monte albano proſpiciebatur. Tetym: ideſt mare: nam & maris ex mõte albano eſt proſpectus. Veridicæ ſorores: ideſt fortunæ antiatinæ: ideſt ſiue es Antii: ubi colebatur fortuna ſub duarum ſororũ imagine: auctor eſt Macrobius in ſaturnalibus meminit Tranquillis earum templum opulentum fuiſſe ſcribit Porphirio.

Eg. Phil. a Turre Monumenta Veteris Antii p. Part. I. c. 1. ſive Act. Erud. A. 1701. m. Jun. p. 258. ſq. ſive Nouv. de la Rep. des Lett. A. 1702. m. Apr. p. 365. ſq.

Reſponſa: dãda mortalibus. Diſcũt: nam minora numina a ſuperioribus numinibus diſcere dicuntur reſponſa danda mortalibus. Virgilius: Nam cætera Luno Me uetat. Suburbani freti: nam Antium conditum eſt medio ſaxo abluente mari: ut quaſi in ſuburbio fretum eſſe uideatur. Aeneæ nutrix: hoc eſt ſiue es Caietæ: Nam caieta a nutrice Aeneæ nomen accepit ut noſtris placuit ſcriptoribus: quamuis Strabo Caietã dictam putet: quoniam la cones curua omnia Caieta dicunt. Sinum caietanum curuum appellarunt. Antium ſine portu erat aptũ ſeceſſui: & principibus præſertim conceſſum ad uacationem rerum urbanarum: ut Strabo. Seu filia ſolis: ideſt es circeis: nam circei a Circe ſolis & Perſæ filia dicti ſunt: quamuis Diodorus præter Homeri & Apollonii ſententiam Circem filiam Aetæ & Echates fuiſſe tradat. Anxur: lingua uolſcorum: Terracina latine dicitur: eadem trachinia: quamuis liuius aliter ſcribat ſuperioris ſententiæ auctore Plinio. Aquis ſalutiferis: ob paludem: quæ ante terracinã erat a duobus fluminibus confectam non parua aquarum ſalubritate. Candidus anxur: dicitur candore ſaxorum. Oratius neutro genere proferens. Impoſitum late ſaxis candentibus anxur. Quo ſoſpite: ſcilicet Cæſare. Credimus ioue ẽſſe gratum: non immemorem beneficiorũ ſibi collatorum: quoniam olim Cæſar puer capitolinum louem defendit una cum patruo Sabino: ut alibi: Prima ſuo geſſit pro loue bella puer: quod Silius in tertio tetigit: Et præterea nuper Cæſar loui templum erexerat: Galla credulitate: quia Strabo tribuit gallis credulitatem: & creduli ſunt præter cæteros: præterea ſtolidi: ut galla legas: ideſt ſtolida.

Ohe iam ſatis eſt ohe libelle:

Epigrammaton. M. V. Martialis Liber Quitus.

h

Oc tibi palladiæ ſeu col
libus uteris albæ
Cæſar et hinc triuiã pro
ſpicis inde thetym
Seu tua ueredicæ (fati) diſcũt
reſponſa ſorores.
Plana ſuburbani qua cubat unda freti.
Seu placet æneæ nutrix: ſeu filia ſolis.
Siue ſalutiferis candidus anxur aquis.
Mittimus o rerum felix tutela: ſaluſque:
Soſpite quo gratum credimus eſſe iouem.
Tu tantum accipies: ego te legiſſe putabo:
Et tumidus galla credulitate fruar.

Ad lectores.

Matronæ puerique uirgineſque
Vobis pagina noſtra dedicatur:
Tu quem nequitiæ procatiores
Delectant nimium: ſaleſque nudi
Laſciuos lege quattuor libellos.
Quintus cum domino liber iocetur:
Quem germanicus ore non rubenti
Coram cecropia legat puella.

Ad Domitianum.

Accolæ iam noſtræ degis germanicæ ripæ:
A famulis iſtri qui tibi uenit aquis.

Matronæ: ad matronas honeſtas & pueros ſcribit: & dedicat hunc librum. Nequiciæ procatiores: ideſt ſcurilitatis. Sale nudi: ideſt ipudentes ioci. Quintus iocatur: ideſt quintus liber iocatur una cum domino: nam in hoc libro dominus uerſatur. Germanicus: Domitianus: qui id ſibi nomen aſſumpſit populis germaniæ deuictis. Puella cecropia: de domitia uxore potes intelligere: ſed placet intelligas de Pallade: quam colebat. Alii ſentiunt de Iulia filia Titi Veſpaſiani: quam domitianus ardentiſſime amauit. Ore non rubenti: ſine rubore.

Accola: Datis obſidibus Domitiano a dacis: Degis Regulus inter eos cum Domitianum uidiſſet: mea inquit ſors qui ſum obſes melior eſt quam fratris qui eſt liber in dacis: quoniam mihi licet prope intueri germanicum: quem ille tam longe colit. Noſtræ ripæ: tyberis qui a dacis tibi miſſus.

Lætus et attonitus uiſo modo præſide mundi:
Affatus comites dicitur eſſe ſuos.
Sors mea qua fratris melior:cui tam prope fas eſt:
Cernere:tam longe quem colit ille deum.

In Myrtalem.

Fœtere multo myrtale ſolet uino
Sed fallat ut nos:folia deuorat lauri
Merumque cauta fronde non aqua miſcet:
Hanc tu rubentem prominentibus uenis
Quotiens uenire paule uideris contra
Dicas licebit myrtale bibit laurum.

Ad Sextum

Sexte palatinæ cultor facunde mineruæ:
Ingenio frueris qui propiore dei.
Nam tibi naſcentes domini cognoſcere curas:
Et ſecreta ducis pectora noſce licet.
Sit locus et noſtris aliqua tibi parte libellis:
Qua pædo:qua marſus.quaque catullus erit.
Ad capitolini cæleſtia carmina belli:
Grande cothurnati pone maronis opus

Ad Muſas.

Si non eſt graue:nec nimis moleſtum
Muſæ parthenium rogate ueſtrum.
Sic te ſerior et beata quondam
Saluo cæſare finiat ſenectus:
Et ſis inuidia fauente fœlix.
Sic burrus cito ſentiat parentem:
Admittas timidam breuemque chartam
Intra limina ſanctioris aulæ.
Noſti tempora tu iouis ſereni:
Cum fulget placidus ſuoque uultu:
Quo nil ſupplicibus ſolet negare.
Non eſt quod metuas preces iniquas.
Nunquam grandia nec moleſta poſcit:
Quæ cedro decorata purpuraque
Nigris pagina creuit umbilicis.
Nec porrexeris iſta:ſed teneto.
Sic tanquam nihil offeras.agaſque:
Si noui dominum nouem ſororum
Vltro purpureum petet libellum.

Ad Vulcanum

Lætus:Degis. Mea ſors:quamuis ſim obſes. Degis:proprium nomen obſidis.

Fœtere. Myrtale ebria ſolebat mero admiſcere folia lauri ne uinū oleret:ſed id ad ebrietatem quoque uitandam erat aptum:nam Theophraſto auctore laurus ebrietati aduerſatur:iocatur poeta ī myrtalem poſtea quam inquit non uult uideri bibiſſe uinum:quotiēs uideris eā rubicundo ore dicas bibiſſe laurum. Decipiat nos:ideſt ut occultet odorem. Promitentibus uenis: nam id exiſtit in ebrio. Licebit dicas:poteris dicere. Bibit laurum:ideſt enim erit ac ſi diceres: bibit uinum & ebria eſt.

Sexte:Mittit librum ad Sextum ſcribā & conſiliarium domitiani: rogatque ut eum collocet inter leuiores poetas: nam libris de bello geſto capitolino a Domitiano olim conueniunt grauiora poemata. Mineruæ palatinæ:qui muſas & ſtudia palatina exerces. Naſcentes:ideſt primas curas domitiani. Inter carmina belli capitolini:ideſt inter opera ſcripta de bello capitolino geſto a domitiano.

Si non eſt: Verſus phallecius eſt:mittit carmina domitiano; ſed rogat Parthenium cubicularium ut librum principi afferat:cū tempeſtiuum erit;neque porrigat:ſed legat uidente domitiano: qui cum ſit ſtudioſus litterarū ſtatim poſcet libellum:fingit ſe eſſe ante hoſtium: & accerſere per muſas Partheniū: uel eas alloquatur:& quæ ſequuntur ſint mandata ad Partheniū. Parthenius colebat muſas iccirco ueſtrum. Sic:uerba Martialis obteſtantis ad Partheniū qui præfectus cubiculi erat domitiani:auctore Tranquillo. Finiat;abſoluat tuam uitam. Inuidia fauente:ideſt inuidis etiā fauentibus:nam ei qui honeſtum gratiæ locum retinet:illi etiam qui inuident faueāt:ut ſit ſenſus:ſic ſemper retineas iſtū gratiæ locum: Burrus;natus Partheniī & proprium uiri nomen apud Tacitum.

Iouis ſereni;apto uerbo in metaphora uſus eſt:nam cum dixiſſet Iouis:addidit ſereni. Nam ſerenus Iuppiter dicitur.

Iniquas preces:quia multa petam:& iniuſta precer. Vmbilicus:ut Porphirio interpretatur:erat ornamentum:quod extremis partibus librorū addebatur: uel ex oſſe:uel ex ligno unde dicitur reſperuenit ad umbilicū: ideſt ad finem. Cedro:nam libri auctore Vetruuio oleo cedrino tincti non timent nec tineas nec cariem:& Hemina ī annalibus ſcriptū reliquit libros Numæ repertos a Cn. Terentio ſub ianiculo non fuiſſe conſumptos:quoniam cedrati eſſent. Alii codices pliniani habent Cærati.

Qualiter:Laudatur Domitianus:quod multa ædificia incendio assumpta instauraverit renoua tam esse urbem sub Domitiano:factamque nitidiorem:ut phœnix nitidior est:cum renouatur:nã comburit se phœnix;& ex cineribus alter phœnix nascitur. Apte poeta renouatã urbem ab icendio comparauit phœnici:quæ ipsa arsit:auctor est Tranquillus huius instaurationis in Domitiano. Manilius togatus scribit uiuere annos phœnicem.cccccc.&.lx.& consecratam esse soli in Arabia:conuersionem magni anni fieri cum moritur nam extrema senecta comburit se surculis turis;& aliis ramis odoratis. Exuta:ideſt depoſuit ſenectam cariem. Sumpſit uultus: ideſt iuuentutẽ: innouationẽ. Sui præſidis: Domitiani. Vna auis:ſola auis phœnix:& ſemper ſola eſt. Noſtræ querelæ:nonnulli codices habent notæ: ut dicas Vulcane parce:& noli iactare amplius querelam tuam omnibus quod ſcilicet Venus uxor tua concubuerit cũ Marte auctore generis romani:ſi legis noſtræ ideſt noli amplius agitare noſtras querelas. Turba Martis:nã habemus genus a marte:quem odiſti: ſed habemus etiã a Venere genus;quam amas. Cathenis Iemniacis:quibus deprehendiſti Venerem cum marte in adulterio: Homerus auctor in primis. Amet te patienter: quamuis ſis claudus & deformis.

Edictum:Phaſis libertus cum legitimum equitis cenſum non haberet lacernis purpureis uolebat uideri eques,& cũ nuper Domitianus iuſſiſſet ſeruari legẽ Othonis:ne cui liceret ſedere ĩ.xiiii. gradu:niſi equeſtrem cenſum haberet: hic ĩ Theatro iactabundus laudabat legem quaſi ipſe eſſet eques:ſed Lectius cui ordinis theatralis cura erat demãdata iuſſit eum ſurgere. Phaſis:nomen proprium liberti:ſumptum a phaſi fluuio quẽ admodum Tanais libertus Meccœnatis olim ſũpſit a Tanai. Domini:ideſt domitiani.Domitianus cum epiſtolam dictaret ſic incepit dominus deuſque noſter ita iubet:unde inſtitutum eſt ut ita appellaretur. Purus:ideſt ſine colluuione plebis. Cõmodius licet ſedere: ideſt reddita eſt dignitas eqtibus. Illas lacernas: nam ſolis lacernis poterat uideri eques:ſed cenſum non habebat.

Languebam.Symmachus medicus:cuius alibi meminit multis diſcipulis comitibus acceſſit ad Martialem febre laborantem:diſcipuli autem illi erant iuniores manibus gelidis: ait poeta ſibi allatã fuiſſe maiorem febrem tactu illorum adoleſcentium:quam prius haberet:captus enim eſt amore: Nunc habeo:ſcilicet febrem ardore amoris.

Eſſe quid:Conqueritur poeta inuidia hominum fieri:ut mortuis tantum poetis tribuatur honos: & hoc accidere ait: quoniam eadem inuidia perturbati homines uetera nouis ſperante ponunt: eadem eſt ſententia Quinti,qui ſcribit iudicium de uiuis auctoribus liuore perturbari:& Ouidii:paſcitur i uiuis liuor: poſt fata quieſcit. Sua tempora:ideſt auctores ſuorum temporum. Pompeii umbram:ideſt porticum Pompeii:Domitiano:cuius porticum dicit præſtantiorem eſſe pompeiana:nam quod Domitianus condiderit porticum nulla quidem extat hiſtoria tradita uel a Tranquil.uel a tacito; ſed ab Euſebio tantum in temporibus quod uix potuerim reperire.

Qualiter aſſirios renouant incendia nidos:
Vna decem quotiens ſæcula uixit auis.
Taliter exuta eſt ueterem noua roma ſenectam:
Et ſumpſit uultus præſidis ipſa ſui.
Iam precor oblitus noſtræ uulcanæ querelæ:
Parce:ſumus martis turba:ſed et ueneris.
Parce pater: ſic lemniacis laſciua cathenis
Ignoſcat coniunx et patienter amet.

De Phaſide.

Edictum domini deique noſtri:
Quo ſubſellia certiora fiunt.
Et puros eques ordines recepit:
Dum laudat modo phaſis in theatro
Phaſis purpureis ruber lacernis.
Et iactat tumido ſuperbus ore.
Tandem commodius licet ſedere.
Nunc eſt reddita dignitas equeſtris.
Turba non premimur:nec inquinamur
Hæc et talia dum refert ſupinus.
Illas purpureas et arrogantes
Iuſſit ſurgere lectius lacernas.

In Symmachum:

Languebam:ſed tu comitatus protinus ad me
Veniſti centum ſymache diſcipulis.
Centum me tetigere manus aquilone gelatæ:
Non habui febrem ſymmache:nunc habeo.

Ad Regulum.

Eſſe quid hoc dicam:uiuis quod fama negatur
Et ſua quod rarus tempora lector amat:
Hi ſunt inuidiæ nimirum regule mores:
Præferat antiquos ſemper ut illa nouis.
Sic ueterem ingrati pompeii quærimus umbram:

Iulia tẽpla catulli:itelligit capitolium inſtauratum a Sylla & dedicatum a Catullo. Quarto enim conſtructum eſt capitolium a Tarquinio:quod Horatius dedicauit:euerſum bellis ciuilibus inſtaura uit Sylla :dedicauit catullus:bellis uitellanis inſtaurauit Veſpaſianus:eo moriente incenſum ſtaurauit Domitianus:ait ergo poeta præ iuidia homines anteponere porticum Pompeii porticibus Domitiani:& capitolium dedicatum a Catullo capitolio inſtaurato a Domitiano. Sic:propter inuidiam. Iulia templa:ideſt capitolium:alibi de filio Reguli:iulia tecta placent:ideſt tecta capitolina.

Et laudant catuli iulia templa ſenes.
Ennius eſt lectus ſaluo tibi romæ marone:
Et ſua riſerunt ſæcula mæonidem.
Rara coronato plauſere theatra menandro:
Norat naſonem ſola corynna ſuum.
Vos tamen o noſtri non feſtinate libelli:
Si poſt fata uenit gloria:non propero.

Vmbram Pompeii:ideſt porticum Põpeii. Saluo marone:cum poſſes legere maronem. Menãdro:quattuor menãdri fuerunt: menãder atheniẽſis auctor ueteris comœdiæ.Menãder laodicenus ſophiſta:menander bizantinus hiſtoricus:menander filius diopitis auctor nouæ comœdiæ Strabo:& inſani in mulieres amoris hic ſuo tempore non fuit habitus ĩ precio:nam ut ſcribit Quintilianus.Philemon paruis iudiciis ſui tẽporis eſt prælatus. Corinna:nomen puellæ fictum ab Ouidio:nam duæ fuerunt Corinnæ:utraque thebana & carminibus lyricis erudita:adeo ut iunior cum Pindaro contendiſſe dicatur: huius tumulus in boetia erat ipſius effigie: uitta coronata in monumẽtum ſuperati Pindari:auctor pauſanias:unde Ouidius puellæ ſuæ nomen honeſtum indidit.

De Stella.

Sardonicas ſmaragdos:adamantas:iaſpidas uno
Portat in articulo ſtella ſeuere meus.
Multas in digitis:plures in carmine gemmas:
Inuenies:ideſt hæc puto culta manus.

Sardonicas:Laudat carmẽ Stellæ:quo dicit eum conſecutum multas gemmas: An intelligit Violanthillam amicam de diſſe ei gemmas:quam opuſculo compoſito Aſteriden appellauit:& in cuius gratiam defleuit columbam:an ĩtelligit ab aliis etiam habuiſſe a Domitiano ut puto cuius uictoriam ſarmaticam cecinerit ut mox dicemus. Smaragdos:ſcilicet ĩ fine abiicias:demum facias colliſionem uocalium. Plures in carmine gemmas:ideſt uenuſtatem & floré uerborũ:

De Eadem.

Quod nutantia fronte pertinaci:
Geſtat pondera maſclion ſuperbus.
Aut grandis linus omnibus lacertis:
Septem quod pueros leuat:uel octo.
Res non difficilis mihi uidetur.
Vno cum digito uel hoc uel illo
Portet ſtella meus decem puellas.

Quod:Maſclion Ninus eodem argumento epigramma eſt de ſtella: ſed qui nominet duos Maſclionem & Ninũ prodigioſa oſtentatione uirium:horum nomina quod alibi non reperi:ſed mihi fit ueriſimile:eum ĩtelligere de Athanato: qui eius temporibus floruit.Is quinquagenario plumbeo thorace ĩdutus:& choturnis quingentorum pondo calciatus per harenam ingrediebatur:& de Fuſio ſaluo:qui duo centenaria pondo pedibus totidem manibus & humeris contra ſcalas ferebat:hoc genus geſtandi dedit Iuue. Corbuloni. Decem puellas:ideſt gemmas decem puellarum:alii ſentiunt precium decem puellarum:quod placet.

In Calliſtratum.

Sum fateor ſemperque fui calliſtrate pauper.
Sed non obſcurus:nec male notus eques.
Sed toto legor orbe frequens:et dicitur hic eſt:
Quodque cinis paucis hoc mihi uita dedit.
At tua centenis incumbunt tecta columnis:
Et libertinas arca flagellat opes.
Magnaque niliacæ ſeruit tibi gleba ſyenes.
Tondet et innumeros gallica parma greges.

Sum:In Caliſtratũ qui ſibi ſolis diuitiis placebat:ait enim & ſi non diues eſt:tamẽ ſe eũ eſſe:qui nõ poteſt eſſe caliſtratus:ſed quilibet e uulgo poteſt eſſe quod eſt caliſtratus.nã omnes diuites eſſe poſſunt:poetæ pauci. Non male notus:quia uirtute cognitus. Legor frequens:ideſt mea epigramma ta leguntur a multis. Et dicitur hic eſt:ut illud Perſii.Pulchrum eſt digito mõſtrari:& dicier hic eſt. Tua tecta cẽtenis colũnis:ideſt habes ſuperbas ædes. Opes libertinas:an quod fuerit libertus: an opes ĩgentes:nã libertos ĩperatorios ſupra cæteros mortales ditiſſimos eſſe ſcribit Plinius:ſuperaſſeque ciues ditiſſimos:ut Narciſſum:Palantem:& Caliſtum:quod placet:unde Tacitus ad Senecã ex Nerone:Pudet referre libertinos:qui ditiores ſpectantur. Opes libertinas:ideſt ingentes opes.

Gleba ſyenes:Syenes opp.ægypti quod fertile erat:alibi poeta.Mite tuas opes accipe nile roſas.
Parma:opp.galliæ ciſalpinæ. Hoc quod tu:ideſt diues. Et ſum:ſcilicet poeta.

Si tecum: Vita apud Martialē ut supra dictum est accipitur pro eo tēpore: quo in uoluptate honesta uersamur: neque quisquam dicitur uiuere apud hūc poetam: nisi qui relaxato animo molestiori bus curis honeste uoluptati uacat. Superba stemata: imagines. Gestatio: locus ubi antiqui gestabant. Virgo: aqua uirginis. Bonos soles: idest bonos dies.

Imputantur: idest ascribuntur tempori nostro: quod datum erat ad uiuendū.

Sedere: renouata lege theatrali a Domitiano multi qui prius temeritate sua promiscue sedebant ī plebeiam turbam retrudebantur: cum censum equestrem non haberent: nūc deridetur Manneius qui ex ordine equestri deiectus ī ultimū ordinem. & uix sedēs extrema parte sub selliī altero genu uidebatur stante cum altero sedere: tamen adhuc iactantibus dicebat se de sententia equitum sedere dimidium dimidia uero parte. Lectio: magistro theatralis ordinis iubēte se stare. In primo gradu: decimoquarto.

Tum: ante legem promulgatam. Occupare. capere ordines promiscue. Trā stulit castra: alludit ad equitem: idest discessit cum soleret sedere prius inter primos. Caput cucullo: an quia eū pudebat & nolebat agnosci: an quia uelis theatralibus ipse non tegeretur: uestē tegebatur. Indecens: sine dignitate. Et se stare lectio: idest altera parte stare iussu lectii: quasi hoc amare diceret ī Lectium: cui ex dimidia parte satisfacere uolebat: risus est poetæ.

Seria: Conqueritur Martia: quod cum multi delectentur eius carminibus: nihil donent & dissimilent se intelligere quid petat his iocis: intereaque omittat alias artes: præsertim agendarum causarum unde multū posset lucrari. Amice mihi: antiquus codex habet nō mihi: sed malo: quod placet ut dicat: es causa damno meo. Seria: idest res grauiores.

Quanti stet mihi: quanti mihi constet amor tuus meorum carminum: nam dū seruio tibi omitto alias res.

Hoc ego tuque sumus: sed quod sū nō potes esse.
Tu quod es: e populo quilibet esse potest.

Ad Martialem.

Si tecum mihi care martialis
Securis liceat frui diebus:
Si disponere tempus ocioſum:
Et ueræ pariter uacare uitæ:
Nec nos atria: nec domos potentum
Nec lites tetricas forumque triſte
Noſcemus: nec imagines ſuperbas.
Sed geſtatio: fabulæ: libelli:
Campus: porticus: umbra: uirgo: thermæ
Hæc eſſent loca ſemper: hi labores.
Nunc uiuit neuter ſibi: bonoſque
Soles effugere atque abire ſentit.
Qui nobis pereunt et imputantur.
Quiſquam uiuere cum ſciat moratur?

De Manneio.

Sedere primo ſolitus in gradu ſemper
Tunc cum licebat occupare manneius:
Bis excitatus terque tranſtulit caſtra.
Et inter ipſas pene tertius ſellas:
Poſt caiumque luciumque conſedit.
Illinc cucullo proſpicit caput tectus:
Oculoque ludor ſpectat indecens uno
Et hinc miſer deiectus in uiam tranſit
Subſellioque ſemifultus extremo
Et male receptus altero genu iactat:
Equiti ſe ſedere lectioque ſe ſtare.

Ad Cæſ. Do.

Quintus noſtrorum liber eſt auguſte iocorum
Et queritur læſus carmine nemo meo.
Gaudet honorato: ſed multus nomine lector:
Cui uictura meo munere fama datur.
Quid tamē hæc proſunt q̄uis uenerantia multos?
Non proſunt ſane: me tamen iſta iuuant:

Ad Lectorem.

Seria cum poſſim: quid delectantia malim
Scribere? tu cauſa es lector amice mihi:
Qui legis et tota cantas mea carmina roma:
Sed neſcis quanti ſtet mihi talis amor:
Nam ſi falſiferi defendere templa tonātis.
Sollicitiſque uelim uendere uerba reis.

Metreta: sunt qui putāt metretam pro genere uasis & cādi accipi: quo uerbo usus est Iuue. ut scilicet metretam accipiat pro amphora uinaria: uel potius pro uino supra. Septenaria sythesis sagunti: sed fuerit absurdum accipi metretam pro genere sordidæ pecuniæ: ut illyria habebat nummos quosdā peculiares: quos appellabat uictoriatos: afferebatque Romam gratia commercii. Templa falciferi tonantis: idest Saturni. nam saturnus nomen reorum erat: in cuius templo seruabatur ærariū romanorum: propterea poeta cum de reis loquitur huius meminit. hoc magis placet quam si dicas defēdere templa tonātis: idest publicū fiscū tueri. Cōuiua libellus: idest uix adhibebor in conuiuiis. Gratis: sine precio.

Plurimus hispanas mittet mihi nauta metretas
Et fiet uario sordidus ære sinus.
At nunc conuiua est commessatorque libellus:
Et tātum gratis pagina nostra placet.
Sed non hac ueteres contenti laude fuerunt:
Cum minimum uati munus alexis erat.
Belle inquis dixti: satis est laudabimur usque:
Dissimulas facies me puto causidicum.

In Gelliam.

Dū proauos attauosque refers et nomina magna:
Dum tibi noster eques sordida conditio est.
Dum te posse negas nisi lato gelia clauo:
Nubere nupsisti gelia cistifero.

Ad Quintianum.

Quod tibi decembri mense quo uolant mappæ:
Gracilesque ligulæ cæreique chartæque:
Et acuta senibus testa cum damascenis:
Præter libellos uernulas nihil misi.
Fortasse auarus uidear: aut inhumanus.
Odi dolosas munerum et malas artes.
Imitantur hamos dona: nanque quis nescit?
Auidum uorata decepi scaurum musca?
Quotiens amico diuiti nihil donat.
O quintiane liberalis est pauper.

Ad Cæs. Do.

Si qua fides ueri præferri maxime cæsar
Temporibus possunt sæcula nulla tuis.
Quando magis dignos licuit spectare triūphos?
Quando pallatini plus meruere dei?

Pagina: idest carmē. q. d. si daretur nō placeret Alexis puer datus Virgilio a Mecœnate: munera erat alexis: quæ Mecœnas dederat Virg. Dissimulas: simulas te nō intelligere quid uelim ut supra iā notus dissimulator. Facies me causidicum: idest coges me descendere ad causas agēdas cum nihil des: nihil enim dabis ut uideo: alibi: nec legis & laudas quæ tibi fama petit. Dum proauos: Deridet Gelliā quæ iactās nobilitatē suā cōtēnebat equitem: negabatque se nupturā nisi Latoclauo. Latoclauo uestē utebātur & nobiliores & ditiores & qui ea uestē utebātur latoclaui dicebātur. Trāquilus de nerone: A Latoclauo cuius uxorē attractauerat cæsus: idest tādē ut posset cōmiscere nupsit iudæo diuiti. Cophinus græce: & cista eodē uerbo dicūtur: id iudæi i supellectile habebāt. Iuuenalis: Cophinū fœnūque suppellex. Iudæus ergo potest dici cistifer: quia secū ferat i supellectile cophinū: & q obsonia ferunt mercede: cistiferi sunt: uel aliud aliquid uēdētes: deridet igit poeta gelliā q nupserit cistifero: cū putet se ditissimo nupsisse. Cistifer: cōmune uerbū est: & iudæo fortasse ditissimo: & pauperi mercenario. Noster eques sordida conditio: idest dū nōdū placet eques: & eū cōtemnis tanquam te inferiorem.

Quod: Ad Quintianū cui ait se mittere in saturnalibus non munera quæ mitti soleant: sed uersus: quoniam ea munera quæ mittunt a pauperibus: diuitibus: sunt dolosa: & plus petunt quā afferant: se tamen debere uideri liberalem: nā cū pauper nihil donat est liberalis: quia nihil petit. Vernulas: natos domi: mense decēbri in saturnalibus: Ligula: erat genus gladii auctore Gellio a similitudine liguæ: & p istrumēto accipi potest quod ad similitudinem linguæ conflatum usui est: ad aromata & condimenta tractanda: mittebatur ligula i saturnalibus: ut i distichis apertū est: Cæreus eriā mittebatur i distichis; Hic tibi nocturnos pīta bit cæreus ignes. Pruna damascena i distichis: Pruna pegrinæ carie rugosa senectæ: Sūmo solēt du ri soluer uētris onus. damasc nobilis urbs syriæ prunis: & mixis nobilis i saturnalib Domi. Spsa pruna. Papi. Quos pia germinat Damasc: Et carthæ mittebāt: ut i distichis: Seu leuiter noto seu caro missa sodali. Ois ista solet charta uocare suos: Et paulo post. Sēib: rugosis. Scaurus: pisces optius: solus rumiat: ut Pli. placet. lectiore cōmēdat: ut i Vitellii patia cōmēorat Trāquillus scaroꝝ iectiora. Si qua fides: instaurata urbe a Domi: & castigatis moribus: poeta conqueritur unum tantum uitium residere quod diuites amici nihil dent pauperibus. Si qua fides ueri: idest si ueritati credendū est. Quādo licuit: idest quando potuimus. Triumphos: an duplicem triumphū: quē egit Domi. de dacis: an pompas ludorum triumphos appellauit. Dei palatini: quando magis meriti sunt de patria quam tu Domitiane: quoniam expulsis delatoribus uoluisti unicuique esse uitam liberam.

Ingratas amicitias.i.ingratos amicos. Prosequit.i.afficit muneribus. Eques nõ alienus:eques nõ alienus a Mar.dicit:qui cẽsu suo equestrẽ optinet dignitatẽ:ad differẽtiã equitis qui quũ equo stipẽdiũ faciat eques est sed alienus:nã i militiã alienã mercede conducitur: In distichis:Felix cui comes est nõ alienus eques.Illic plura dicemus:Eques nõ alienus:ideſt qui diuitiis eques est:

Saturnalitiæ:Idem carpit hortans Domitianum ut cum alii non dent:det ipse. Est luxuria:ideſt nimium esse putant ciues romani. Reges tumidi:ideſt domini superbi. Selibræ:selibra media libra erat:quod pondus in muneribus saturnalitiis erat constitutum: inde apud hunc poetam reperies duas selibras tres libras. Scrupulum:genus ponderis.Flã marisue togæ hoc:ideſt si miseris togam flammarem decem scrupulorum. Flãmatæ:rubræ a colore flãmæ:& rubræ uestes:eadem metaphora ardere dicũtur: nam uestes purpureæ i saturnalibus mittebãtur:alibi:Cadmi municipes fera lacernas. Crepet:numeret:nam dum numerantur crepitum faciunt nummi.

Quatenus:ideſt quoniam. Esto amicus:ideſt dona:ita appellat amicũ Martialis. Dulcior:liberalitate. Quintum:Apollodorum rhetorem memoriæ infirmæ deridet:de quo alibi extat epigramma:qui ne amicos quidem suo nomine salutabat:sed tandem cœperat recte salutare & appellare:Ait poeta hoc accidisse eius labore quod scripserat memoriæque mandauerat multos fuisse Apollodoros supra est dictum:Appollodoro gaudet imbrifer Nilus. Quĩtum iocus est in nominibus Quintum & decimum & Marcũ & crassum:ut ostendat eum infirmæ prorsus memoriæ quũ nec his quidem nominibus seruetur.

Mane domi:Cõqueritur quod post lõgæ uiæ labores non iueniat Paulum domi quem possit salutare: ante enim exierat quam uenerit Martialis inter cætera poeta uota optat multis in locis somnũ: alibi se reliquisse urbem:cũ ibi non posset dormire scribit:Matutine cliẽs urbis mihi causa relictæ.ait ergo se non posse colere Paulum:neque eum dominũ habere nisi dormiat. Sint longius:adiurãtis est:ideſt nisi uolui te uideres. Tuæ æsquiliæ quarum interuallum mihi est molestum:sint etiam lõgius.Aesquiliæ: in quibus habites:non conqueror longitudinẽ uiæ:sed quia subeo multa discrimina. Pila tyburtina:locus in urbe erat ex lapidibus tyburtinis: solet poeta ab obscuris locis uel exiguis domũ suã designare ut alibi:Lõgũ est si uelis ad pirum uenire. Iouẽ antiquũ:an ueteris capitolini Iouis uestigia:an de foro antiquo intelligit:an antiquũ louẽ dixit:ut Papi. dixit ad differẽtiã Domitiani noui Iouis:placet prima sentẽtia:ex auctoritate Varronis est. Vincẽda semita:ideſt oportet me superare cliuũ suburbanũ. Nũquã sicca:nõ cõtaminata luto. Mulorũ:uix possũ superare multitudinẽ mulorũ.luue.Stãtis cõuitia mãdræ. Codex antiquus habet murorum:quod non placet ut mandras muros intelligas saxa passim iacentia:quod insequens uersus uidetur probare. Trahi multo: eadem incommoda commemorat Vmbritius apud Iuuenalẽ. Coruscat longe abies. Labores post mille:pericula superata. Madentis: pluuia.Iuuenalis.Et multo stillaret penula nymbo.

Pulchrior et maior quo sub duce martia roma:
Sub quo libertas principe tanta fuit.
Est tamen hoc uitium:sed non leue sit licet unũ:
Quod colit ingratas pauper amicitias.
Quis largitur opes ueteri fidoque sodali:
Aut quem prosequitur non alienus eques.

Ad Eundem.

Saturnalitiæ ligulam misisse selibræ:
Flammatæue togæ scrupula tota decem
Luxuria est:tumidique uocãt hæc munera reges:
Qui crepet aureolos forsitan unus erit.
Quatenus hi non sunt:esto tu cæsar amicus:
Nulla ducis uirtus dulcior esse potest.
Iam dudum tacito rides germanice naso:
Vtile quod non uis do tibi consilium.

De Apollonio:

Quintum pro decimo:pro crasso regule marcũ:
Ante salutabat rhetor apollonius:
Nunc utroque suo resalutat nomine:quantum
Cura laborque potest:scripsit:et edidicit.

In Paulum.

Mane domi nisi te merui uoluique uidere:
Sunt mihi paule tue longius æsquiliæ
Sed tyburtinæ sum proximus accola pilæ:
Syriſcus:nomen ductum a ſyro:poetæ per ſyros ſeruos intelligunt:ut Vir.Iyricã ſeruã. Quãto maior nec adhuc accubare potes ſimpliciter intelligere ut dicas magna eſt gula comeſſe centies:ſed longe maior q̃ nuſq̃ accubando aut diſcũbendo ſyriſcus cẽties cõſũpſerit. Vagus p popinas ſellarioias:ſellaria dicuntur loca domeſtica ad ſedendum tãtũ parata:pli. Sellaria domus aureæ Neronis & quidem loca ad libidiné & ſegnitiem. Tranquillus in Tyberio:Seceſſu uero caprẽſi ſellarium excogitauit ſedẽ arcanarũ libidinũ.popinæ ſellariolæ dicũtur in quibus deſident hoies ignaui ad libidiné & luxum:Salariolis nõ placet rõne ſyllabæ:nã primã corripit. Infuſũ datum a patrono. Quattuor balnea:quæ aũt balnea itelligat:licet coniicẽ fuiſſe neoniana Girli.Titi agrippæ:quãto maior gula eſt cõſumpſiſſe ita cẽcies ut nuſ quã accubaret.

Plenum maxime centies ſyriſcus
In ſellariolis uagus popinis.
Circa balnea quattuor peregit.
O quanta eſt gula centies comeſſe:
Quanto maior adhuc nec accubare.

Ad Fauſtinum.

Humida qua gelidas ſubmittit trebula ualles
Et uiridis cancer menſibus alget ager.
Rura cleonæo nunquam temerata leone
Et domus æolio ſemper amica noto.
Te fauſtine uocat.longas his exige meſſes
Collibus:hibernum iam tibi tybur erit.

Humida:Vocat Fauſtinũ in agrũ trebulanũ in cãpania:ubi tãtã aeris tẽperiẽ eſſe dicit:ut ſi eam ſenſerit ſit exiſtimaturus Tibur eẽ domiciliũ hybernũ calidũ cũ tñ frigidiſſimũ habeat æſtate. Leone cleoneo.i.auguſto menſe quo ſol ẽ ĩ leone. Cloenæo:cleone op. peloponẽſi in uia quæ agro corinthum ducit pulchris mœnibus:Inde Homerus cleonas excellere mœnibus canit.Ibi hercules leonẽ interemit.q̃ in cœlo eſſe ferũ: unde cleoneus dicit.Idẽ dicit nemæus:nã nemæa eſt iuxta cleonas ĩ q̃argiui nemæa ſacra ꝓagebãt de q̃bus carmĩa extant pĩdari.Scribit ſtrabo:meminit lginꝰ. Trebula:opp.in cãpania ñ ꝓcul a baiis. Alget:friget.Cancri mẽſibus:iulio. Exige: exple. Meſſes lõgas.i.longã æſtatẽ.Iam poſtq̃ ſẽſeris trebulanũ cælũ. Hybernũ tibur.i.tu tã frigidã exiſtimabis trebulã ut exiſtimes tibur domiciliũ hybernũ.i.utendum hyeme.

De origine bacchi.

Qui potuit bacchi matrem dixiſſe tonantem.
Ille poteſt ſemelem dicere ruſſe patrem.

Qui potuit.In poetã ut puto qui in fãbula Bacchi nati dixit louẽ eẽ matrẽ bacchi:quoniã in maturo tpe natũ intra femora fouiſſet:hũc martialis ꝺridet: hic inqt q rem ſibi lepidã uideꝰ dixiſſe appellãdo iouẽ matrem Bacchi:iã ꝓterit dicere Semelem patrem.

Ad Theodorum.

Non donem tibi cur meos libellos
Oranti totiens:et exigenti
Miraris theodore?magna cauſa eſt.
Dones tu mihi ne tuos libellos.

Nõ donẽ.In Theodoꝝ:cui ait ſe ñ mittere ſuos libellos: ne ille ſuos incõditos & ineptos mittat. Exigẽti:poſtulanti.

De Pompeio et filiis.

Pompeios iuuenes aſia atque europa:ſed ipſum
Terra tegit libyes:ſi tamen ulla tegit:
Quid mirum totò ſi ſpargitur orbe iacere
Vno non poterat tanta ruina loco:

Ne dones tu mihi tuos.ſ.libellos ineptos.Alibi malũ poetam indicat in domus incendio.

Pompeios.In gratiã & laudem põpeiorũ:quoꝝ gloriã tãtã fuiſſe ſcribit: ut nõ potuerint uno loco cadeꝰ:ſed debuerit a tribus ꝓtibus orbis ſepeliri. Cneus magni filius occubuit ĩ hiſpania ad mũdã ꝓtẽ europæ:Sextus ĩ aſia ad miletũ.Cneus pr̃ ĩ egypto ſepultus ad Caſſũ mõtẽ:hic tñ nõ ẽ in africa:ſed poeta ẽ abuſus finibus orbis:ut integro ſatiſfaceret acũmi. Aſia:miletũ oppo.Aſiæ. Tegit:Sextũ. Europa:mũda hiſpaniæ opp.tegit Cneũ.F. Si tñ ulla tegit:quoniã põpeius dictus eſt eſſe inſepultus uel ex eo diſticho:Marmoreo in tumulo Licinus iacet At Cato paruo:Pompeius nullo:An argutius martialis loquiꝰ ut hoc referat ad ĩmẽſam põpeii gloriã & dicat eum non tegi.i.eius fama non poſſe celari. Tanta ruina:triũ pompeioꝝ.

Ad Cinnam.

Quæ legis cauſa nupſit tibi lælia quinte.
Vxorem potes hanc dicere legitimam?

Quæ legis.Iuliã legem ĩ adulteros reuocauit Domitianus:de qua alibi poeta.Iulia lex populis ex quo Fauſtine renata eſt.Quintus qui ante legem ꝓmulgatã erat adulter:adulterã duxit uxorẽ ueritus ſupplicium legit.legitima uxor diciꝰ quæ iure & ritu nuptiali nupſit & legitima a lege dicitur. hoc uerbo cauillaꝰ poeta:aitquæ alii appellant uxorem legitimã quæ ritu nupſit & iure.Tu tuã potes legitimam appellare quia nupſit tibi cauſa legis Iuliæ.erat enim mœcha.

Profecit: mitridates rex ponti sanguine anatis ponticæ in mixto quibusdam medicamẽtis remedium aduersus uenenum sumebat: auctor læneo pompeio quẽadmodum scribit Gellius: adeo ut cũ nũquam sumeret uenenum inter epulas: nulla ex parte leneretur. Immo & eiusdem generis remedio nomen dedit ut appelletur mithridatium, locatur in Cinnam poeta male cœnantẽ: quẽadmodum inquit mithridates sũpto sanguine anatis ponticæ quæ uenenis uescitur parauit sibi corpus tutum aduersus uenenũ: ita & tu tenui cœna paras remedium aduersus famẽ: nã assuefacis te esuritioni: ita ut postea esuritio nõ possit tibi nocere. Profecit: Assecutus est poto uenено. Cauisti: prouidisti.

Narratur: prouerbium erat apud antiquos: ut is qui loqui nõ posset diceretur oleum ore gestare eodẽ quidam usus est in marullũ uolentẽ neminẽ audire: sed inuerso: ut dixerit marulũ nõ gestare oleum ore: sed auribus: quia nunquã uellet alios audire sed semper loqui.

Si triſti: Ad Toraniũ alterũ eiusdẽ nominis mangonẽ: hoc est uenditorẽ puerorũ fuisse & pli. in. vii. naturalis historiæ scribit: & Tranqllus in Octauio: hũc inuitat ad tenuẽ cœnã: quã infra quoque describit ad socios. Laboras: anxius es Domicœnio: nouũ est uerbũ a poeta cõpositum ex domi & cœno. i. cœna domestica. Esurire: non uesci: sed leuiter gustare. Cappadocæ: lactucæ erant quẽadmodũ aliæ purpureæ crispæ græcæ: de his Columella: Cappadocáque pmitferali mẽsa luperc⁹. Si soles. i. si tibi mos est, προγεύειν. i. prægustare ante cœnã. Viles: at uiliores sunt quæ peierides dicũtur. Eandẽ cœnã alibi describit & inchoata lactucis hoc uersu: Attulit & uarias quas habet hortus opes: in quibus ẽ lactuca sedens: & sectile porrũ: infra est epigramma. Grauis porri: grauis cõcoctiõis: ut scribit Diascorides. Cibium: hoc erat genus cibi ex cibio pisce genere pulmenti salsi: cibiũ aũt plinius scribit esse pelamidẽ concisã: & ouis & ruta. Infra mart. in hunc sensum: secta corona: bũt rutatos oua lacertos: Et madidũ tinnide sale sumẽ erit. Coliculus siue cauliculus delicatissimus erat Apicii luxuria: p quẽ ẽ fastiditus Druso Cæsari. Vel ut alii codices habẽt Blãditus: quod placet. Botellus: genus condimẽti qđ ita cõficit Apitius: Botellũ sic facies ex oui uitellis coctis: nucleis pineis cõcisis tũ addit talia. Plus: ex farina alicæ oleo & aliis rebus ut docet apicius. in. v. erãt aũt pultes suis appelatiõibus distinctæ: ná aliæ dicebãt iuliauæ aliæ tractogalæ &c.

Premes: nã coronabãtur pultes. Lucanica uel botello: in distichis de botello:

Pultibus hic niueis grata corona datur:

Profecit poto mithridates sæpe ueneno:
Toxica ne possent scæua nocere sibi.
Tu quoque cauisti cenando tam male semper:
Ne posses unquam cinna perire fame.

Ad Marullum.

Narratur belle quidam dixisse marule
Qui te ferre oleum dixit in auriculam.

79. Ad Toranium.

Si triſti domicenio laboras
Torani: potes esurire mecum
Non deerunt tibi sessiles propinquæ:
Viles cappadocæ graueſque porri
Diuisis cibium latebit ouis
Ponetur digitis tenendus ustis
Nigra coliculus uirens patella:
Algentem modo qui reliquit hortum.
Et pultem niueam premens botellus:
Et pallens faba cum rubente lardo.
Mensæ munera si uoles secundæ:
Marcentes tibi porrigentur uuæ:
Et nomen pira quæ ferunt syrorum:
Et quas docta neapolis creauit:
Lento castaneæ uapore tostæ.
Vinum tu facies bonum bibendo
Post hæc omnia forte si mouebit:
Bacchus quam solet esuritionem:
Succurrent tibi nobiles oliuæ
Piceni modo quas tulere rami
Et feruens cicer: et tepens lupinus:
Parua est cœnula: quis potest negare?
Sed finges nihil audies ue fictum.

Marcentes: præmaturæ: ut marcida uina apud pa. ideſt præmatura: & marcida uina largiuntur.

Pyra quæ ferunt nomen syrorum: ideſt pira syra ex eadem syria zizipha allata sunt a sexto papyrio Augusti temporibus. Docta neapolis: studiis litterarum quæ illic erant auctore stra. Vinum bonum facies bibendo: hac sola re q⁹ tu bibes uinum bonum esse ostendes: quod nõ est. Nimio uino epoto uomitio reddebatur: inde sequebatur appetitus: & auiditas ci: quod tetigit luuena. in muliere de quo sextarius alter ducitur ante cibum rabidam facturus orexim. Feruẽs cicer: coctum: Lupini emebantur aqua tepenti & apti mensæ: ut pli.

Nec de Gadibus / vid. Nouv. de la Rep. c. 1. pag. 249.

Vultu tuo: nõ cõparato in gratiã alterius ut cogeris apud Vironem. Leget: ut lygurinus. Pruriẽtes: lasciuientes. Condilius: & condiliũ significat annulũ: condillus itẽ in musicis dicit̃ digitorũ curuatura usque ad dimidiũ orbem. de hoc intelligit: uel parui condili. i. exigui foraminis. Claudiã amatã a te: Catullus eiusdem sectæ cœnabis inquit: sed nõ sine cãdida puella. Nã epicurei oẽs ĩ uoluptatẽ cœne adhibent puellã: ut Oratius & alii. Tu cupis priorẽ: uis eã primũ oĩum adesse: nã amas. locat̃ aũt ex eo quod dixerat sequeris: & subdit quasi opponens priorem.

Et uultu placidus tuo recumbes
Nec crassum dominus leget uolumen
Nec de gadibus improbis puellæ.
Vibrabunt sine fine prurientes:
Lasciuos docili tremore lumbos.
Sed quod non graue sit nec infacetum
Parui tibia condili sonabit.
Hæc est cænula claudiam sequeris
Quam nobis cupis esse turpiorem.

In Zoilum.

Vndecies una surrexit zoile cœna:
Et mutata tibi synthesis undecies:
Sudor inhæreret. madida ne ueste retentus
Et laxam tenuis læderet aura cutem.
Quare ego non sudo: qui tecum zoile cœno?
Frigus enim magnum synthesis una facit:

Ad seuerum.

Non totam mihi si uacabis horam
Dones et licet imputes seuere.
Dum nostras legis exigisque nugas:
Durum est perdere ferias rogamus:
Iacturam patiaris hanc ferasque.
Quod si legeris ipsa cum diserto.
Sed nunquid sumus improbi. secundo:
Plus multo tibi debiturus hic est:
Quam debet domino suo libellus.
Nam securus erit: nec inquieta
Lassi marmora sisyphi uidebit:
Quem censoria cum meo seuero
Docti lima momorderit secundi.

Ad Aemilianum.

Semper eris pauper: si pauper es æmiliane.
Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.

In Gaurum.

Quid promittebas mihi milia gaure ducenta?
Si dare non poteras milia gaure decem?
An potes et non uis? rogo non est turpius istud?

Vndecies: In zoilũ eodẽ ferme epigrãmate quo supra alteꝝ accusauit simulãtem febrẽ: ut ostẽtaret stragula: hic aũt eadẽ ex cœna surrexerat undecies & totiẽs mutauerat synthesĩ uestẽ saturnalitiã hac excusatione ne cũ sudaret sudor remanerẽt: & postea læderet̃ uẽto: Martia. inquit quare ego nõ sudo nimiꝝ qa unã tãtũ synthesim habeo. q. d. nõ hẽo qua possim oñtare: si placet sniam alterã accipe: ꝙ Zoilus bene cœnaret & ꝓpterea sudaret. Martialis aũt tanq̃ pauper contemptus in extremo lecto accubans male cœnabat: sed placet ut dixi prior sensus: ut ostendat illud non fieri necessario: sed ut ostentet uestes.

Non totã. Seuero librũ suũ emẽdãdũ cõmendat: quẽ rogat ut patiat̃ hanc tp̃is iacturã libro legẽdo: quẽ sperat fore emẽdatissimũ: nec unq̃ interiturũ si adhibuerit Secũdũ alteꝝ censorẽ. Donas ascribas numeri. Imputes: facias me debitorem. Exigis: ꝑcenses & examinas.

Durũ est: occurrit tacitæ obiectioni. q. d. Seuerus ego uolo relaxare animum: & nolo emẽdar̃ nugas tuas. Domino mar. auctori Sisiphus: pumilio fuit. M. Antonii intra bipedalẽ staturã: sed hic de Sisipho illo intelligit qui apud inferos ẽ & saxũ uoluit: dicũt̃. n. poemata adire ĩferos & interire cũ nõ legũtur: Alibi de immortalitate carminis: Pigra per hũc fugies infernæ flumina lethes. Lassi: fessi quoniã uoluit saxũ. Lima: instrumẽtũ fabrile est quo terit̃ ferrũ: hic ꝓ cẽsura.

Momorderit: elimauerit. Apta methaphora: nã & lima dicit̃ habere dentes: & ꝓpterea mordet. Semp̃ eris paup̃. Notat figurate tp̃a sua: quibus adeo in precio erant diuitiæ: ut ne patroni qui diserti conducerẽtur a cliẽtibus nisi fuissẽt diuites: quod accusauit luue. & munera orbis tantum diuitibus mittebantur.

Quid ꝓmittebas. In Gaurũ fœneratorẽ: qui ut uideret̃ magnus & liberalis: cũ ꝓmisit martiali se daturꝝ. cc. milia intelligens ĩ fœnus. mox martialis petiit duo milia sine fœnore: ille non dedit: poeta solet appellare eos qui sibi congerũt diuitias nihil amicis impartiẽtes pusillos. quod supra dixit in Quintũ: Hæc animus quinte pusillus emit. Ait ergo ĩ gaurum: cũ ꝓmittas. cc. milia in fœnus. crede mihi: ñ magni aĩ es ut cupis uideri sed pusilli. Nõ poteras dar̃. s. sine fœnore:

Despereas: conficiare in tuis diuitis. Pusillus: pusilli animi: quia non das aliquid amicis. & nõ es magni animi ut uolebas uideri.

Insequeris: Eodem sensu epigrãmatis usus est in diadumenũ. Consequar: hoc ut me nec timeas nec ames. dindimus erat spado. Tuum uelle. i. te petentem aliquid. Nolle: recusantem osculari: nam ex eo nihil petes.

Iam tristis: De galla conqueritur quæ totis saturnalibus cũ amicis munera mitti soleant: nihil ipsi miserit: mĩatur se idem missurũ martiis calendis: idest nihil cum saturnalia fœminarũ celebrãtur. Nucibus relictis: ꝑmittebant lusus in saturnalibus pueris nuces: uiris alea: quod utrũque ꝓhibebatur post saturnalia: nã & pueri reuocabãtur a magistris & aleatores mulctabant ab ædilibus. Tristis: mœstus: quia diutius ludere uellet. Vdus: uino ingurgitans quoniã qui inter pocula uersantur udi dicunt: in quibus locis aleatorẽs erãt ĩ primis. Proditus: cognitus: qa auscultans: ædilis admouebat aurem ꝓprius: si uacui eẽnt aleatores. Fritillo: alea. Fritillus fimũ alueolus idẽ significãt. Arcana: quia in locis recõditis & arcanis ẽ:

Popĩæ: dicũtur uiliores tabernæ. parua & minora: ego intelligo de xeniis & apophoreis. nã xenia intelligebãt nõ magni qdem precii sed tamen maioris q̃ apophoreta: & apophoreta erãt minora.

Vestra saturnalia. saturnalia celebrabantur a uiris. v. diebus mẽse decembri quo tempore dabãt cœnas seruis: tanq̃ agentes gr̃as operæ toto ãno præstitæ: auctor est in saturna. macro. contra calen. martiis mulieres seruos cœna accipiebãt tanq̃ exhortantes eos ad in sequẽtis ãni operã. mittebãtur ergo munera uiris mẽse decembri: mulieribus mense martio: auctuor est Tranquil. in Vespa. nã Vespasianum scribit dedisse apophoreta: & uiris in saturuali. & mulieribus calen. martiis: de eisdem calen. Horatius: martiis cælebs quid agam calen. Quod dedisti: idest nihil.

Extus mittitur: Sextũ librum emittit martia. cuius initio imperatoris nomen uenerat: dũ ait emẽdandũ esse ut audeat uenire in manus cæsaris. Ego hoc epigrãma credo ad amicum scribi: q̃uis alii dicant ipsum se alloqui. Terseris: eliaueris. Aure diligẽti. i. diligenti censura.

Magnas: imperatorias.

Lusus erat: Hoc epigrãmate agit gr̃as domitiano: q̃ ĩter cætera ĩstituta & r̃uocata lege lusia sustulerit adulteria: & nouo instituto ꝓhibuerit spadones fieri.

Erat lusus: hẽbat ꝑ lusu. Fallere cõnubia: facere adulteria. Execuisse mares. i. castrare & reddere spadões. hoc uoluit etiã in græcia periãder corinthius. s. ut mares castrarẽtur: sed ui duaꝝ cõcharũ nauis fuit retenta: quæ illud edictum afferebat hoc ꝓhibuisse pomitianũ. Trãquillus est auctor: & papi. in siluis de Farino: Nõdũ pulchra ducis clemẽtia cœpat hortu ĩtactos seruar mar̃s núc frãger saxo: Atq; hoĩem mutar̃ nefas. Sine fraude: sine adulterio. Spado mœch⁹ erat:

I tibi dispereas gaure: pusillus homo es.

Ad dindimum.

Insequeris fugio: fugis insequor: hæc mihi mens ẽ
Velle tuum: nolo dindime nolle: uolo.

Ad Gallam.

Iam tristis nucibus puer relictis
Clamoso reuocatur a magistro
Et blando male proditus fritillo
Arcano modo raptus e popina
Aedilem rogat udus aleator.
Saturnalia transiere tota
Nec munuscula parua nec minora
Misisti mihi galla quæ solebas.
Sane sic abeat meus december.
Scis certe puto uestra iam uenire
Saturnalia martias calendas.
Tunc reddam tibi galla quod dedisti.

M. Val. Mart. Epigrammaton sextus.

Extus mittitur hic tibi libellus
In primis mihi Care martialis.
Quem si terseris aure diligenti:
Audebit minus anxius tremensque.
Magnæ cæsaris in manus uenire.

Adularorium.

Lusus erat sacræ connubia fallere tedæ.
Lusus et in meritos execuisse mares.
Vtraque tu prohibes cæsar populisque futuris
Succurris: nasci quos sine fraude iubes.
Nec spado iam nec mœchus erit te præside quisq̃.
At prius: o mores: et spado mœchus erat.

De filio Do.

ſpado ducebat uxorē nō ſibi: ſed aliis: unde ipſe erat adulter ſuæ uxoris: ut de Othone ſcriptū ē eo diſticho: Cur otho mētito ſit quæritis exul honore: Vxoris mœchus cæpat eē ſuæ: ná Nero cū ea rē hébat. de ſpadone cōqueriť luue. Cū tener uxoré ducat ſpado. i. nō ſibi: ſed aliis: uel qđ magis placet ſpado erat mœchus quoniá mulieres ſpadonibus oblectabāť mar. cur tātum eunuchos héat tua gellia quæris Pānice uult futui gellia nō parere. idē ī Paulū. erāt igiť ſpadones adulteri: & ita ī commentariis in iuuenalem ſcripſimus.

Naſcere dardanio promiſſum nomen iulo
Vera deum ſoboles: naſcere magne puer:
Cui pater æternas poſt ſæcula tradat habenas
Quique regas orbem cum ſeniore ſenex
Ipſa tibi niueo trahet aurea pollice fila
Et totam phrixi iulia nebit ouem.

Adulatorium.

Cenſor maxime: principumque princeps:
Cum tot iam tibi debeat triumphos:
Tot naſcentia templa: tot renata:
Tot ſpectacula: tot deos: tot urbes:
Plus debet tibi roma: quod pudica eſt.

Ad Cecilianum:

Ruſtica mercatus nummis ſum prædia multis.
Mutua des centum ceciliane rogo.
Nil mihi reſpondes tacitum te dicere credo
Non reddes ideo ceciliane rogo.

Ad Lupercum.

Comœdi tres ſunt: ſed amat tua paula luperce
Quattuor: et colphon paula proſopon amat.

De Theleſina.

Iulia lex populis ex quo fauſtina renata eſt:
Atque intrare domos iuſſa pudicitia.
Aut minus: aut certe non plus trigeſima lux eſt
Et nubit decimo iam theleſina uiro.

Naſcere dardanio: Domitianus Iuliā Titi fratris filiā amauit ardētiſſime quā tādē frequentibus abortiuis coegit pire: nūc parturiebat: Mar. uoto quodá & p̄cibus p̄ſequiť partū: alloquiť puerū naſcituꝝ hoc uerſu. Promiſſū a fatis: ná Aſcanio ſiue Iulo p̄miſſū erat ad gēs romanū te naſcituꝝ. Deū: qa Domi. dñs & deus appellabať. Habēas reꝝ. i. impium. Ipſa tibi: ſēſus ē Iulia trahet tibi fila aurea: ex diſciplina hetruſcorum: quotiēs aut ouis aut aries purpureo auro ue colore aſpergereť: portēdebat principi cū felicitate reꝝ oīum largitatem: hoc ſcribit Macro. ex oſtētario tuſco: & Vir. īdicauit eo uerſu cū uellet portēdeř felicitatē p̄cipi Auguſto: Ipſe ſed ī pratis aries iā ſuaue rubēti Muricæ: iā. c. m. v. l. Eādē fellicitatē portēdit Seneca Neroni Aurea formoſo deſcēdunt pollice fila. Cū igiť Mar. uelit oſtēdere puerū hunc fore felicē: ait arietini uelleris in aureū colorē mutari: ut fabula ē de ariete Phrixi: iuliā diſpēſaturam fila ſeu deductura. hic puer potius mihi uideť filius Iuliæ & Dōi. q̄ Dōicillæ ſiue Auguſtæ: nā illū ſuſcepit ī ſecūdo cōſulatu nōdū imperator: hic īperatori Domitiano naſciť. Tibi: ī portētū tuæ felicitatis uenturæ.

Cenſor: Eadē laude p̄ſequiť īperatorē q reuocata lege Iulia ſuſtulerit adulteria & mares caſtrari p̄hibuerat: q etiā ſupra eū extulit epigrāmate: Luſus erat: nunc ait ex oībus meritis ī urbē romā collatis hoc eē p̄ſtātiſſimū: q. īduerit pudicitiā Cēſura Domitiani carmē ē phalletium Maxīus cēſor: Dōi. īceſtā uirginū ueſtalium puniuit: multaque correxit auctore Sue. unde iure maxius cēſor dř. Naſcētia: quæ nūc ædificanť. Et renata: quæ ædificata & īſtaurata ſūt. Vrbes: tot adiectas impio romano: nā Domi. cattos & dacos populos germaniæ adiecit impio romano: ædificia Domitiani hec referūť: capitoliū īſtauratū: foꝝ tranſitoriū: porticus duplex: ſtadiū quorū alterū iſſum: alterū ſerapiū dictū ē: templū flauiæ gentis mica aurea: minerua calchiœca: cuius numinis meminit Pauſanias de tēplis. Papi. Et quæ tibi templa dicamus ipſe colas. Quod pudica. i. qđ īduit pudicitiam prohibitis ſtupris & adulteriis.

Ruſtica: Aptū eſt argumentum: & acumen ex uerbis apparet. Summere: emi. Centum mutua: ſextertia. ideo Ceciliane rogo: quia non ſum redditurus

Comœdi: Libidine mulieꝝ uſq; eo p̄greſſus erat amor ut iā amarēt mimmos & hiſtriōes: hoc carpit luue. lōgo carmīe: cuius initiū. Aſt aliæ quotiēs aurea recōdita ceſſāt: tum ſequiť: Hunc diligit Helia paup: Soluiť his magno comœdi fibula: ex hoc Paulæ amor nimius ī comœdos oſtēdit: hoc ē hiſtriones comœdiaꝝ: nā amabat quattuor: cū tamē ī nulla ſcæna poſſūt loq plures tribus: & ſi q̄rtus hiſtrio ītroduciť: is nō loquiť: ſed tātū ſubauſcultat quæ dicūť. hoc præcepit hora. Nec q̄rta loq p̄ſona laboret. Is cū nō loquať græco uerbo appellatus ē cophon p̄ſopon. i. muta p̄ſona: auctor eſt Diomedes grāmaticus ueruſtiſſimus. poeta īqt: cū tres comœdi ſint quattuor amat. Paula amat: κακοφωνπροσωπον mutam perſonam quaſi di. omnes amat quotquot ſunt.

Iulia lex: ī Theleſinā q̄ cū eēt olī adultera metu legis iuliæ nup ſuocatæ a dōitiano aduerſus adulteros nupſit: ſed tāta libidīe alieni uiri tenebať: ut ītra. xxx. dies decē maritos hūerit: qđ cū uenefi-

cio fieri ſuſpiceꝫ poeta ait minus ſceleris ſibi cõmittere uideri eã quæ apte ẽ mœcha q̃ quæ totiens nubit. Lux.xxx.dies triceſimus. Renata:reuocata quæ olĩ ꝓmulgata a Iulio fuerat: Populis: orbi. Pudicitia ẽ.i.ĩ.d.ex quo reuocata lex iulia. Quæ nu.t.a.eſt.le.nã lex ꝓhibet mutare uiꝝ: ſed quæ totiẽs mutat uiꝝ:nõ ẽ uxor ſed adultera:nã adultera quoq; uiꝝ mutat. Minus of. minus diſplicet.Mœcha ſim:apte adulteriũ ꝓfitẽte:nam uenefi cium non exercet.

Prætores:ſenſus idẽ ẽ q ſupra:cũ ſua tẽpora notãs cõſuluit Lupo ut iuberet filiũ fieri uel citharœdũ uel choraulẽ:& ſi uideret duri ingenii præconẽ:aut architectũ:nã hæ artes erãt pecunioſæ.Laudat igit ſenẽ q repudiatis prætoribus cauſidicis tribuniſque poetis filiã ĩ mrimoniũ collocauit præconi. Eulogo:Eulogus nomẽ ꝓpriũ ꝓconis ẽ:ſed tamẽ fictũ.nã Eulogus dicit q bñ loquit:qđ præconi cõuenit. Dignũ qd.f,ſe.fe.iterrogatiue. Fatuo.ſ. hoĩe.q.d.prudẽter fecit q̃ locauerit filiam præconi q ĩ maiori ꝓcio ẽ quam aut tribuni aut prætores.

Pauca:petierat pecuniã ab ĩpatore: q̃ nõ dederat:iteꝝ petere turpe uidebatur ex ĩgenio igit ait ſe interrogaſſe palladẽ q̃re Do.nõ dederit:eã rñdiſſe ſi ñ dederit ñ ꝓpterea eũ negaſſe.q.d.paulopoſt datuꝝ loué. Ille dabit.i.domit. Vel pudeat.i.pudeat me q̃ ẽt pauca petieri a ioue:cũ nõ dederit:uel pudeat ioué nõ dediſſe:& rogare hæc pauca ab ĩpatore. rogare.n.uideꝫ illũ:cũ ipſe nõ det:ſed illũ ꝓ ſe datuꝝ dicat. Diademata:iura ſua:nã dacos ĩ deditionẽ accepit: ꝓmiſit q; ut ſuo uterent iure:hoc Papinius laudat:Qui nec ĩ extremos facilis ſæuire furores:Das cattis daciſq; fidẽ. Datis ſupplicibus:uenientibus ĩ deditionẽ. Itq; reditq; uias capitolias .i. triũphos. O uirgo:o pallas. Cõſcia no.to. cõſiliarii Domi.nã Pallas erat numẽ familiar Domitiani ut Quĩ.uidebaturq; ĩpator eius cõſilio uti. Si negat hoc uul.tã benigno q.d.hic uultus ẽ dãtis & nõ negãtis. Poſita gorg.Aegidẽ pallas ñ hẽbat ĩ capitolio:qđ factũ erat ĩ aſſẽtationẽ Domitiani cuius ſtatua hẽbat ægidẽ: ꝓpterea cũ alibi ĩterrogaret pallas q̃re ægidẽ nõ hẽret:rñdit Cæſar:uel poſita ægide:quoniam quũ mittis deſignat depõit ægidẽ: ut apud Propertiũ & Siliũ.Silius de palIade cõpta ad iudiciũ paridis:lã bellica uirgo Aegide depoſita atq; aſſuetũ caſſi de crinẽ iuoluit. Putas ea negata: quæ ñ ſũt data;quaſi dicat dabit paulo poſt.

In Põpeiano:Suſcitare ẽ aliquẽ ſedẽtẽ excitare:ſupra Mar.Et ſedeo q̃ te ſuſcitat oceanus.ſuſcitare idẽ ẽ dormiẽtẽ expgefacere. Leui.ex.xiiii.gradu iuſſus ẽ abire ab Oceano ꝓfecto theatri.illic.n.ſedere nõ poterat cũ cenſũ equeſtrẽ nõ haberet.hic ĩ theatro ſæpenumero dormitabat:cũ ergo cõqueraꝫ ſe ſuſcitari de ſede.q.Mar.ſuſcitare aliter accipiat ĩ ſecũda ſignificatiõe rñdet nõ miror q̃ doleas te ſuſcitari ĩ theatro:nã illic ſæpe dormitas. Suſcitat:expgefacit re.Hic ſẽſus magis placet ut dicat o Leuine tu dormis ĩ tumultu theatri põpeiani:& cõqueris te ſuſcitari a ſolo Oceano qđ uideꝫ ueriſimile nã ſi tumultus ñ põt te ſuſcitare:lõge minus ſolus oceanus.Cauillatur aũt hoc uerbo:nã Leuinus ĩtelligebat te ſuſcitari:ideſt excitari ex ſede:Mar.reſpondet iocans q̃ ſi intellexit ſuſcitari hoc eſt expergefieri.

Quod nõ:In Marcũ q mirabaꝫ ætate ſua nõ exiſtere par amicoꝝ:quales Pilades & oreſtes fuerũt: & hoc obiiciebat Martiali q̃ ſe.ſ.nõ amaret:oñdit nõ ſua:ſed Marci culpa fieri:cũ ipſe opibꝰ fruaꝫ:

Quæ nubit totiens:non nubit?adultera lege eſt.
Offendor mœcha ſimplitiore minus.

Ad Seuerum.

Prætores duo:quattuor tribuni:
Septem cauſidici:decem poetæ:
Cuiuſdam modo nuptias petebant.
A quodam ſene:non moratus ille
Præconi dedit eulugo puellam
Dignum quid fatuus ſeuere fecit?

Petit latẽter a Do.Pecu.

Pauca iouem nuper cum milia forte rogarem:
Ille dabit dixit:qui mihi templa dedit.
Templa quidem dedit ille ioui?ſed milia nobis
Nulla dedit:pudet et pauca rogaſſe iouem.
At quam non tecritus:quam nulla nubilus ira.
Quam placido noſtras legerat ore preces.
Talis ſupplicibus tribuit diademata datis
Et capitolinas itque reditque uias:
Dic precor o noſtri:dic conſcia uirgo tonantis
Si negat hoc uultu:quo ſolet ergo dare.
Sic ego:ſic breuiter poſita mihi gorgone pallas:
Quæ nondum data ſunt ſtulte negata putas?

Ad Leuinum.

In pompeiano dormis leuine theatro.
Et quereris ſi te ſuſcitat oceanus.

In marcum.

Quod non ſit pilades hoc tempore:nõ ſit oreſtes
Miraris,pilades marce bibebat idem.
Nec melior panis turdufue dabatur oreſti.
Sed par atque eadem cœna duobus erat:

& nihil ei det:nã oportet oĩa amicoꝝ eẽ cõmunia. Non ſit pi.& or.i.q̃ non ſit unum par amicorũ quales Pilades & Oreſtes. Peloris:genus conchilii nihil habẽs intra ſe præter aquoſũ quẽdã liquorem.Oratius:Lucrina peloris. Tyros cad.i.purpura. Gallia pin.i.pĩgue ſagum gallicũ. nã gallia ſaga mittebat groſſioris uilli. Sagatus:indutus ſago. Hoc non ſit uer.ſed opibus communicatis. Ama:communicatis opib us. Vt a.ut te pro opibus communicatis proſequar amore.

Iurat:Fabulla emerat crines:& iurabat eos eẽ ſuos:Mar.ait eã nõ peierare:nã ſupra dixit: Nam qđ emas poſſis dicere iure tuũ.locus é ĩ uerbo. Suos:Fabulla iurabat crines eẽ ſuos:ideſt natiuos crines:Mar.inquit non peierare ſuos ipſe ĩtelligẽs ab ea emptos.

Tu lucrina uorax:me paſcit aquoſa peloris.
Non minus ingẽua eſt et mihi marce gula
Te cadmea tyros me pinguis gallia ueſtit.
Vis te purpureum marce ſagatus amem.
Vt præſtem piladem:: aliquis mihi præſtet oreſtẽ
Hoc non fit uerbis marce:ut ameris:ama.

De Fabulla.

Iurat capillos eẽ quos emit ſuos
Fabulla:nũquid paule perierat

De ſtatua Iuliæ.

Quis te phidiaco forma tam iulia cœlo?
Vel quis palladiæ non putet artis opus?
Candida non tacita reſpondet imagine lygdos
Et placido fulget uiuus in ore decor.
Ludit acidalio ſed non manus aſpera nodo
Quem rapuit collo parue cupido tuo.
Vt martis reuocetur amor:ſummique tonantis
A te iuno petat ceſton et ipſa uenus.

Quis te:Ardẽtiſſime amauit Iuliã Titi fratris filiã Do.cuius ſtatuã elygdo marmore cãdidiſſimo iuſſit fieri: & ut ardorẽ amoris fatereť in manu ſtatuæ ſculpi ceſton.i.balteũ. Veneris:nã Iuno apud homeꝝ dũ uult loué cõciliare eũ pcutit balteo:& quoſcũq; pcuſſerit eos uenus uertit ĩ amorem.Iuliæ igiť amore incenſus Domi.ei iubet ieſſe balteũ quaſi ĩdĩ caret ſe eo eẽ pcuſſũ:epigrãma ẽ in hanc ſtatuã. O Iulia:filia Titi. Cælo:inſtrumento lapicidarũ. Phidiaco:quale erat Phidiæ qui diis effingẽdis aptior q̃ hõinibus & ex ebore potiſſimũ claruit Mineruæ ſimulacro athenis:& ſtatua louis olympiaci.nũc appellauit atticũ ſenem Pap. Palladiæ ar.nõ placet a palladio ſculptore:potiuſ a pallade dea artificii: nã ſolemus præſtãtiora opera referre ad artificium palladis:ita apud Papi.An te palladiæ talẽ germanice nobis Effinxere manus. Lygdus:marmor ĩ tauro repertũ:autore Pli.ãplitudĩe q̃ lãces & crateres nõ excederet:prius tamẽ ex arabia aduehebať. Cãdida lyg.i.ſtatua ex lygdo.alibi:Totã nitere lygdon. Nõ ta.lo quẽti. Decorui .i.naturalis pulchritudo. Ma.t.o.Iulia: Nodo acid. balteo uenereo: Nõ aſ.blãda. Rapuit:Iulia tantũ ardorẽ hẽt:& icutit hic balteus ut uideať mihi ſublatus collo cupidinis: hoc ſenſu utiť ĩ diſt. Vt mar.ſi Venus uult conciliare Martẽ:& Iuno loué utať iſto balteo quo tu ĩpatorẽ icẽdiſti Iulia: nã apud Home.ĩ.xix.ilia ĩtroduciť iuno petens ceſton a Venere :quo uolebat uti ad conciliãdum iouem ad qđ alludẽs Martiãlĩqt iuno ñ a Venere Venus aliũde qua a te balteum petat; quo uris Do.deum noſtrum.

Ver.ſcri.Laberius fuit ſcriptor mimorũ:is mortuus é.x.mẽſe poſt necẽ cæſaris:alter Labe.de quo Mart.hæc: is dicebat ſe poſſe ſcribere optimos uerſus:ſed nolle:hoc ait poeta nõ eẽ ueriſimile. nemo enĩ é q cũ poſſit ſcribere noli t oſtentare ſuã ſcribẽdo doctrinã:nã tãta ẽ gloriæ cupiditas ut q̃ didicerit nullo pacto uelit latere. Diſertos:eruditos uerſus. Putabo uiꝝ.i.fortiſſimi aĩ præter cæteros q̃ poterit ſe cohibeť a ſcribẽdo:& q̃ põt ſcribere uerſus:& ñ ſcribat.q̃.d.néo é adeo uir q̃ abſtineť poſſit:nec tu poſſes ſi ſcires ſcribere.

Dũ Phaetõtea:Laudat partẽ electri.ĩ quo erat ieluſa formica:ſupra idẽ ẽ frequẽs argumẽtum Electrũ:gutta & gumĩ ex populo ferãte.i.exilẽ formicã. Vmbra pha.ſub populis ĩ q̃s uerſæ ſũt ſorores phaetõtis. Cõtẽpta : quæ nullius præcii erat. Manente uita:dum uiueret.

Cinnã:Cinnã deridet:q̃ cũ cinnamus uocareť:cinnã mutilato noĩe uolebat appellari. Si ãtea ĩqt

fuisses dictus Furius: eadē nois mutilatione dicereris fur. Vis uocari cinna: æmulatōe cinnæ prisci q magná obtinuit autoritatem apud romanos.

Sácta: priscū patré Salonini nup mortui i hispania cōsolat: ait. n. saloninū nō eé plane mortuū: sed uiuere ea pte q̄ sép optauit: hoc est immortali uirtutis nomine & fama: alterius salonini métio i buco. Virgi. Qui te: idest filius tuus.

Nō de ui: i posthumū causidicū ieptū q nihil ad ppositā cám dicebat: & nup cōductus a Marti. ut

Fur ista ratione dicereris.

Ad Prisciam de Salonino.

Sancta salonini terris requiescit hiberis
Qua melior stygias non uidet umbra domos.
Sed lugere nefas: nam qui te prisce reliquit
Viuit: qua uoluit uiuere parte magis.

In Posthumum.

Non de ui neque cæde: nec ueneno:
Sed lis est mihi de tribus capellis
Vicini queror has abesse furto
Hoc iudex sibi postulat probari:
Tu cannas mithridaticumque bellum
Et periuria punici furoris.
Et syllas: marioque: mutioque:
Magna uoce sonas: manuque tota
Iam dic posthume: de tribus capellis.

In Phœbum.

Mutua te centum sextertia phœbe rogaui.
Cum mihi dixisses exigis ergo nihil.
Inquiris: dubitas contaris: meque diebus
Teque decem crucias: iā rogo phœbe nega.

De Hiantide et stella.

Perpetuam stellæ dum iungit hiantida uati
Læta uenus: dixit plus dare non potui.
Hæc coram domina: sed nequius illud in aurē
Tu ne quid pecces exitiose uide.
Sæpe ego lasciuum martem furibunda cecidi:
Legitimos esset cum uagus ante toros.
Sed postquam meus est: nulla me pellice læsit:
Tam frugi iuno uellet habere iouem.
Dixit: et arcano percussit pectora loro.
Plaga iuuat: sed tu iam dea parce deo.

In proculinam.

Quod nubis proculina concubino.

defēderet cám triū capellarū: q̄s aiserat furto: cœpit cānēsē pugnam & bellū aduersū mithridatē recitare. At mart. clamat dic tandē o causidice de meis capellis. Vi: illata. Has abeē: subtractas eē.

Sonas: canas cladē cānēsē bellū mitridaticū gestū a Lucullo: Sylla: & Pōpeio cōtra mithridatē. Sillas: bellū gestū inter syllā & mariū. Mutios. i. bellū Porsenæ: i quo Mutius scæuola manū amisit igni.

Mutua: In phœbū fœneratorē quēad modū i Gaurū supra cōquestus ē: ná hic pollicitus é se daturū Martiali quā uellet pecuniā: itelligēs. s. i fœnus: Mart. nunc poposcerat pecuniā sine fœnore. Ille nō dabat neq; audebat oīo negaſ: qd opus i qt é diutius crucieris: & héas me sollicitū: tádé nega. Exigis er. ni uerba phœbi hortantis martialē ut aliqd peteret.

Perpetuá: Stella poeta amauit uiolétilla q̄ lōgis p̄cibus nunq̄ potuerat placare. cruciatusq; é miser lōgo amore: núc celebrant nuptiæ tádē Stellæ uiolátillæ. poeta edit hoc epigráma uolēs demōstrare ícredibilé stellæ amorē i uiolátillā: aitq; hoc cōnubio nō stellā eé flectédū: qa iā diu cupit sed potius flectédā eē Violétilla q̄ hactenus dura & iexhorabilis carm̄ Pap. idicat de uiolētilla: Redeūt aio iā dona precesq;. Et lachrymæ uigilesque uiri ꝓpe lumia questus: prætereā: láque cœpit flectere corda libēs: Et iá sibi dura uideri. Hiátida: Violátilla latīe græce dicitur hiátis ab ιος uiola & ανθος flos: hoc é uiola: & flos: ūde latine Violát. Pap. uiolátillā appellauit: Quo stellæ uiolátillæq; ꝓfessus cantaret hyemē: eadé dicta Asteris ficto noīe a stella: nā stella ita iá appellauit a suo nomine stella. n. h. dicit aster. ge. ma. ide deductum fœ. asteris hoc é amica asteros. i. stellæ: Pa. asteris āte dapes nocte asteris aste. or tu. Læta ue. & fauore Veneris celebratas nuptias fuisse scribit Pa. pluſ da. no. po. c. dedi qd̄ mihi potissimū erat: & ita apud Pap. Gráde q̄dé rarūq; uiris quos ipsa ꝓbaui. Pierius uotū iuuenis cupit.

Domina: Violátilla. Sed nequius insultat amori Stellæ cū uenus moneat ne relinquat uiolantillam: quam nullo pacto erat relicturus. Nec pec: ali. i. aliq̄ aliā seq̄ris. Frugi: cōtinétē. Iupi. & mars. inter deos erant adulteri: ut Iuue. Adeo senuerūt iuppiter & Mars: Loro ar. i. balteo quo incutiebatur amor qui balteus dicitur etiam flagellum. Ora. ad Venerem: Sublimi ferias cloem flagello.

Duos: idest uiolantillam etiam quæ hactenus fuit dura ut mutuo amore diligat Stellam.

Quod nubis: Proculina adulterum habuerat: cui nunc nupsit metu legis Iuliæ: de qua satis supra

Non nu. inquit poeta Proculina: ſed fateꝫ ſe eẽ mœchã. q. d. fruebatur eodẽ uiro ante nuptias. in eundẽ ſenſum ſupra eſt dict. Mœchus erat poteras tamen hoc paula negare: & cætera. Non nu. non accipis uirum: quia antea habebas. Notare: punire. Fateris te. ſ. cum hoc fuiſſe mœcham.

Nil: Deridet Cariſianum: qui cum ſyntheſim non haberet in ſaturnalibus: q̃ ueſte reliq utebanꝫ: togã geſtabat. Toga aũt in ſaturna. deponebaꝫ & ſumebaꝫ ſyntheſis: de q̃ i diſtichis: Cũ toga p qnas audet requieſcere luces: Hos poteris cultus ſumere iure tuo. nũc geſtabat togam Cariſianus non q laſciuus eẽt: ſed quia nõ habebat ſyn the ſim: propterea deridetur.

Et mœchum modo: nunc facis maritum:
Ne lex iulia te notare poſſit:
Non nubis proculina: ſed fateris.

De Cariſiano.

Nil laſciuius eſt cariſiano.
Saturnalibus ambulat togatus.

Ad Priapum:

Tu qui pene uiros terres et falce cinædos
Iugera ſepoſiti pauca tuere loci.
Sic tua non intrent uetuli pomaria fures
Sed puer: aut longis pulchra puella comis.

In Leſbiam.

Stare iubes noſtrum ſemper tibi teſbia penem.
Crede mihi non eſt mentula quod digitus.
Tu licet et manibus blandis et uocibus inſtes:
Contra te facies imperioſa tua eſt.

Ad Marcellinum:

Marcelline boni ſoboles ſincera parentis
Horrida parraſio quem tegit urſa iugo.
Ille uetus pro te patriuſque quid optet amicus
Accipe: et hæc memori pectore uota tene.
Cauta ſit ut uirtus: ne te temerarius ardor
In medios enſes ſæuaque tæla ferat:
Bella uelint martemque ferum rationis egentes.
Tu potes et patriæ miles te eſſe decus:

De Sotade.

Periclitatur capite ſotades noſter
Reum putaris eſſe ſotadem: non eſt.
Arrigere deſit poſſe ſotades lingit

Ad Nepotem.

Bis uicine nepos: nam tu quoque proxima floræ
Incolis: et ueteres tu quoque ficelias.
Eſt tibi quæ patrũ ſignatur imagine uultus.

Tu qui: Deum hortorum rogat: ut ſuos hortos cuſtodiat in ianiculo.

Stare: Leſbiam ipudicã eẽ ſupra oſtendit cum dixit: Arctoa de gente comam: hæc blãda qdẽ erat: ſed deformis iccirco ait eius faciem aduerſari blanditiis & eius cupiditati. Cõtra te: qm̃ ſua deformitate nõ ſinit tuas blãditias exaudiri.

Marcelline: Marcellinũ Tyronẽ domitiani in germania monet: ne in medios enſes ruat: ſed diſpenſato calore iuueni li ita pugnet ut patri uiuat: & imperatori operam præſtet. Soboles ſyn. i. uera proles: qui imitaris pẽtem animo & moribus. Horrida urſa: maior: uel ad feritatem uel ad mores gentis germãiæ quæ horrida eſt. Iugo pa. hoc dixit: quoniã urſa parraſia fuit: ideſt arcas: ea fuit Caliſto. Iugo: regiõe ſeptẽtrionali. Cauta: prouida uirtus. Ferum Martẽ: periculoſum & multos ablumẽtem: hic marcellinus fuit hiſpanus: cui tãquam ex eadem patria amanter conſuluit Mar.

Tu. po. e. mi. i. ſi tu prudenter pugnaueris: poteris opitulari patriæ: & fortiter diu agere p imperatore.

Periclitatur: Hoc argumẽtum ex multis ſuperioribus notum eſt. locatur poeta in lingentem cunnum. Periclitaꝫ ca. i. in periculo capitis eſt. Eſſe reum: id eſt trahi in iudicium. Lingit: iocus eſt: nam cunnilingi capite agũt: iccirco hic capite periclitatur. & ita ſuſpenſum auditorem circumſcripſit:

Bis uicine: Nepos ut ego poſſum argumentum colligere hactenus caruerat liberis. & captatores certatim ei mittebãt falernum & alia ei munera: ut ſcriberẽtur hæredes: nunc ſuſtulit filiam: & iam carens muneribus captatorum abſtinebat falerno olim miſſo. Marti. eum conſolatur: hortaturque ut det operam uoluptati: & bibatur falernum. fatis enim futurum: Filia & pia & locuplex erit: q ſi cupiat habere falernum nuſquam de futurum: nam ſi filia nunc cœpit potare muſtum: poſt aliquot ãnos idem erit optimum uinum & falernum quamuis non mittant captatores. deniq; ait nõ ſolum hi qui carent liberis debent bibere falernum & dare operam uoluptati: ſed & illi qui habent filios poſſunt idem facere ut tu. Nepos: nomẽ ppriũ: ut luue. Mollã uerſare nepotis. Bis ui. i. i duobus locis mihi uicine. Ficelias: ficeliæ locus erat i urbe: apud Põpeiũ ẽ fregellæ: qm̃ hoies urbis fregellæ eũ locũ tenuerunt. Eſt tibi nata: ideſt habes filiam. ſignatur ima. uul. pa. ne. ſuſpitio ſit adulterii: Tu. ta. an. hoc dolebat Nepos q muneribus captatorum careret: ut luue. Tollere dulcem cogitat hæredẽ carituras turture magno.

Parce:abstineas annoso falerno:quod miserunt captatores:quamuis habeas filiam. Relinq; po. ca.ple.ae.q̃.s.uino.Idē alibi:Vnguentū hæredi nūq̃:nec uina relinquas.Ille habeat nummos: hæc tibi pauca dato. Locuples sit:idest hēat diuitias. Cecuba uin.idest cecubum uinum.nascebatur autem in populetis palustribus sinus amyclan iuxta pontinas paludes.periit in curia colonorum:& angustia loci:sed maxime fossa quam fecit Nero nauigabilē a sinu baiano hostiam usq; hoc uinum tenuit principatum secundas partes falernum. Solos orbes:carentes liberis. Patres:q liberos habēt ut tu.Possunt ui.dare operam uoluptati:& relaxare animum:nam uiuer̃ ut sæpe ē dictū ita accipit̃ apud Marti.

Libertus:Attedius Melior habuit puerum natum ex serua domi nomīe Glauciam:cuius ingenium longo carmine testatus est Papi.dum illius mortē deflet: quemadmodum hoc loco Mart: Libertus:nam statim manumisit eum Attedius delectatus īgenio moribus. Cecidit: mortuus est. Delitiæ bre.quia .xii. āno mortuus est. Patronus dicebatur quia manumiserat.Patronus & libertus corr̃latiua ut dominus & seruus. Hūatus: sepultus. Extra urbem:sepultus erat ī uia flamina:Pap.plebs cuncta nephas:& præuia ferunt agmina flammineo quæ limite miluius ager Transuehit. Innocens pu.idest qui pudorem præ se ferebat non ex culpa. Velox inge.quia iā recitabat uersus Homeri & Menandri: ut Pap. Docere felix .i. pulcherrimus.

Bissenis messibus uix applicabat .xii. annum Papi.Herculeos annis æquar̃ labores.i.xii.annos:Cœperat assurgens.

Qui fles:sensus est uiator qui commoueris miseratione pueri opto:nihil unq̃ in uita habeas flendum.

Non:Epigramma in eundem. Auaræ ca.catastæ loca erant ubi uendebant̃ pueri a uerbo græco κατιϛαω q̃ est expono persius:Cappadocas rigida seruos uinxisse catasta. Tibullus Nota loquor regnumq; tenet:quem sæpe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes.hic autem. Glaucias:non erat emptus ex grege seruorum:sed domi natus:quod īdicauit etiam Papi. Nō te barbaricæ uersabat turba catastæ.Non do.de ple.non ex plebe:nam populus alexandrinus in sacerdotes & plebem diuidebātur: idest plebei erant serui:alii liberi Sueto.ī Vespasiano:Quidam e plebe. De eadē re Taci.Quidam e plebe alexādrina.& Iuue.cum uellet indicare Crispinum esse seruilis conditionis: Cum pars niliacæ plebis.Munera:manumisionis:& suauitatem libertatis.Immodicis: his qui nimium sapiunt ante ætatem. Rara se.i: raro perueniant ad senectutem:Ita Papi.primum enim Glauciam nostrum cuius gratissimam infantiam & qualem plærunque infelices:idest ciro morituri sortiuntur. Apud te complexus amabā Quint.Facilis obseruatum est occidere clerius festinatam natiuitatem. Cupias non pla.hoc est eos quos ames non cupias habere multa in se propter quæ placeant: quia cito cadent quæ nimium omnibus placent.

Sex sestertia:Intelligas Pætum promisisse se donaturum sex sextertia:quæ si cito donasset: Mar. ut ait putaret se ei debere:non pro sex sestertiis:sed pro ducentis.Nūc autem cum sero dederit amisit gratiam muneris:quia putabat Martialis se nihil ei deberi.

Testis maternæ nata pudicitiæ:
Tu tamen annoso nimium ne parce falerno.
Et potius plenos ære relinque cados.
Sit pia:sit locuples:sed potet filia mustum.
Amphora cum domina nunc noua fiat anus.
Cecuba non solos uindemia nutriat orbos.
Possunt et patres uiuere:crede mihi.

Epitaphium Glauciæ:

Libertus melioris ille notus.
Tota qui cecidit dolente roma.
Cari deliciæ breues patroni:
Hoc sub marmore glaucias humatus:
Iuncto flamineæ iacet sepulchro.
Castus moribus:integer pudore:
Velox ingenio:docere felix.
Bissenis modo mensibus peractis.
Vix unum puer applicabit annum
Qui fles talia:nil fleas uiator.

De eodem.

Non de phœbe domus:nec auaræ uerna cacastæ:
Sed domini sancto dignus amore puer.
Munera cum posset nondum sentire patroni:
Glaucia libertus iam melioris erat.
Moribus hoc formæque datum?quis blādior illo
Aut quis apollinio pulchrior ore fuit?
Immodicis breui est ætas:et rara senectus
Quicquid amas:cupias non placuisse nimis

In Pætum.

Sex sestertia si statim dedisses.
Cum dixti mihi sume tolle:dono:

Nympha:antequam plane conualuiſſet Mar.bibit aquam ex fonte ſtellæ.uouitque porcã uirginẽ Dianæ:ut alii ſentiũt:qđ magis placet Proſerpinæ:ut Macro:ex ſẽtẽtia Corne.recitat. porca uicti ma erat Proſerpinæ uouit inquã porcã:ſi aqua illa furti hauſta eũ nõ læderet:nũc penitus confirmatus ꝓſoluit uotũ & rogat fõtem ut ſine ullo nocẽdi metu largas aq̃s ꝑbeat:cũ iã ſatiſſecerit necata porca ſuo crimini q olim æger bibiſſet.optat demum ut nunc bene ualẽs hauriat fontem:quẽadmodũ olim æger biberat. Domeſtica:intra parietes. Abãtris:antiquus codex habet ab anna.Anna ſoror didõis ad aritiã cõſecrata erat ſupra ẽ dictum & ſatis cecinit Oui.& filius. Coiunx numæ.i.egeria quæ illic numẽ habebat fontẽ. Ab anna.i.ab aritia ĩ qua colebatur diana. Nona de gre.ca. illac n.fluebat:an alludit ad nouẽ aquarũ ductus qui in urbẽ iuehebãtur:qui his nominibus dicebanť teſte frontino Appia.anio uetus:martia Tepula:Iulia:Virgo:auguſta:claudia: anio nouus: poſtea adtpa uſq; dioclitiani.x.&.viii:aquarũ ductus creueřt:& apte poeta has.ix.aq̃s.ix. muſis cõparauit:cũ diceret hãc ĩgredi ĩ domũ poetæ.potes & accipe dictum qđ magis placet ꝓp egeriã quæ una ĩter.ix. muſas fuit quorundã ſnia:autore Plu. Marcus:Mar. Exol.ſe uo.i.ꝓſoluit uota .x.Vir.por.ideſt intacta: nã & ſterilis uacca mactatur apud home: proſerpiæ

Nympha mei ſtellæ quæ fonte domeſtica puro
Laberis:et domini gemmea tecta ſubis.
Siue nume coniunx triuie te miſit ab amne:
Siue camænarum de grege nona uenis.
Exoluit uotis hac te ſibi uirgine porca:
Marcus furtiuam quod bibit æger aquam.
Tu contenta meo iam crimine gaudia fontis:
Da ſecura tui:ſit mihi ſana ſitis.

In Pomponium.

Quod tã grande ſophos clamat tibi turba togata:
Non tu pomponi cœna diſerta tua eſt.

De Priapo.

Non ſum de fragili dolatus ulmo
Nec quæ ſtat rigida ſupina uena.
De ligno mihi quolibet columna eſt:
Sed uiua generata de cupreſſo:
Quæ nec ſæcula centies peracta.
Nec longe cariem timet ſenectæ:
Hanc tu:quiſquis es o malus timeto
Nam ſi uel minimos manu rapaci:
Hoc de palmite læſeris racemos
Naſcetur licet hoc uelis negare.
Inſerta tibi ficus in cupreſſo.

Ad Lupercum.

Quod conuiuaris ſine me tam ſæpe luperce:
Inueni noceam qua ratione tibi.
Iraſcar licet uſque uoces:mittaſque rogeſque:
Quid facies inquis:quid faciam?ueniam.

Epi.Pantagathi.

Aquã furtiuã :ideſt clam bibit ex aqua tua. Tu contenta meo crimine.i. cum iam ſatiſfeceri tibi de meo crimĩe:quia mactaui porcam. Sana ſitis.i.utinã ita ſanus ſitiam nunc ut olim æger ſitiebã. optat potum alibi ægrotãs:Setinum dominæ q niues denſique trientes. Quãdo ego uos medico non prohibẽte bibã?

Quod:Pomponius mala carmina ſcribebat:q̃ cũ uellet laudari cœnam dabat amicis hoc carpit Perſius:Calidum ſcis ponere ſumẽ: Idem tangit Ora. in arte poetica:quod igitur laudentur carmina Pomponii dicit poeta carmia nõ eẽ erudita ſed cœnã.q.d.laudantur carmia ꝓpter cœnã. Turba toga.i. romana uel leuiorũ hominũ turba qđ placet:nã poeta dicit ſæpe ſe eẽ ĩter togatos:cum ẽ comes alicuius.Clamat grãde ſophos: idẽ aſſentatorie laudat:græca ẽ aſſentatio:q dicit σοφοσ: ideſt doctus eſt:nã græci in modice laudabãt:quod luuenalis carpit:Laudare paratus &c.ſupra audieris cum grande ſophos.

Non ſum: Epigramma hoc affixit poeta in hortis cuſtodis priapo. Priapus nomen eſt urbis & portus iuxta dardaniam urbem:condiderunt Mileſii: ut aliſ putãt illis deus eodẽ noĩe colit ex ſacris ſũptis a corĩthiis:q priapũ Orneũ colũt:ut eius ſacra ornea uocãt:Filius fuit pr̃is Liberi & ueneris:ut Diodo:ut Stra. nymphæ huic cũ cæteris Bachi comitibus ſacra celebrãt ad Alebedũ iuxta Colophonẽ uñ ipe Siléus& reliq comites Albedi dicũť. Vir.Huc alebede ueni.huius numis originẽ tradideřt ægyptii q pudẽda Oſiridis colueřt ꝓ deo:quẽ dixerũt Priapũ is nõ mõ ĩter urbes colit:ſed ẽt ruri fructuũ fures caſtigat Alloqť cuſtos Priapus. Nã ſi.i.ficoſus fies o fur. Inſerta tibi colũna mea cupreſſea:ficus.n.genus morbi.i.qui orit ex frequẽti pædicatiõe:ex quo iocãs alludit ad arborẽ.

Quod conuiuaris: In Lupercũ iocatur qui nunq̃ eũ ſuitauerat:Nã ĩquit ſũ tibi iratus & noui quã rõne te ulciſcar. Quid facies:inquit lupercus ueniam & ita tuam auaritiam ulciſcar.Conuiuaris: conuiuia facis.Iraſcar:tibi.Licet:quanuis me ſæpe uoces.

Hoc iacet:Panthagathū tonsorē laudat q nuper erat mortuus: cuius mãus facilitatem & leuitatē tãtã fuisse scribit:ut terra quãuis cupiat ei esse leuissima:nõ tñ possit eē leuior q̃ manus fuerit. Pãta gathus:seruus erat.Rapti:dicũtur qui moriuntur annis puerilibus. Vagos:inæquales. Vix ferro: tangente forpice. Excoluisse:expolire. Genas hirsutas.i.barbatam faciem.

Lotus:Hermocrates medicus fuit qui plurimos ĩperitia necabat.ĩhũc scribit poeta.ait.n.andragorã una lotũ fuisse ĩ balneis & cœnasse hilarẽ:sed ĩuẽtũ mane domi mortuũ:quare inqt hoc accidit? nimiꝝ uiderat ĩ somnio Hermocratem q tantæ ẽ ꝑniciei ut nõ mõ si medetur: sed ẽt si cernit aliquo pacto interficiat.

Tantos:Sextilianus hæc uerba sæpe numero usurpabat tantos & tantas.hoc accidere ait qui amet mutoniatos.

Tantos & tantas:draucos ut diximus amabat:hoc ẽ ꝑgrãdes iuuenes qui hispidos & barbatos præcidebãt: Tãtos.i. ꝑgrãdes pueros. Tãtas.i.mẽtulas:hoc ẽt supra notauit poeta: Dormis cũ pueris mutoniatis:ĩ phœbũ.

Secti podicis:ĩpudicũ fuisse Carinum duobus epigrãmatibus supra oñdit:quorũ utrũq; ĩdicauit eũ pudẽda muliebria lĩgua sectari:Catamitũ ĩdicat:hoc ẽ pueꝝ meritoriũ tãta libidĩe ut nullũ faciat finẽ pruriginis:quãuis iã ĩutilis sit.

Cũ coleret:idẽ sẽsus ẽ apud Iuuenalẽ Diligit nemo nũc nisi cõscius.Thelesinꝰ q̃diu caste & pudice adolescẽtes amicos coluit nihil ẽ assecutus:cũ primũ ãt cœpit curare turpes pueros:& illoꝝ libidinis cõscius eẽ:factus ẽ diues:luue. Nil tibi debere putat nil cõferet unq̃ ꝑticipẽ q te secreti fecit honesti. Pudica basia: & casta familiaritas nihil potest præstar̃ sed si fueris conscius alienoꝝ sceleꝝ euades diues.Basia pura: castos congressus amicoꝝ:quasi dicat oportet ĩter turpes uersari.

Quod sẽp:ĩ Coracinũ cuius anhelitũ fœtidũ unguẽtoꝝ odor̃s emẽdabãt:poeta optat nil potius olere q̃ olere unguẽta q̃si ĩdicaret eũ unguẽta sumere qa male oleat.& ĩ posthumũ idẽ ẽ sẽsus: posthume nõ bene olet q bñ sꝑ olet. Nos: me. Niger:unctus. Nido suꝑbæ alitis i.nido phœnicis.nã phœnix moritura & ex casia & thutris surculis nidũ cõficit quẽadmodu auctore Pli.scripsit Manilius.Mendosũ alterutꝝ codicẽ arbitror Pli.aut Herodo.nã Pli.ita scribit:Cinamomũ & cassias:fabulosa narrauit antiquitas:prĩceps Herodo. auiũ nidis:& p̃sertim phœnicis in quo situ liber pr̃ sit educatus:easq; decuti ĩ rupibus ĩuiis frusto carnis allato:aut plumbatis sagittis: hæc Pli.Herodo.eo loco ubi scribit de cinnamomo de phœnice nullã mentionẽ fecit:scrtbit tñ arabes hoc cogitasse: ut coactũ cinnamomũ ĩ nidũ decutiãt: obiiciũt asinoꝝ aut bouũ mortuoꝝ corpora secta in frusta q̃ aues nidis ĩferẽtes nidos ea mole dissipãt:atq; ita cadentes surculi ab arabis colligũt:de plũbatis sagittis nullũ extat Herodoto testimonium:quod plinius scribit: Cassia intra paludes in Arabia colligitur aduersus duo uespertilionum genera pugna.

Hoc iacet in timulo raptus puerilibus annis.
Panthagathus:domini cura dolorque sui:
Vix tangente uagos ferro resecare capillos:
Doctus:et hirsutas excoluisse genas.
Sis licet inde sibi tellus placata leuisque:
Artificis leuior non potes esse manu.

De Andragora.

Lotus nobiscum est hilaris:cœnauit: et idem
Inuẽtus mane ẽ mortuus andragoras.
Tam subitæ mortis causam faustine requiris
In somnis medicum uiderat hermocratem.

De Sextiliano.

Tantos et tantas si dicere sextilianum.
Aule uetes:iunget uix tria uerba miser.
Quid sibi uult inquis: dicam quid suspicer eẽ.
Tantos et tantas sextilianus amat.

Ad Papilum.

Mentula tam magna est: tantus tibi papile nasus:
Vt possis quotiẽs arrigis olfacere.

In Carinum.

Secti podicis usque ad umbilicum
Nullas reliquias habet carinus:
Et prurit tamen usque ad umbilicum.
O quanta scabie miser laborat:
Culum non habet:est tamen cinædus.

De Thelesino.

Cum coleret puros pauper thelesinus amicos:
Errabat gelida sordidus in togula.
Obscœnos postquam cœpit curare cinædos.
Argentum:mẽsas:prædia solus emit.
Vis fieri diues bithinice?conscius esto.
Nil tibi:uel minimum basia pura dabunt.

In Coracinum.

Quod semper cassia:cinnamoque:
Et nido niger alitis superbæ

Niceroniana:unguēta erāt a magiſtro tabernæ Nicerote:ut coſmiana a Coſmo.Nicerotes aūt unguentarius fuit.huius Laberius meminit ut mox diceſ.Plumbea dicūtur unguenta non tā a colore ut mihi quod placet :quā a confectione ipſa:nā i uaſis plūbeis ī umbra coquebātur auctore pli. quoniā ſol erat ei inimicus. Fragras:redoles. Plūbea:decocta in uaſis plumbeis.

Quod tibi.ī ſenē hiſpidū fellatorē:hic ut alienus a libidine uideretur: oſtentabat ſetas & mēbra hiſpida:at poeta īquit alia corporis pte eū poſſe eē turpē & libidinoſū & leuius crimē futurū ſi deplato corpe ſuſpicionē præbuerit q; ſit cinædus:nā id quod agebat erat ſcelerati us. Charidemus: dr̄ q delectaſ fama populari. Dare uerba:decipe. Crede mihi:ſequere cōſiliū meū. Multa dicere:loq uaria. Fac putēt te pædicari: nā qđ putāt te fallatorē eē:turpius ē.

Fragras plumbea niceroniana:
Rides nos coracine nil olentes.
Malo quam bene olere:nil olere:
In Charidemum.
Quod tibi crura rigent ſetis et pectora uillis:
Verba putas famæ te charideme dare
Extirpa:mihi crede:pilos de corpore toto.
Teque pilare tuas teſtificare nates:
Quæ ratio eſt inquis: ſcis multos dicere multa:
Fac pædicari te charideme putent.
In Phœbum.
Mentiris fictos unguento phœbe capillos:
Et tegitur pictis ſordida calua comis.
Tonſorem capiti non ē adhibere neceſſum:
Radere te melius ſpongia phœbe poteſt.
Ad Aulum.
Cernere parraſios dum te iuuat aule triones:
Comminus et ſcythici ſydera ferre poli.
O quam pene tibi ſtygias ego raptus ad undas:
Elyſiæ uidi nubila fuſca plagæ.
Quāuis laſſa tuos querebant lumina uultus:
Atque erat in gelido plurimus ore dolor.
Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores
Stamina:nec ſurdos uox habet iſta deos:
Soſpite me ſoſpes latias reuecheris ad urbes.
Et referes pili præmia clarus eques.
In Baccaram.
Et dolet et queritur ſibi non contingere frigus:
Propter ſexcentas baccara gauſapinas.
Optat et obſcuras luces uentoſque niueſque
Odit et hybernos ſi tepuere dies.
Quid fecere mali noſtræ tibi ſæue lacernæ?
Tollere de ſcapulis:quas leuis aura poteſt.

Mētiris:In phœbū iam canū:ſed diſſimulātē canitiē unguēto nō erit īqt opus tondere:nā ſola ſpōgia poterit caput tum o Phœbe detergere. Pictis: unctis ut nigri eēnt:Radere:detergere. ſpōgia tergēdis mēſis utebāſ antiqui: qđ diſtichon indicabit:ſpōgia itē piſcis erat tribus generibus:ut pli. ſcri.hærens lapidibus:ita ut uix auelli poſſit:ſed hic đ ſpōgia:non piſce intelligit.

Cernere :Ad Aulum pudentem amicū militātē in germania huius ſupra bis meminit cum de Encolpo puero loqueretur :nunc ſignificat ſe conualuiſſe ex grauiſſimo morbo quo illo abſēte laborauit. Sibi aūt eſſe in uotis ut ille primi pilaris reuertatur ſoſpes, nam Aulus pudens primi pilū maxime affectabat qđ centuriōibus dabatur cum rem bene geſſiſſent dignitate equeſtri:etiā ſi q̄dringenta ſeſtertia non poſſideret. Plagæ: regionis.Triones parhaſios:ſeptemtrionem in germania ab urſa parhaſia Sidera:pigra boetes & urſa: quia nunquam nobis occidunt. Pigra:nunquam nobis occidentia. Laſſa:languentia. Plurimus pudens: ita codex antiquus habet & ita eſt legēdū nō aūt pudor.pudēs.i. nomē Auli pudentis.plurimus: ſæpiſſime erat ī ore.ſ.mihi:hoc ē ſæpe te lāguens nominabā.Clarus eques:ī equeſtrē dignitatē aſcitus. Pulla:ſtamina parcæ ducunt īfelicibus.ſenſus ē ſi nō ſum oio iuiſus diis & īfelix. Vox:meū uotum. Surdi:dicūtur dii :q̄ñ nō audiūt uota.

Et dolet:Bacharis ſignificat nardum ruſticū:auctor ē pli.hic bachara nomē eſt ppriū. Gauſapia penula:erat togæ quæ geſtabatur ſub latoclauo:ut alii ſcribūt erat tunica laticlaui:ea texebatur ī modū gauſape miro candore uillorū geſtabaſ hyeme.Bachara multas gauſapias hēbat & optabat ppetuā hyemē his oſtētādis:Mar.trita & lacerata tūica accuſat Bacharā q; ſibi bene induto frigus optet:cū idē noceat poetæ hēnti tritas lacernas. Frigus:hyemē & dies frigidos. Sexcētas:nō ſexcētas ſed multas:nā ſexcētū nomē erat ī pmptu uolētibus ſignificare magnū numerum.Cic.ſexcenta incommoda ſum perpeſſus in tuenda repu.Gauſapinas : ueſtes.

Luces obſcuras:ideſt nubilos dies. Hybernos:hyemales. Si tepuere : ſi incaluerunt ſole.

Noſtræ lacernæ:tritæ. Scapulis:humeris:quanto tu humanius faceres:ſi ferres gauſapinas media æſtate;ut tu calore laborares:quam optare hyemē perpetuam.Diſtichon de penula gauſapina:

Tam mihi candor ineſt uillor̃ gratia tanta: ut mẽ uel media ſumere meſſe uelis: hoc eſt tu optares ferre media meſſe: quamuis ſim hyberna.

Laudat: oderat inuidos poeta: q̃ ſupra indicauit in Zoilũ: pẽdẽtẽ uolo Zoilũ uidere. & alibi: Oĩ bus inuideas liuide nemo tibi: & nunc ait ſibi placere carmina ſua: nulla alia re magis: q̃ q̃ eorum inuidia quidam crutiatur. Mea Roma: mihi amica & beniuola. Rubet: hi ſũt affectus inuidẽtis:

Oſcitat. ore hiſcit. Hoc uolo: hoc præmiũ. Noſtra placẽt: ut hic rũpat̃ inuidia.

Rem: pompili dicuntur quidam thinni: qui nauibus plenis: uelis euntibus a gubernaculis nuſquam diſcedũt. Pompilus nomẽ proprium ẽ hoc loco: q̃ carmẽ qdẽ ſcribebat: ſed tñ ſine ulla uenuſtate aut lepore: cũ eẽt ingenioſus: multi putabant fore immortalẽ. Poeta hoc negat: quoniam non ſolum ingenium p̃ petuitatem donat: ſed quidam lepos & gratia: quæ aberat a carmine Pompili.

Rem factam: uerbũ a Mar. alibi etiam uſurpatum. nam dicit eum habere rem factam: qui uſque eo in negocio ſuo eſt progreſſus: ut putet ſe conſecuturum reliquum ſine controuerſia: ſupra: Et factam tibi rem ſtatim putaſti: hi duo uerſus dicuntur ex ſententia uulgi. Vſipiorum: Ptolæmeus uſipum deprauata dictione pro uſipium ponit ad hiſtrum. Accolæ aũt hiſtri fuerũt hoſtes: de quibus ſcribit Tacitus Domitiãi: Daci: Catti: Sarmatæ. poſuit uſipios hoc loco: qui iter eos hoſtes ſũt. Leue: inconſtãs: q̃a ſæpe defecerunt: Flauorum: a crinibus.

Sic ualeat: ut Põpilus legeſ. Famæ: immmortalitati. Tineas: paſcunt cum obiiciunt chartas non legẽdas. Blatra: nomen ſumpſit a græco uerbo: quod eſt noceo. Coci ſoli: cum redimunt piper

Chartis: libris. Geniũ: leporẽ & gratiam natiuam. Genius item rerum gerẽdarum deus: ut ſcribit Pompo.

Amiſit: Apianus erat captator apud græcos: poeta eſt qui de piſcibus carmĩe elegantiſſime ſcripſit: quem imitatus ẽ Ouidi. apud latinos operis eodem argumento: ut apud Plini. legimus. Sillanus: factus eſt orbus amiſſo unico filio: quem habebat. Inquit poeta argute filium mortuum non eſſe cadauer: ſed patrem: quia multi captatores ad ipſũ tanquam aues aduolabãt. Silanus: ditiſſimus. Vnicum. ideſt filium: quem habebat: qui mortuus eſt: Vulturis: Vultur cadauera ſectaſ̃ præter cæteras aues ut illud Ennii: Vulturis in ſiluis miſerum mãdebatur homonem. Cuius uulturis: ideſt cuius captatoris: nam captatores perinde ac uultures ſunt: aduolantes ad cadauer:

Scis te captari. Mariãus captatorẽ ſcripſerat hæredẽ: hũc ĩgenioſe carpit poeta: captabãt̃: qui blãditiis & muneribus alliciebãt̃: ut illud maius darẽt: Tu ſcis quid uelit captator. nã cupit te cito mori. Supremis tabulis: teſtamẽto. Eſſe tuo locco. i. ſuccedere tibi. Et piſcatorẽ: piſcis amare põt. q. d. qui decipitur: nõ debet amare autorẽ fraudis. Tua fata: tuã mortem. Des nihil: ut illud ploratur lachrymis amiſſa pecunia ueris. lraſcuntur apud iuuena. qui non ſunt ſcripti bonis conſumptis: Ducitur iratis plaudendum funus amicis:

Quanto ſimplicius: quanto eſt humanius illud:
Menſe uel auguſto ſumere gauſapinas.
In inuidum.
Laudat: amat: cantat: noſtros mea roma libellos.
Meque ſinus omnis: me manus oĩs habet.
Ecce rubet quidam: pallet: ſtupet: oſcitat: odit.
Hoc uolo: nunc nobis carmina noſtra placent.
De Pompillo.
Rem factam pompillus habet fauſtine legetur.
Et nomen toto ſparget in orbe ſuum.
Sic leue flauornm ualeat genus uſipiorum:
Quiſquis et auſonium: non amat imperium.
Ingenioſa tamen pompilli ſcripta feruntur.
Sed famæ non eſt hoc: mihi crede ſatis:
Quam multi tineas paſcunt blatraſque diſerti.
Et redimunt ſoli carmina docta coci.
Neſcio quid plus eſt: quod donat ſecula chartis:
Victurus genium debet habere liber.
Ad Apianum.
Amiſit pater unicum ſilanus
Ceſſas mittere munera apiane?
Heu crudele nefas: malæque partæ:
Cuius uulturis hoc erit cadauer.
Ad Marianum.
Scis te captari: ſcis hunc qui captat auarum.
Et ſcis qui captat: quid mariane uelit?
Tu tamen hunc fabulis heredem ſtulte ſupremis:
Scribis: et eſſe tuo uis furioſe loco.
Munera magna quidem miſit: ſed miſit in hamo:
Et piſcatorem piſcis amare poteſt.
Hiccine deflebit uero tua fata dolere?
Si cupis ut ploret: des mariane nihil.

Cum ſis:in puerum mollem:qui ſcripſerat epigrãma ĩ Mar.hunc hexametris inſectatur. Permittis tibi:tãta uteris licẽtia aĩ:ut cõmittas emẽdare meos libellos:quos fama nouit:qui ab oĩbus probati ſũt Nugas:carmina mea. Fœlices:quæ legũt & laudem habent. Curio:dẽtato marito:qui ex aratro fuit creatus conſul:ſed ſis filius patris. Tonſi ad ſpeculum.i.cinædi.nã ad ſpeculum cinædi tondebantur:ut luue.Ille tenet ſpeculum pathici geſtamen othonis. Matris togatæ.i.mœchæ famoſæ.nã mœchæ deprehenſæ cogebãtur toga ĩdutæ ꝓcedere ĩ publicũ. Et ſpõſã:ut ſupra.nã cinædi fũt ſpõſæ uirorũ. Totã aurẽ.i.diligẽter audire. Silii ꝓpetui:ĩmortalẽ famã cõſecuti. Dignant:accipiũt.Sili.declamauit ĩ foro ad mediã ætatem.Sura:ad Surã ſcribit plĩ.hic doctiſſimus fuit dictus:palphurius Sura:& coronatus ẽ in certamĩe oratorum:coronati ãt hõeſto loco ĩ ludis ſedebãt:cũ ãt hoc certamĩe:quo fuerat uictor in circo eẽt:poeta ait Surã habere honeſtũ illic locũ:uñ ſpectet certamina.placet ſuperior ſẽſus:potes ẽt intelligere ex Auẽtino monte eum ſpectaſſe certamĩa.nam illic habitabat:pãtices inteſtinorum partes ſũt:& quidẽ ſordidæ.Feſtus ita ſcribit:pantices ſunt uẽtris fluxus. Diana:ĩ auentino colebatur:cuius poſtibus cornua boum affigebantur:cũ aliis eius tẽplis tãtum ceruorũ pẽderẽt. Magni circi:ĩ quo coronã aſſecutus erat. Tanto pondere rerum.i.in tãtis negociis. Sed tu plus mẽtis habes:q̃ alii.irõia ẽ. Pectus fixeŕt:uulneraueŕunt doctrina. Tria carmina:q̃ ſequũtur. Quid cũ panticibus:ſcripta fueŕt ab hoc puero quæ iſerit Mar.& deridet:ut perſius Nerõis carmẽ:Torua mimalloneis ĩplerũt cornua bombis.& Or.carmen Furii bibaculi:Furius hybernas cana niue cõſpuit alpes.& alibi mali ſcriptoris:Fortunam priami cãtabo & nobile bellũ.Multo altius:multo eruditius ẽ. Audes præterea:quũ tale carmẽ ſcrĩbas. Inuſſerit:urendo ſignauerit. Stigmata:ſigna & notæ:q̃s habuerit carmen meũ. Cinnamus:qui ſcit expolire cutẽ placet magis ut accipias pro fullone. Vafra arte:fullonaria. Erit urſus:ueni et ad feritatẽ. Fatiges dentes:tranſlationem a cane ſumpſit.

Hexametris:tucca reprehenderat ſuperius epigramma:quod & longũ eẽt:& hexametris cõpoſitũ. Alterum.ſ.ut cõſtet hexametris.poeta ait ſibi licere:& hoc ſolere fieri.In alterum.ſ.qđ ſit longũ paciſcitur cũ Tucca:ut ſola diſticha legat:epigrãmata ãt lõga tam liceat Tuccæ tranſire q̃ ſibi ſcribere. Tuccæ:nomen conuenit cenſori.nam & Octauius ĩ emẽdando carmine uirgiliano: Tucca uſus dicĩt auctore Euſebio. Solet fieri ut epigrammata ſint hexametris.

In detractorem.

Cũ ſis nec rigida fabiorum gente creatus.
Nec qualem curio dum prandia portat aranti
Hirſuta peperit rubicunda ſub ilice coniunx.
Sed patris ad ſpeculum tonſi matriſque togatæ
Filius:et ſponſam poſſit te ſponſa uocare:
Emendare meos:quos nouit fama libellos.
Et tibi permittis fœlices carpere nugas:
Has inquã nugas: quibus aurem aduertere totam
Non aſpernantur proceres urbiſque forique
Quas et perpetui dignantur ſcrinia ſili
Et repetit totiens facundo regulus ore:
Quique uidet propius magni certamina circi
Laudat auentinæ uicinus ſura dianæ.
Ipſe etiam tanto dominus ſub pondere rerum
Non dedignatur bis terque reuoluere cæſar.
Sed tibi plus mentis:tibi cor limante minerua
Acrius:et tenues fixerunt pectus athenæ.
Ne ualeam:ſi non multo ſapit altius iſtud:
Quid cum panticibus laxis:et cũ pede grandi
Et rubro pulmone uetus naſiſque timendum.
Omnia crudelis lanius per compita portat.
Audes præterea:quos nullus nouerit: in me
Scribere uerſiculos:miſeras et perdere chartas
At ſi quid noſtræ tibi bilis inuſſerit ardor:
Viuet:et herebit :totoque legetur in orbe.
Stigmata nec uafra delebit cinnamus arte.
Sed miſerere tui:rabido nec perditus ore:
Fumantem naſum uiui tentaueris urſi.
Sit placidus:licet et lambat:digitoſque manuſque
Si dolor:et bilis:ſi iuſta coegerit ira.
Vrſus erit:uacua dentes in pelle fatiges:
Et tacitus quæras:quam poſſis rodere carnem:

Ad Tuccam.

Hexametris epigramma facis: ſcio dicere tuccam:
Tucca ſolet fieri :denique tucca licet.
Sed tamẽ hoc lõgũ ẽ:ſolet hoc quoque tucca licẽ
Si breuiora probas diſticha ſola legas.

Conueniat nobis:hoc est:hoc pactum sit inter nos.

Famæ:Præconis Geliani iprudētiā accusat:q puellā uēdēs:ut eius pudicitiā & blanditias ostentaret:ita istitutā ut negaret:faceretque uendibiliorē ter osculatus ē. At q paulo ante pmiserat sexcēta noluit dare:uult.n.inuere Gelianū fuisse fœtido anhelitu:uel connilingū:uel fellatorē:nā in eius generis homines:hoc ioci genere sæpe utitur ut in escam:ī q Sabidius sufflauerat fellator: sed nēo potuit tangere:merda fuit. Et ī posthumū sæpe: Suburra:in suburra:erāt ipudicæ mulieres;quod supra indicauit:Tonstrix suburræ fauci bus sedet primis. Licere: dicuntur res uenales:quādo certatī præmia offerūt dū uendūtur sub hasta:& licitatores di cūt qui eādē rem affectātes pollicētur p̄ ciū. Purā:qa negabat negātē:ita.n.do cuerat. Profecerit.i.sit assecutus. Ne gauit:noluit dare offēsus osculo Geliāi nā erat fœtido anhelitu ob fellationem

Cur tm̄:Eunuchi spadones dicti sūt autore Donato:a græco σπαω:quod si gnificat extraho. Adhibebantur custodi endis lectis matronarum. nam in eum usum emebantur:ipudenter factū ostē dit poeta & accōmodatū eē consilio mu lierum uolētiū futui:nec parere:ut nūc Gelliam iocat.nā Eunuchi procreare ñ possunt:& si rē habent. Tāta erat muli erum libido:ut spadones quoque adul teros haberent:quod alibi conqueritur At prius o facius & spado mœchus erat.

Flete nefas:castricus puerum amiserat baiis:ubi erat:ut supra:Dū tibi fœlices indulgent castrice baiæ.huius poeta mortem deflet. Nayades: nymphæ aq̄ rum:lucrinus iuxta baias. Tethys:ma re: Eutychus:nomen est pueri:alibi no men asinarii:qui primo mane occurrit Augu.unde bonum accepit omen:nā eutichus significat fortunatum autor Trā. Dulce latus tuū.i.qui lateri sem p hærebat. Alexis:alter Alexis:ut Vir; Hylas raptus est in bithina secutus cer uam immissam a lunone:ut Theocritus scribit ab omnibus nymphis:ut Onasus in primo amazonicorum:a nulla nym pha raptus submersus ē: ut Appollonius canit ab una nympha:eius nomine la cus ē:quem lustrantes quot annis bithin ni hylā uocāt.Hermaphroditus: Veneris & Mercurii.ſ.qué Salmacis nympha dilexit. is utrunq; habebat sexū:uñ eius generis homines Hermaphroditi dicti sunt:& alio uerbo adrogyni: qui olim ī portentis habebantur postea in delitias recepti:ut pli. Sollicitata:allecta.

Viri:Euthici.

Non miror:bassa bassī filia aquam potabat:cum pater fuisset ebrius:hoc mirat ur Mar.nam & cum Dioge,ebrium ī foro uidisset illius inquit pater ebrius fuit:simul inquit eam fuisse fellatricē: ita dixit alibi in lesbiā:Qua tibipte opus ē Lesbia sumis aquam.

Conueniat nobis ut fas epigrammata longa:
Sit transire tibi:scribere tucca mihi.

De Præcone puellam uendente.

Famæ non nimium bonæ puellam.
Quales in media sedent suburra
Vendebat modo præco gellianus.
Paruo cum præcio diu liceret.
Dum puram cupit approbare cunctis:
Attraxit prope se manu negantem:
Et bis terque quaterque basiauit.
Quid profecerit osculo requiris?
Sexcentos modo qui dabat:negauit.

Ad Pannicum.

Cur tantum eunuchos habeat tua gellia quæris:
Pannice:uult futui gellia:non parere:

De Morte Eutychi pueri:

Flete nefas uestrum sed toto flete lucrino:
Nayades:et luctus sentiat ipsa tethys.
Inter baianas raptus puer occidit undas
Eutychus:ille tuum castrice dulce latus.
Hic tibi curarum socius blandumque leuamen.
Hic amor:hic nostri uatis alexis erat.
Nunquid te uitreis nudum lasciua subundis
Vidit:et alcidæ nympha remisit hylam.
An dea fœmineum iam negligit hermaphroditū:
Amplexu teneri sollicitata uiri?
Quicquid idest subitæ quæcūque ē causa rapinæ
Sit precor et tellus mitis:et unda tibi.

De Bassa.

Non miror quod potat aquam tua bassa catulle:
Miror quod bassi filia potat aquam.

Ad Martianum.

Sexagesima martiane messis
Acta est:et puto iam secunda cottæ
Nec se tædia lecticuli calentis

Sexagesima:cottæ uitam iocundissimam admiratur:q̄ cū.lxii.annū expleuerit:unquam egrota uerit:& hanc fuisse ueram uitam scribit:non enim multi anni ostendunt aliquem diu uixisse: sed uitæ iocunditas & carentia morborum. Messis acta.i.annus absolutus. Calētis lectuli:i febre.

Expertum meminit die uel uno.
Oſtendit digitum.ſed impudicum:
Alconti:daſioque:ſymmachoque.
At noſtri bene computentur anni
Et quantum tetricæ tulere febres:
Aut langor grauis:aut mali dolores:
Auita meliore ſeparentur.
Infantes ſumus:et ſenes uidemur.
Aetatem priamique neſtoriſque
Longam qui putat eſſe martiane
Multum decipiturque:falliturque.
Non eſt uiuere:ſed ualere uita:

De Theleſina.

Edere laſciuos et bætica cruſmata geſtus:
Et gaditanis ludere docta modis.
Tendere quæ tremulũ pelian:hecubæque maritũ:
Poſſet ad hectoreos ſollicitare rogos.
Vrit et excruciat dominum theleſina priorem:
Vendidit ancillam:nunc redimit dominam.

De Cilice fure.

Fur note nimium rapacitatis
Compilare cilix uolebat hortum:
Ingenti ſed erat fabulle in horto:
Præter marmoreum nihil priapum.
Dum non uult uacua manu redire.
Ipſum ſurripuit cilix priapum.

De priapo.

Non rudis indocta fecit male falce colonus.
Diſpenſatoris nobile cernis opus.
Nam ceretani cultor notiſſimus agri:
Hos hilarus colles et iuga lenta tenet.
Aſpice quam certo uidear non ligneus ore:
Nec deuota focis inguinis arma geram:
Sed mihi perpetua nunquam moritura cupreſſo
Phidiaca rigeat mentula digna manu.
Vicini moneo ſanctum celebrate priapum
Et bis ſeptenis parcite iugeribus.

Ad Eſculanum.

Medio recumbit imus ille qui lecto.

Alcon:Alcontius alio uerbo dictus eſt:
Orati.Alcõté dixit:Alcon maris expers
pro ſeruo Oratii uerbũ cũ Mar.cõuenit.
Pli.nõ cõuenit:qui ſcribit Alcontiũ uul
nerũ medicũ a claudio.c.ſeſtertiis cõdẽ
natũ exulẽ miſſum ĩ galliã: deĩde reſti
tutũ. Daſius:nomen medici hoc loco.
Daſii etiã cuiuſdã meminit Liui.ĩ ſecũ
do bello punico. Simachus:medicus:
de quo ſupra cũ uenit ad Martialẽ ægro
tantẽ comitatus.c.diſcípulis.Digitũ im
pudicũ:deridet & cõtẽnit:nã oſtendere
mediũ digitum:qui infamis dicitur op
probriũ erat. Cõputẽtur:numerẽtur.
Sumus ĩfantes:ideſt parũ uiximus: ac
ſi eſſemus ĩfantes:quia febres & dolores
occuparũt uitæ tẽpus. Vita nõ uiuere:
hoc eſt nõ eſt conſumere annos.Valere:
eſſe ſanus & in uoluptate agere.
Edere:eũ deridet:qui Theleſinã ancil
lã olim uẽdiderat:ſed eius poſtea amore
captus eã redemit:pulchre ĩquit factum
nã quæ paulo ante diuendita fuerat tã
quã ancilla:nũc redimitur pro domina:
placet potius:ut ĩtelligas eã nõ fuiſſe ite
rũ emptã ſed magno ĩterdũ precio cõdu
ci a domino priore: Cruſmata:ad ſoni
tus bæticos.Cruſmata dicuntur ſonitus
cimbalorũ & iſtrumẽtorum:quæ digitis
pulſantur:nã κρουω eſt uerbero & pul
ſo:unde cruſma. Modis gaditanis:nam
puellæ gaditanæ peculiarẽ ſaltationem
habebãt. Pelias: frater Nerei fuit: Ne
ptuni & Tyro filius ex eadem matre: ex
Cretea nati ſunt Amithaon: Pheretus:
Eſon.Pelias alter Iaſonis:qui ad decrepi
tã ætatẽ uixit:de quo intelligit ad rogos
hectoreos:ideſt ĩ medio merore. Redi
mit dominam:precio impetrat tãquam
a domina.Redemptores dicũtur:qui ſu
ſcipiunt opera conficiẽda.Redimere itẽ
eſt aſſequi precio:ut hic.
Nõ:Cuſtos hortoꝝ alloquitur ex agro
hilari ceretani diſpẽſatoris:cũ tantũ diſ
penſatorem dicat:ego Publium ĩtelligo
& Palatinum.Cerelim:agilinã dixerũt:
ſunt qui diſpenſatorẽ accipiant pro arti
fice qui cuſtodem effinxit:quod placet.
Parcite iugeribus:nolite aliqd furari:
Medio:Senem deridet:qui non ſecus
ungebat crines:& reliquum corpus cole
bat:quã ſi iuuenis:ut aut iuuenile os in
dicaret:cum nullos haberet dentes:den
tiſcalpio utebatur ridens hoc ſignificat
Eſculano:ne uidens dentiſclapium de
ceptus putet eum dentes habere. Imus:
in imo loco.Segmẽta:dicuntur quiſqui
liæ rerum ſectarum.Segmẽta item dice
bantur colli ornamenta:quæ ſenatus ro
manus aurea permiſit mulieribus ĩ gra
tiã Volũniæ:q̃ Coriolanũ reꝑſſit ĩminẽtẽ patriæ.Segmẽta ꝑterea faſciolæ.Iuuenalis:Segmẽta & lõ
gos hitus:nõnulli codices habẽt ſemitatus.i.diſtictus & expolitus:ut Catullus: Oẽs puſilli & ſemi
tatii mœchi:at ſegmẽtati faſciolis obuoluti dicũt & ꝑ trãſlationẽ ſegmẽtati unguẽto obliti dicũt.

Caluam tríphilem:ideſt trium capillorum. Fodit:ſcalpit. Lentiſcus:erat arbor:ex qua fiebant dentiſcalpia. Tonſis:politis.

Cũ mittis:ad pontiã uenefícã:cuius meminit Iuue. Tu ne duos una ſæuiſſima uipera cœna? Tu ne duos? Hæc mittebat Mar. ſæpenumero munera eſculẽta:ideſt apta eſui: dicebatque ſe mittere ſuas buccellas:at poeta iquit:has ego nõ mittã amicis:nec edã:quia puto ĩ eſſe uenenũ. Buccella:genus cibi cõditi eſt:ſed mihi Aug. uidetur accepiſſe buccellas pro exiguo fruſto panis his uerbis:in balneo demũ poſt horã primã noctis duas buccellas manducaui:& alibi poeta primitiuum protulit: horret caninas canis ípro bi buccas:ut exponas tuas buccellas:ideſt quas tibi paraueras: Nec mittam:amicis Nec edã.q.d.ego puto ĩeſſe uenenũ: quod nec mihi uolo ſumere:nec tradere amicis.

Caluam triphylem ſenitatus unguento
Foditque tonſis ora laxa lentiſcis.
Mentitur eſculane:non habet dentes:

In Pontiam.

Cum mittis turdũque mihi:quadramue placẽtæ:
Siue fœmur leporis:ſiue quid his ſimile.
Buccellas miſiſſe tuas te pontia dicis:
Has ego nec mittam pontia:ſed nec edam:

Epi. Tuſci.

Ille ſacri lateris cuſtos martiſque togati:
Credita cui ſummi caſtra fuere ducis.
Hic ſitus eſt fuſcus:licet hoc fortuna fateri.
Non timet hoſtiles iam lapis iſte minas.
Grande iugum domita dacus ceruice recepit:
Et famulum uictrix poſſidet umbra nemus.

In Afrum.

Cum ſis tam pauper quam nec miſerabilis irus:
Tam iuuenis:quam nec parthenopeus erat:
Tam fortis:quam nec cũ uinceret arthemidorus
Quid te cappadocum ſex onus eſſe iuuat?
Rideris multoque magis traduceris apher:
Quam nudus medio ſi ſpatiere foro.
Non aliter monſtratur atlas cum corpore gibo:
Quæque uehit ſimilem belua nigra lybin.
Inuidioſa tibi quam ſit lectica requiris:
Non debes ferri mortuus exaphoro.

Illę ſacri:Domitianus duas expeditiones ſuſcepit ĩ dacos populos Germaniæ in priore Appius Sabinus conſularis oppreſſus eſt:alteram commiſit Cornelio Fuſco:qui erat præfectus cohortiũ prætorii data ei belli ſumma:hic mortuus ẽ eo in bello. Inde inquit Iuue. Fuſcum præbuiſſe uiſcera lanianda uulturibus dacis:poeta epitaphium ei cõponit. Ille cuſtos:ille præfectus prætorii: & qui cuſtodiebat latus Domitiani. Martis togati:ideſt cohortiũ prætorii:nam cohortes prætoriane nõ uerſantur in caſtris: ſed ĩ urbe. Caſtra ſummi ducis:Domitiani.

Credita:cõmiſſa. O fortuna:quæ iuidiſti fuſco:potes hoc fateri:quãuis mortuus ſit:uicit tamen:quia domuit dacos.

Dacus:populus germaniæ. Nemus:famulũ domitũ & redactũ ĩ deditionẽ.

Cũ ſis:Afrũ carpit:qui pauper iuuenis fortis a ſex ſeruis geſtabatur:quũ tantũ diuitis ſit ſenis & imbecillis:hoc multo maiorẽ ait riſũ cõmouere: quã ſi nudus ĩcederet per mediũ forũ. Eſſe onus:portare humeris. Cappadocia: finitima armeniæ:unde ſerui mittebãtur:ut e Syria Irus:pauprimus fuit. Parthenopeus: unus ex. vii. ducibus:qui ad Thebas fuerũt profecti:iunior & omniũ pulcherrimus:lõgũ de hoc extat papinii carmẽ in thebaide:Pulchrior haud ulli triſte ad diſcrimẽ ituro frõs fuit. Arthemidorus pugil: Cum uinceret:ætate florente. Traduceris:ſubſannaris. Atlas: ſenſus poetæ eſt tanta admiratione & riſu ſpectari Afrum:quanta ſpectantur res nouæ in ludis:ut Atlas:qui cælum dicitur ſuſtinere:ſi gibo corpore & curuo fuerit repræſentatus:ut ſi Elephas per ſtadium incederet inſidente mauro. Hanc nouitatem ſpectaculi quæſiuit Nero: in cuius ludis notiſſimus eques romanus inſidens Elephanto per mediũ caſtra domum cucurrit:& apte ſpectacula ab atlante & elephanto ſumpſit:cum ĩ afrum ſcribat:& ex africa elephantes mauri ſint. Compare gibo:ideſt cum pari gibi magnitudine. Nigra bellua:ideſt elephas:hexaphorum:nõ niſi ditiſſimorum erat lectica & ſex ſeruis geſtata. de hac Iuuenalis. Et ſexta ceruice feratur. An alludit ad ludos Neronis:in quibus fuerunt camellorum quadrigæ:& notiſſimus eques ro. ut propoſui elephanto eſt uectus:ut per gibos camellos intelligat: qui gibum habent dorſum:& quod ſequitur de equite ro. non aliter atlas magnus ridetur:cum gibo camello comparare idoneo ad eum geſtandum. Sandapila:feretrum erat populare. Pauperes nunquam geſtabantur:niſi mortui :Senſus ergo eſt: Non debes geſtari:niſi mortuus fueris:at ſi fueris mortuus:debes geſtari ſandapila:non hexaphoro. An placet ut mortuum accipiat pro paupere & ignauo. Mortuus:pauper & ignauus:non debes geſtari hexaphore:ideſt lectica ditiſſimorum hominum:alibi de lectica ignaui. Quum tua ſit Sandapila eſt.

Potor:claruerunt potu nonnulli:ut Torqua.Mediol.qui tres uini congios uno ſpiritu potare dicebatur.Plí.autore. Lippus:cui oculi ſtillabãt. Valebis:peribis. Oculis bibit uenenum:quia periit

Triſtis:i Lupũ:qui arrogãtiã ſibi palã deberi arbitrabatur:quã haberet: monet Mar.eũ eſſe fortunatũ:& fortunã accuſaturã ipſum ingratitudinis:ſi ſenſerit eũ triſtẽ:& hoc pacto auaritiã hominis:& nimia atque immodica appetentem animum accuſat. Triſtis:mœſtus:ſcierit te eſſe triſtem.

Vt noua:roſæ olim mittebantur ex ægypto hyemali tempore:in gratiam autem Domitiani iã erat excogitatum:ut in urbe quoque hyeme prouirerent.Virebant etiã perpetua hyeme in Hiſpania ad Carthaginem nouã ex Italicis:mileſiæ palmam ferebant ſero proueniẽtes:antequam ueræ roſæ ſeruarẽtur:ex ramẽtis & ſegmentis cornuũ tinctis coronæ:conſerebantur imitantes ueros flores:& hæ appellabantur hybernæ:nunc poeta ab ægypto ait deſiderari in urbem frumentum:non roſas:quæ iã poterant mitti illuc ex urbe: Menphiticus:ægyptus uiſus eſt deridere. Hortos pha.ægyptios. Ambitioſa:quærens laudem nouitate florum.Noua dona:ideſt inuſitata:nam nouæ roſæ hyeme erant noua dona. Floræ:deæ florum. Pæſtaní ruris:ideſt roſacei. Omne iter:ideſt omnis pars urbis. Iuſſus iã cedere:ideſt q cogeris cedere. Hyemi romanæ: ideſt roſis romanis:quæ hyeme ſunt & proueniunt.

Iratus:de Solio ſupra:hoc ligneo uſus eſt Augu.quo pedes & brachia iactabat: idque appellauit duretam uerbo hiſpanico. Charidemus erat fellator: & cum inguina in ſolio lauaret:ita aquas iactabat:ut uideretur uelle eas pollutas eſſe: & immundas iis qui poſtea ſe lauarent eodem loco.Ego inquit poeta nollem charidemum ſic lauare caput:ut lauat inguina:at ſi lauat caput fœdius eſt ob fellationem. Sic:tanto impetu. Subluis:iactas lauando in ſolio uaſe: quod erat in balneis. Malo laues inguina:quia puriora ſunt ore tuo: Vrbane fellatorem indicat.

Quidam:iocatur cum Ruffo: cuius fata paulopoſt deflebit:ait ſe iterrogatum eſſe a quodam:an eſſet Mar.poeta:& cũ annniſſet:miratum cur habuiſſet tã malas lacernas: reſpondit quia erat malus poeta.At ne cogar inquit hoc ſæpius fateri:mitte o Ruffe bonas lacernas. Laniſtæ:erant qui habebant familias gladiatorum.Mangones: qui habebant ſeruos uenales. Emptor:mãgo. Inſpectũ me uelut emptor:tanquam uellet emere ſeruum.Aut laniſta:qui uellet emere gladiatorem.Batauam aurem:Batauí inſulam tenent in Rheno: hos domuit Domitianus prima ætate:cum poeta barbarum uellet nominare Batauũ dixit: qui & barbarus erat & hoſtis fuerat domitiani.Aurem batauam:ideſt barbaram & hoſtilem.Inſpectum diligenter.inſpiciebantur autem diligẽter:cum emerentur ſeruí.Inde illud legimus Auguſtum miſiſſe amicos per urbem:qui matreſſamílias & adultas ætate uirgines denudarent:atque perſpicerent tanquam Toranio mãgone uendente: ne hoc accidat hoc ſæpe mihi:ideſt ne cogar dici malus poeta:mitte bonas lacernas.

Ad Aulum de Luſco.

Potor nobilis aule lumine uno.
Luſcus phryx erat alteroque lippus:
Huic dicit medicus bibas caueto
Vinum:ſi biberis nihil uidebis.
Ridens phryx:oculo ualebis inquit.
Miſceri ſibi protinus deunces
Sed crebros iubet.exitum requiris.
Vinum phryx oculis bibit uenenum.

Ad Lupum

Triſtis es:et fœlix:ſciat hoc fortuna:caueto:
Ingratum dicet te lupe:ſi ſcierit.

De roſis ad Cæſarem miſſis.

Vt noua dona tibi cæſar nilotica tellus:
Miſerat hibernas ambitioſa roſas.
Nauita deriſit pharios memphiticus hortos:
Vrbis ut intrauit limina prima tuæ.
Tantus ueris honos et odore gratia floræ:
Tanque pæſtani gloria ruris erat.
Sic quacunque uagus greſſum oculoſque ferebat:
Textilibus ſertis omne rubebat iter.
At tu romanæ iuſſus iam cedere brumæ:
Mitte tuas meſſes:accipe nile roſas.

In Caridemum.

Iratus tanquam populo charideme lauaris:
Inguina ſic toto ſubluis in ſolio.
Nec caput hic uellem:ſic te charideme lauare:
Et caput ecce lauas inguina malo laues.

Ad Ruffum.

Quidam me modo ruffe diligenter
Inſpectum uelut emptor aut laniſta:
Cum uultu digitoque ſubnotaſſet:
Tu ne es:tu ne ait ille martialis?
Cuius nequitias iocoſque nouit:

Quãtũ:duos claudios Hetruſcos patrẽ & filiũ tẽporibus Domitiani fuiſſe & Papi.& Mar,teſtãtur Pater leui ſuſpitione ab ĩperatore ĩ exiliũ eſt miſſus:quẽ filius eſt comitatus:nunc reſtitutus eſt laudaturque carmine hoc ĩperatoris clæmẽtia. Parentis Hetruſci:patris. Hetruſco:filio ſollicito de exilio:quoniã patrẽ comitatus eſt:& proſecutus ſingulari pietate. Fulmina miſſa:ideſt exiliũ:ideſt reuocaſti ab exilio Hetruſcũ patrẽ. Hos mores:talẽ clæmẽtiã.Ignibus Iouis:ideſt fulminibus. Hetruſcus filius:qui fuerat proſecutus patrẽ ĩ exiliũ. Eſſe:hoc utrũque tui muneris contigit filio eſſe comiti:& patri eſſe reduci: nec prohibuiſti filiũ eſſe comitẽ:ut tuo munere pius fuiſſe uideatur:& reduxiſti ab exilio patrem auditis precibus filii:ut hoc ipſum etiam abs te acceperit:meminit Papinius in ſiluis.

Octophoro:ſanus prudentẽ ſignificat & mẽtis cõſtitutæ:& ſanus ſignificat beneualentẽ.Philippus geſtabatur Octophoro:cum ſanus eſſet. Poeta ſanũ eſſe negat:hoc eſt prudentem: nam ancipiti uerbo iocatur. Octophoro:lectica geſtata ab octo ſeruis:ſi ſanũ credis:ideſt prudẽtẽ & habere mẽtẽ cõſtitutã:potius placet exponas:ſi credis ſanũ.q.dicat nõ eſt ſanus: ſed mortuus ignauus & pauper: quod ſupra dixit: Non debes ferri mortuus.

Editus:ruffus uix abſoluto uigeſimo quinto anno ĩ Cappadocia mortuus eſt: huius ĩteritus deplorat poeta:cũ ei eſſet amiciſſimus:nec ſpero te amplius lecturũ:quia mortuus es. Tellus ca.i.cappadocia. Tibi:a te.Orbata:priuata re cariſſima. Aemilia:hãc emiliã ſtrauit.M. ſcaurus. Tota æmilia:uia uiciua. Occidit:extincta ẽ. Quinque præmia alphei .v.luſtrũ:ideſt.xxv. annũ. Alpheus fluuius iuxta piſam & elidẽ ĩ pelopõneſſo:ubi ludi olympici ſingulis luſtris celebrabantur. Amici:abſentis. Thura:nam amicorũ cineribus thura dabãtur:puta hæc carmina eſſe thura abſentis amici :ideſt habe.

Setinum:æſtuabat ſiti poeta ægrotãs. Nũllas ergo diuitias optat potius quã ſetinũ & niues. Setinũ uinũ optimũ & recẽtiſſimũ erat ex Setia miſſum. Niues dominæ:appellat niues dominas ab effectu:rẽ enim optatã blandioribus uerbis nũcupamus. Bibebãtur niues:quia his refrigerabatur decocta:& inde etiã uina expreſſa liquata:quæ bibebãtur. Ingratus erga naturã. Midia:Rex phrygum fuit ditiſſimus filius Gordii: Gordius aũt ab agricultura ad imperium eſt euectus. Ab eius nomine inter phrygiam minorem & maiorem erat Gordiæ urbs:in qua ſeruabatur plauſtrum quod olim Gordii fuerat.Illic geſta ſũt:quæ de nouo diſſoluto ab Alexan.ſcribit Curtius. Midia autem habuit aures aſini :cũ electus iudex Marſiã phœbo prætuliſſet: de eo ſcripſit Herodotus in .i. & Trogus in.xi.Hermes in principio miſiæ ex monte dedimenæ ſacro fluit ſuo alueo accipit hilum & pactolũ flumina lydiæ:

Autem qui modo non habet ſeueram:
Subriſi modice:leuique nutu:
Me quem dixerat eſſe:non negaui.
Cur ergo inquit habes malas lacernas?
Reſpondi quia ſum malus poeta.
Hoc ne ſæpius accidat poetæ.
Mittas ruffe mihi bonas lacernas.

Ad Cæſarem Domitianum.

Quãtum ſollicito fortuna parentis hetruſco:
Tãtum ſumme ducum debet uterque tibi.
Nã tu miſſa tua reuocaſti fulmina dextra:
Hos cuperem mores ignibus eſſe iouis.
Si tua ſit ſummo cæſar natura tonãti:
Vtetur toto fulmine rara manus.
Muneris hoc utrunque tui teſtatur hetruſcus:
Eſſe quod et comiti contigit et reduci.

De Philippo.

Octophoro ſanus portatur auite philippus:
Hunc tu ſi ſanum credis auite:furis.

Flet mortem Ruffi.

Editus eſt ſextus ſine te mi ruffe camoni:
Nec te lectorem ſperat amice liber.
Impia cappadocum tellus et numine læuo.
Viſa tibi cineres reddit et oſſa patri.
Funde tuo lachrymas orbata bononia ruffo:
Et reſonet tota planctus in æmilia.
Heu qualis pietas:heu quam breuis occidit ætas:
Viderat alphei præmia quinque modo.
Pectore tu memori noſtros euoluere luſus:
Tu ſolitus noſtros ruffe tenere iocos.
Accipe cum fletu mœſti breue carmen amici
Atque hæc abſentis thura fuiſſe puta:

In bibentes aquam.

Setinum dominæque niues denſique trientes:
Quãdo ego uos medico non prohibẽte bibã?
Stultus et ingratus:nec tanto munere dignus:
Qui mauult hæres diuitis eſſe midæ.

quæ tãdẽ ĩ phocaicũ mare erũpunt: ut Strabo & Herodotus uehit auri harenas: ut Pactolus: unde Crœsi diuitiæ auctæ sunt. Silius. Nec qui profunditur auro: atque hillari hermi flauescit harenis.

Tagus: notissima Straboni: & Pli. & nostrorũ omniũ auctoritate: olim aureas harenas habebat ĩ hispania. Líbare: est leuiter gustare: & líbare dicũtur qui aliis ꝓpinãt: poeta optat totũ setinũ & oẽs niues: & dicit se ꝓmissurũ: ut q eo propinat habeat ĩgẽtes diuitias: bibatque illi calidã & totã frigidã relinquat Mar. Et potet cali. hic sensus magis placet: ut detestẽ ministrãté sibi ægrotãti aquã calidã & dicat his qui mihi líbat ægrotãti aquã calidã possideat messes libycas & ĩgentes diuitias: & ipse istã aquam bibat. q. d. ego uolo carere potius ingentibus diuitiis: & potare frigidam. Libet: propinet.

Possideat lybicas messes hermumque: tagumque:
Et potet calidam: qui nihil laudat aquam.

Ad Cæsarem.

Dii: Tãtã facultaté benefaciẽdi ĩ Domitiano esse ostẽdit: ut nihil aliũde debeat petere q̃ aut a se aut a diis se uero debere optare: ut ab ipso & diis & ita optat.

Dii tibi dant et tu cæsar quæcunque mereris.
Dii mihi dent et tu: quæ uolo si merui.

Ad Cecilianum.

Mane: Sportula. c. quadrãtũ dabatur a diuitibus his qui ipsos colebãt: Mar. solitus colere Cecilianũ casu eũ salutauit suo nomine: cũ ex more deberet dominũ appellare: propterea eo uerbo amisit sportulam. Libertas: quod ausus sim appellare: te uero nomine: & non dominum. Abstulit. c. quadrantes: ideſt sportulam quæ erat centum quadrantum.

Mane salutaui uero te nomine casu.
Nec dixi dominum ceciliane meum:
Quanti libertas constet mihi tanta requiris?
Centum quadrantes abstulit illa mihi.

De Panareto potore.

Cũ peteret: In panaretũ ebriũ qui superioꝛ nocte lagœnam amplius biberat: & cũ poscꝛet paulopost matellã: data est ei testa spoletina: quã exhausꝛat eã totã repleuit lotio: cũ plus bibisset: quare eriã plus nõ mixit: qa. s. nihil ĩdiderat aquæ iccirco minus mixit: nã merũ bibẽtibus minus lotii fit. Madidus: ebrius. Matellã: ideſt scaphiũ. Arguto pol. i. digito resonãti. Crepitu. n. digitoꝝ poscebatur matella. supra: Digiti crepãtis signa nouit eunuchus: & delicate suscitator urinæ. Matella ita loqtur ĩ distichis. Cũ poscor crepitu digitorũ & uerna moratur.
O quotiens pellex culcitra facta mea est.

Cum peteret seram media iam nocte matellam:
Arguto madidus pollice panaretus:
Spoletina data est: sed quam siccauerat ipse.
Nec fuerat doli tanta lagœna satis.
Ille fide summa teste sua uina remensus.
Reddidit œnophori pondera plena sui.
Miraris quantum biberat cœpisse lagœnam:
Desine mirari ruffe merum biberat:

In zoilum.

Spoletina: testa: anteponebatur spoletinum musto setino. Oenophorum: uas est uinarium. Lagœnã cepisse: ideſt capacem fuisse quantum biberat: nam supra dixerat plus bibisse.

Sancta ducis summi proibet censura uetatque
Mœchari gaude zoile non futuis.

In Amianum.

Sancta: In Zoilum fellatorem: ĩ quem & supra dixit: Nec uindicare te ruffe possumus fellat: hunc ait non oportere graiter ferre promulgatam legẽ aduersus adulteros: quoniam ipse non sectabatur mulieres sed fellabat. Non futuis: sed fellas. Sũmi ducis: Domitiani ĩperatoris

Cælatus tibi cum sit amiane.
Serpens in patera myronis arte:
Vaticana bibis: bibis uenenum.

De gellia.

Cælatus: Amianus habebat pateram in qua sculptoris arte erat efficus serpẽs: & ea bibebat uinum uaticanum: quod pessimum est: cum inquit serpens sit in patera & illic uinum uaticanum: qui inde bibit uenenum alludeus ad uinum pessimum: & serpentis effigiem bene expressam. Arte myronis: Miron claruit argento effingendo & sculpto.

Mœchum gellia non habet nisi unum.
Turpe est hoc magis: uxor est duorum.

De Thaide.

Mœchũ: Gellia cũ unũ tãtũ haberet mœchũ dicebat se nõ esse nimiũ accusãdã: quia unũ tatũ haberet: at Mar. ĩquit hoc turpe est: sed turpius quod est uxor duorũ: nam lepide describit mœchã. Mœcha inquit est complurium uirorum uxor: & quæ unum habet mœchum uxor duorum est.

Tam male thais olet quam non fullonis auari:

Tã male: Thaidẽ male olẽté & conãté emẽdare fœtorẽ unguẽtis deridet iocãdo: aitque nulla ratione posse tegi quin insitum sibi fœtorẽ exhalet: & quãuis habeat unguẽta non olet ea: sed tandem olet. Thaida: ideſt natiuum Thaidis fœtorem. Fullones dicuntur qui pannos purgant: utuntur

aũt urina quã colligũt locatis amphoris ĩ angulis ut turba illĩc meiãt: ĩde Titius ætate Lucilii ĩ oratione: qua legẽ fãniã suasit ita describit ebrios. Ludũt alea studiose: unguẽta delibuti scortis stupati & paulopost: Dũ eũt nulla est ĩ angiportu amphora: quã nõ ĩpleãt: erat etiã usus lotii ĩ purpura tingẽda. Auari: quia diu seruat lotiũ: Testa: amphora. Recẽs hircus: nã cũ hircus ex amore reuertit grauius olet. Ora leonis: leõis anhelit⁹ fœtidus ẽ: ut scribit Lucretius & Pli. testatur. Trãstiberina: erat uilior pars urbis: ibi sepeliebãtur scurræ: & uilissima quæque ministeria fiebant. Cutis: pellis trãstiberina. Detracta: cani. Pullus: gallinæ. Abortiuo ouo: ideſt in ouo quod nondũ peruenerat ad formatũ fœtũ.

Garũ: faciebãt ex iteſtinis piſciũ & cæteris abſiciẽdis maceratis: dictũ quoniã e piſce olim fiebat quem græci garon appellãt: poſtea factũ eſt e ſcõbris tãta æſtimatione: ut nullus liquor: præter unguenta eſſet ĩ maiore precio. Garũ optimũ mittebãt hæc loca Clazomene Pompeii leptis. Garro corrupto nihil eſt fœtidius. Virus fallax: ideſt hũc fœtorẽ: q̃ ,ueniebat ex baratro: ideſt ex miro ſtomacho. Creta accida. i. luto ueneto: nã terra ex cypro afferebat quæ mixto aceto & occultata ſub terra & ĩ ſolẽ tepentẽ educta medicamẽtũ cõficiebat cuti expoliẽdæ & uellẽdis pilis. Pingui faba. i. lomẽto: nã farina fabæ dicit lomẽtũ quod rugas extẽdit: propterea dixit ſupra: Lomẽto rugas uteri qđ cõdere tẽtas. Mille fraudes. i. p mille falſas artes. Se tutã: non exhalare grauem odorem.

Ponũtur. In Calpetianũ pauperẽ: qui alienis uaſis mercedẽ cõductis aureis cœnabat: quod poeta ĩdicat: putatis inquit Calpetianũ uaſis aureis uti ubique: quia alia nõ habeat: at aliud eſt nõ habet ſua uaſa: cogitur uti alienis. Stabulũ: mãſionẽ ĩ ſuburbio appellat. Agrũ: uillã: nõ habet ſuum: utitur alienis quæ mercede cõducit. Inde ſemper utitur uaſis aureis alibi in geſtantem annulos: Dactylothecam inquit non habet.

Ccipe belligere crudum thoracha. Aegidẽ ſũpſit Domitianus: hoc ẽ munimẽtũ pectoris gorgoneo ore ſculptũ: quale geſtabat Minerua: id appellat lorica quãdo ẽ ĩ pectore hoĩs mortalis in pectore deæ ægis. Cõſecrat pectori ĩperatoris ægidẽ hoc carmine. Thoraca. i. munimẽtũ pectoris. Deæ meduſeæ. i. mineruæ: qa geſtat caput Meduſeæ: uel qa ĩterfecerit Meduſã: ut Igi. ſcribit: Quo tumet ira: hoc eſt quo Pallas irata utit & Virgi. appellauit ægidẽ arma turbatæ palladis: Gorgoneũque caput turbatæ paladis arma: & cũ benigne alloqtur aliquẽ dicit depone ægidẽ: ſupra: ſic breuiter poſita modo Gorgone pallas. Hæc cæſar: ex loro. n. erat. Dũ uacat: uacua eſt. Pectore diuino ſacro: pectore tuo diuino.

Inuia. Sarmatæ populi auctore Herodoto: q a mæotide pallude ĩcipiẽtes ad ſeptẽtrionẽ tẽdũt. xx. dierum itineribus: Idem a græcis ſauromatæ dicuntur ut Pli. ſcribit: tanta his ineſt barbaries ut ne nomen quidem pacis intelligant. Lentulus eos tumultuantes ad danubium repreſſit. Sagittis utuntur; Laudat loricam Cæſaris Martialis & eam putat felicẽ quod diuino pectori ſit adheſura. ſimul rogat: ut cito triumphali ueſti imperatorem reſtituat: nam Domitianus neceſſario ſuſcepit expeditionem in ſarmatas: de quibus domitis noluit triumphare: lauream tantum intulit Ioui capitolino. Inuia: impenetrabilis. Sarmaticis: ideſt ſarmatarum hoſtium. Magis fida: ideſt certa. Tergore: lorica: quia e tergore fiebat lorica. Getico: Martis qui in geticis colitur. Cuſpidis ætholæ: ideſt lãceæ: nam ætholi lanceas inuenerunt ut ſcribit Pli. uel cuſpidis ætholæ. i. teli meleagri ætholi. q. d. ne Meleager quidẽ qui aprũ illũ fabulis portẽtoſũ iteremit: hãc loricã penetrare poſſet: qđ placet.

Teſta uetus: media ſed modo facta uia.
Non ab amore recens hircus non ora leonis.
Non detracta cani trãſtiberina cutis.
Pullus abortiuo nec cum putreſcit in ouo
Amphora corrupto nec uitiata garo.
Virus ut hoc alio fallax permutet odore:
Depoſita quotiens balnea ueſte petit.
Pſilotro nitet aut acida latet oblita creta:
Aut tegitur pingui terque quaterque faba.
Cum bene ſe tutam per fraudes mille putauit:
Omnia cum fecit: thaida thais olet:

De Calpetiano:

Ponuntur ſemper chryſendeta calpetiano.
Siue foris: ſeu cum cœnat in urbe domi.
Sic etiam in ſtabulo ſemper: ſic cœnat in agrõ:
Non habet ergo aliud: non habet immo ſuum:

Ccipe belligere crudum thoraca mineruæ.
Ipſa meduſeæ quo timet ira deæ.
Dum uacat hæc: cæſar poterit lorica uocari.
Pectore cum ſacro ſederit: ægis erit:

Ad loricam Domitiani.

Inuia ſarmaticis domini lorica ſagittis
Et martis getico tergore fida magis.
Quam uel ad etholæ ſecuram cuſpidis ictus.

Texuit:loricæ fiebāt ex corio. Adeo aūt durā loricā cesarianā scribit poeta:ut ex unguis aproꝝ nō ex pelle sit cōfecta:hoc magis placet:quā quod nōnulli suspicantur de apro calidonio. Securā:nihil timētē. Sacrū pectus Cæs. Domi. i. comes o lorica. Illæsa:nō penetrata. Merere:assequere: Palmatæ togæ. i. uesti triūphali:qđ Seruius est suspicatus:hæc ortū habuit a pictis uestibus: quæ apud Homerū sūt. Palmata dicebaī:quoniā pars palmæ. i. uictoriæ i ea itexebaī: ut ab Helena pictis uestibus apud Homeꝝ acu certamina iserūtur:eadē dicebatur triūphalis. Ex. Pli. est historia.

Texuit innumeri lubricus unguis apri:
Felix forte tua:sacrum cui tangere pectus
Fas erit:et nostri mente calere dei.
I comes:et magnos illæsa merere triumphos.
Palmataque ducem sed cito redde togæ.

Ad Pontilianum.

Cur non mitto meos tibi pontiliane libellos?
Nec mihi tu mittas pōtiliane tuos.

De Opiano.

Esset castrice cum mali coloris:
Versus scribere cepit opianus.

Ad Cæsarem Do.

Si desidetium cæsar populique patrumque
Respicis:et latiæ gaudia uera togæ.
Redde deum uotis poscentibus:inuidet hosti
Roma suo:ueniat laurea multa licet.
Terrarum dominum propius uidet ille tuoque
Trretur uultu barbarus: et fruitur.

De fama redditus Do.

Ecquid hyperboreis ad nos conuersus ab oris
Ausonias cæsar iam parat ire uias?
Certus abest auctor. sed uox hoc nunciat omnis
Credo tibi:uerum dicere fama soles.
Publica uictrices testantur gaudia chartæ
Martia laurigera cuspida pila uirent.
Rursus io magnos clamat tibi roma triumphos.
Inuictusque tua cæsar in urbe sonas:
Sed iam letitiæ quo sit fiducia maior:
Sarmaticæ laurus nuncius ipse ueni.

Ad Cæsarem Do:

Hyberna quamuis arctos et rudis peuce
Et ungularum pulsibus calens hister
Fractusque cornu iam ter improbo rhenus:
Teneat domantem regna perfidæ gentis
Te summe mundi rector:te parens orbis.
Abesse nostris non tamen potes uotis.
Illic et oculis:et animis sumus cæsar:
Adeoque mentes omnium tenes unus.

Cur nō. Idē dixit in theodorum supra Cur:idest quæ causa est quare non mitto tibi meos libellos causa est ne mittas tuos:qui inepti sunt.

Esset. Poetæ erāt maciléti. Iuue. Vt dignus uenias hederis & imagine macra. Oppia:cū morbo & natura ipsa esset pallidus:putauit se posse uideri poetam:si scriberet uersus cū palloré poeticū iá haberet supra: Illotus morieris Oppiane. In hunc iocatur Mar. ostēdens illi pallorem natiuum inesse:& eundem scribere malū carmē:ad quod se cōtulit hac una de causa quia scilicet pallet.

Si desideriū:reuocat Cæsarē ex sarmatis po. ro. italia poscēte. Redde deum. i. redde te qui deus es. Si respicis desiderium:idest si uis satisfacere desiderio ro. po. Hosti:sarmatis:apud quos es. Multa laurea ueniat. i. multus triūphus. Alludit ad lauream:quam solam de sarmatis intulit Ioui capitolino neglecto triūpho. Terretur:dū uincitur cultu tuo & fruitur:& inde oblectatur.

Ecqd? Audito rumore uētuꝝ Cæsarē canit epigrāma. Ecqd. i. an cōuersus ad nos. Ab oris hyperboreis:a septentrione.

Certus auctor abest:idestnō apparet usquā q id núciauerit. Chartæ uictrices: idest litteræ lauro circū datæ:nā litteræ auctore Pli. de triúpho lauro circūdabātur. Publica gaudia: idest quæ sunt publica gaudia. Cuspide laurigera:gestāte lauꝝ. Io:uox est psequētis triūphū.

Sonas iuictus: idest diceris inuictus.

Vt maior fiducia sit:idest ut cum maiore fiducia possimus uti lætitia ueni tu nuncius triumphi sarmatici.

Hyberna. Iteꝝ populi gaudia & curam testatur absente Cæsare:& mox uenturo ait i spectaculis animis hominū meditātibus de Cæsare oculos nulla frui uoluptate:neq; ispicere qs uictor sit. Peuce: cū hister i pōtum euoluaī sex mixtis fluminibus iuxta primū hostiū est ísula peuce in quā olim Syrnius rex aufugit:auctore Strabone isequēte Alexandro. Arctos hyberna. i. septētrio. Peuce:ísula ad histrū. Et hister calés:ponit oía hæc loca p accolis. Rhenus iprobus:qa ter decrit domitis accolis. Fracto cornu ter: ter itelligo:quoniā Domitianus puer domuit Batauos icolētes ísulā rheni:& bis dacos & cattos eiusdē germaniæ populos

Perfidæ:sæpius rebellātis. Abesse nō potes nostris uotis:ob nostra uota nō potes abesse ab urbe; qa te animo psequi,

mur:& amplectimur tãquã præsentem. Parẽs orbis:quia Domitianus fuit appellatus pater patriæ. Passerinus & Tigris nomina sũt athlætarum. Turba magni circi.i.spectatores magni circi.In eundẽ sensum infra erit epigramma.

Nũc.Iterum lætatur uenturo Cæsare: aitque sua carmina non esse in tempestiua triumpho:cum triumphi soleant habere ludos & iocos. Victor:expugnatis sarmatis. Orbe otrysio:a partibus septẽtrionalibus mense decembri nũciatum est redire Cæsarem:iccirco december faciebat uota certa & rata. O december felix:quia attulisti nuncium de Cæsare Poteras non cedere iano:idest poteras esse prior dignitate si Cæsar rediret mẽse tuo:sicut Iani mense. Gaudia:de aduentu cæsaris.Festiua cõuiuia:supra expositum est:Cõsueuere iocos uestri quoque ferre triumphi. Festiua conuitia: idest festiue iocabitur in Imperatorem. Lusus:iocos festiuos.

Cum:Cassellius ingeniosus uolebat uideri.lx.annum iam natum. At si est inquit ingeniosus nunc:quando erit disertus?quando tandem discet? Quando disertus erit?quando discet?nam uolebat uideri doctus:cũ diceret se ingeniosũ.

Cogis:Vasa archetypa erant preciosissima:ea ertã manu uetustoꝝ artificũ cõfecta. Res archetypa dicitur quæ manu auctoris est facta:nõ ducta exemplo:sed stans aliis in exemplum.Aulus pudẽs petit a Martiale ut manu sua emẽdata carmina daret.locatur poeta. Nugas:uersus uiles. Archetypas emendatas a me.

Sic me legat.Dolet quendam maledicũ scripsisse carmen sub suo nomine plenũ mordacitatis:a qua ipse semper horruit:& in decimo idem cõqueritur.Vernaculoꝝ dicta sordidũ dentẽ.Iurat suũ nõ esse carmẽ:quod sub eius nomine circunfertur.Sic:iurantis. Dominus:Domitianus. Ea aure:benignitate auris.

Iuste quos odit.i.merito odio habeo.

Vt ipsa magni turba nesciat circi
Vtrum ne currat passerinus an tigris.

De reditu Do.

Nunc hilares si quando mihi:ludite musæ
Victor ab othrysio redditur orbe deus
Certa facis popille tu primus uota december.
Iam licet ingenti dicere uoce uenit.
Felix sorte tua:poteras non cedere iano.
Gaudia si nobis:quæ dabat ille:dares.
Festa coronatus ludet conuitia miles.
Inter laurigeros cum omnes ibit equos.
Fas audire iocos:leuioraque carmina cæsar.
Sit tibi:si lusus ipse triumphus amat.

De cassellio.

Cum sexaginta numeret cassellius annos.
Ingeniosus homo est:quando disertus erit?

In Olum.

Pædicatur horos:fellat linus:ole quid ad te:
De cute quid faciat ille uel ille sua.
Centenis fut uit matho m,libus:ole quid ad te:
Non tu propterea:sed matho pauper erit.
In lucem cœnat sertorius:ole quid ad te:
Cum liceat tota stertere nocte tibi.
Septingenta tito debet linus:ole quid ad te:
Assem ne dederis:credideris ue lupo:
Illud dissimulas ad te quod pertinet ole:
Quodque magis curæ conuenit esse tuæ.
Pro togula debes:hoc ad te pertinet ole:
Quadrantem nemo iam tibi credet:et hoc:
Vxor mœcha tibi est:hoc ad te pertinet ole:
Poscit iam dotem filia grandis:et hoc
Dicere quindecies poteram:quid pertinet ad te?
Sed quid agas:ad me pertinet ole:nihil.

Ad Pudentem.

Cogis me calamo manuque nostra.
Emendare meos pudens libellos:
O quam me nimium probas amasque
Qui uis archetypas habere nugas.

Ad Faustinum.

Sic me fronte legat dominus faustine serena:
Excipiatque meos qua solet aure iocos.
Vt mea nec iuste quos odit pagina læsit:

De nullo rubore: reprehẽsione alicuius: quia qui reprehenditur rubet: ut Iuue. Rubet auditor. Sanguine lycambeo. i. acerbitate iambica: nam Archilocus ĩ Lycambẽ generum suum scripsit carmẽ quo illũ cõpulit ad laqueũ. Negãt ferre radios phœbi. i. nõ põt apte uti suo carmĩe: inde post dicentur clãcularii. Ludimus: iocamur. Innocuis: non detrahẽtibus famæ alicuius. Genius: deus rerũ gerendarũ: ut pompeius: & famæ deus: ut supra: Victurus geniũ debet hr̃e liber. Gregẽ castalium: musas. Instar: quæ mihi loco numinis est. Cãdidus: simplex sine liuore.

Et mihi de nullo fama rubore placet:
Quid prodest: cupiant cum quidam nostra uideri
Si qua lycambeo sanguine tela madent.
Vipereũque uomant nostro sub nomine uirus.
Qui phœbi radios ferre diẽque negant.
Ludimus innocuis uerbis: hoc iuro potentis
Per genium famæ castalidũque gregem.
Per quæ tuas aures magni mihi numinis instar.
Lector inhumana liber ab inuidia.

De lycoride.

Dum tyburtinis albescere collibus audit
Antiqui dentis fusca lycoris ebur.
Venit in herculeos colles: quid tyburis alti
Auro ualet: paruo tempore nigra redit.

De sua puella.

Accidit infandum nostræ scelus aulæ puellæ.
Amisit lusus delitiasque suas.
Non quales teneri plorauit amica catulli
Lesbia nequitiis passeris orba sui.
Vel stellæ cantata meo quam fleuit hiantis.
Cuius in elysio nigra columba uolat.
Lux mea non capitur nugis nec amoribus istis
Nec dominæ pectus talia damna mouent.
Bisdenos puerum numerantem perdidit annos:
Mentula cui nondum sexquipedalis erat.

Ad Arginum puerum.

Quis puer hic nitidis absistit hiantidos undis?
Et fugit ad dominã naida nunquid hylas?
O bene quod silua colitur tirynthius ista;
Et quod amatrices tam prope seruat aquas:
Securus licet hos fontes argine ministres
Nil faciunt nymphæ: ne uelit ipse caue.

Ad Regulum.

Aera domi non sunt superest hoc regule tantum
Vt rua uendamus munera: nũquid emis?

Dum: lycoris migrauerat tibur: iocãs poeta dixit eã illuc migrasse: ut fieret cãdida: qa audiuerat ebur cælo tyburtino ex uetustate reparari: nũc & reuersa ẽ & nigra: ut supra. Tibur ĩ herculeum migrauit nigra lycoris. Antiqui dentis. i. uetusti eboris: qd' fit ex dente elephantis: ex eiusdẽ beluæ aliis ossib⁹ fit: sed minore æstimatiõe auctor Pli.

Accidit: Suspẽdit animũ lectoris usq; ad exitũ epigrãmatis: ait enĩ puellã suã amisisse lusus & delitias: & qm̃ amica Catulli passerẽ delitias suas amiserat: & Violantilla colũbã: quã stella defleuit: putauit auditor tale aliquid amisisse amicã Mar. at aliud ẽ qd' ultimis uersibus declarat. Orba nequitiis sui passeris. i. priuata passere. Hiantis: uiolãtilla amica stellæ. Cantata: celebrata eo carmine qd' inscriptũ est. Asteris: & idẽ eo carmine: quod ĩscriptum ẽ columba. Lux mea: amica mea nõ capitur nugis. i. nõ delectat' leuioribus rebus. Nugæ: sũt res nullius precii: & Cicero ad Atticũ hoĩes nullius precii dixit nugas: ut Metrodorus & reliquæ nugæ. Istis moribus. i. istis delitiis: & ĩ mores humanos educatis bestiis. Mouent: ad dolorem. Sexqpedalis sexq ĩdeclinabile significat unũ & dimidiũ addit' cuius nomini: adeo ut tacitus sexquiplagã ꝓ una plaga cũ dimidia dixerit. Ci. ĩ oratore suo: Pes q adhibet' ad numeros partit' ĩ tria: ut necesse sit ptẽ pedis: aut æqualẽ eẽ alteri parti: aut altero tãto: aut sexqmaiorẽ. Sexqpedalis dr̃ unius pedis cum dimidio. Amita Mar. delitias sua sexquipedales cõiiciebat futuras: cũ puer ad legittimã puenisset ætatem: ꝓpterea doluit sibi ereptũ eẽ ante tp̃s: qd' nõnulli garriũt sexquipedalẽ formã hoc loco. i. ꝑfectam: nec cõuenit nec uerũ est.

Quis puer: Domi stellæ fons erat & elegãtiores ministri: ꝓximo nemore colebat' Hercules ĩ primis: nũc laudat' Arginus: de eadẽ re ĩfra ẽ epigrãma. Fons dñæ regina loci quo gaudet hiantis.

Quis puer. i. q assistit aqs Violãtillæ: cui⁹ ædes celebrãt' carmĩe Papi. Nayda a q̃ Hylas raptus exiuit ex aqs. Tirynthius: Hercules. O quã bñ fcm̃ ẽ: qa non ꝑmittet raptũ Argini. Licet ministres. i. potes ministrare nobis. Securus: qa Hercules te defendet.

Aera domi: In regulum qui uilissima munera donauerat: quem hoc disticho redarguit: cum ostẽdit adeo uilia esse munera: ut nullum sit precium. Aera domi non sunt. i. non habeo pecunias. Nũquid emis? an emeres tu? q. d. nõ: quia adeo sunt uilia: ut nemo faciat precium.

Ruris Bibliotecha: Reponit libros in bibliotheca: ut alii sẽtiant sua: qđ placet ad ianiculũ: ut alii ĩtelligũt. Amici alloqr bibliothecã. Videt: uidet uicinã urbem: qđ supra dixit. Vnde totã licet æstimare romã. Vno nido: dicebãtur nidi librorũ: ubi reponebãr: aut terni: aut quaterni. Supra: De primo dabit altero ue nido. Lasciuæ thaliæ: lasciuo carmini. Notatus. i. auctographus: nã libri exscripti manu auctoris dñr auctographi. Litura: castigatio: nã libri castigati manu auctoris erant ĩ maiori precio. Paruo munere dedicata. i. consecrata paucis libris.

Fragmẽtũ: Tabulã uetustate cõsũptã carmine celebrat contra imperitũ uulgus: a quo cõtẽnebar. Puto hanc tabulã uel additã fuisse libro Mar. uel foribus domus: ait ãt hanc eẽ partẽ argonauis & eẽ sanctiorẽ quacũq; nauĩ integra.

Prima carmina. i. argo: aut certe qđ placet æmulatione catulli hoc edit carmen q̃ methaphorice phaselli suũ decantat. Maris ignoti: mortalibus. Argonauis ex orno arbore fuit cõfecta: ut scripsit Alexander Cornelius: ea similis arbori ferenti uiscũ: nec aq̃ nec igni potest corrumpi. Cyaneæ: duo scopuli sũt contra bospoꝛ thraciũ. Idẽ dicti sunt symplegades: quia uidenr concurrere simul & iuicẽ discedere p̃ aspectu nauigantiũ: p̃ eas transiuerũt argonautæ: qđ Appolonius Flaccus: Orpheus: & qcũq; argonautica scripserũt tradũt fauore tamẽ & ope palladis & Iunonis. Lucanus: Vt pagasæa ratis peteret cum aspidos undas: Cyneas tellus emisit in æquora. Ruinæ cyaneæ. i. symplegades. Tristior ira. i. tẽpestas. Cesserit: .i. uideat cõsũpta uetustate. Salua rate. i. integra rate.

Nil é: In Santrã q̃ alienas captabat cœnas & reliqs oés colligebat: qđ erat gulosi: simul eas uenditabat: qđ erat auari & miseri. Vocatus: inuitatus. Cœnã rectam: ad differẽtiã sportulaꝛ: nã & si in sportulis dabatur cœna: tamen non erat recta cœna. Recta enim erat quæ dabatur domi a diuite. Tranquillus: Sportulas ad rectas cœnas redegit.

Glandulas apri: cum. lx. sapores ex apro cõficerẽr: glãdula siue glãdia erãt ĩter cæteros p̃te gutturis tãti saporis: ut lege sũptuaria fuerint p̃hibita. Lũbꝰ porci q̃ erãt ĩ medio: si ĩ tres ptes diuidebar. Peierare: falso iurare se non habuisse turdũ ut ei deꝛ. Cirros: carnes cirrinæ dñr quas pariunt ranæ informes & exiguæ eiusdem similitudinis carnes ostreoꝛ sunt & cirri dicunr. Cirri præterea dicunr nodi: ĩfra dicer.

Ad bibliothecam Iulii Mar.

Ruris bibliotheca delicati
Vicinam uidet unde lector urbem:
Inter carmina sanctiora si quis
Lasciuæ fuerit locus thaliæ
Hos nido licet inferas uel imo:
Septem quos tibi missimus libellos:
Auctoris calamo sui notatos:
Hæc illis precium facit litura.
At tu munere delicata paruo.
Quæ cantaberis orbe nota toto
Pignus pectoris hoc mei tuere
Tulli bibliotheca martialis.

In Gallam.

Cum tibi sit facies de qua nec fœmina possit
Dicere: cum corpus nulla litura notet.
Cur te tam rarus cupiat: repetatque fututor:
Miraris? uitium est non leue galla tibi.
Accessi quotiens ad opus: mistisque mouemur.
Inguibus: cunnus non tacet: ipsa taces.
Dii facerent ut tu loquereris: et ipse taceret
Offendor cunni garrulitate tui.
Pedere te mallem: nãque hoc nec inutile dicit
Symmachus: et risum res mouet ista simul.
Quis ridere potest fatui popysmata cunni:
Cum sonat hic: cui non mentula mensque cadit
Dic aliquid saltem: clamosoque obstrepe cunno.
Et si adeo muta es disce uel inde loqui.

De Fragmento Argos.

Fragmento quod uile putas et inutile lignum
Hæc fuit ignoti prima carina maris.
Quam nec cianeæ quondam potuere ruinæ
Frangere: nec scythici tristior unda freti.
Sæcula uicerunt sed quãuis cesserit annis:
Santior est salua parua tabella rate:

In Santram.

Nil est miserius nec gulosius santra.
Rectam uocatus cum recurrit ad cœnam
Quam tot diebus noctibusque captauit.
Ter poscit apri glandulas: quater lumbum.
Et utrãque coxam leporis: et duos armos.
Nec erubescit peierare de turdo.
Et ostreorum rapere liuidos cirros:

lorum cirratū.& per iuuenes cincinatos appellat cirratā turbā.Liuidos cirros.Pli.uidetur accipere p minutioribus pedibus piſcium:nā cū de polipis ſcriberet duo inquit longiſſimi pedes ſunt:qui ſe uelut anchoris ſtabiliunt:cæteri cirri quibus uenant. Liuidos a colore. Buccis; fruſtis.ſupra dixit buccellas. Linit:maculat. Vuæ ollares:ut apud.L.Collūellā:& Var.dicebant quæ ollis ſeruabā tur. Mala punica:ea dē granata dicūt:ſortita noīa qa apud pœnos maxime florēt:& īde ea accepit italia. Vuluæ excauatæ:exeſæ & exeſis carnibus.Ita ut ſola pellis remaneret. De uulua hæc Apitius:Vuluæ ſic fiūt: Pip tritū & ciminū capita porro. Boletꝰ debilis:nā cito finit:uel fragilis. Spondilos:ſpōdilū ē genus ferulæ ex ſyria. Spōdili ītē oſſa quædā pectoris.Sūt q humeros ītelligāt.Pli.ſcribit primū ſpondilū dorcadis reddere facilē aditū potētios ſi geſtatus fuerit. Tepenti ſinu:calido ob cibos. Et turturē trūcū.i.carētē capite. Trūca cadauera dñr ſine capite.

Dulci placenta ſordidam linit mappam.
Illic et uuæ collocantur ollares.
Et punicorum pauca grana malorum:
Et excauatæ pellis indecens uuluæ
Et lippa ficus:debiliſque boletus.
Sed mappa cum iam mille rumpitur furtis
Roſos tepenti ſpondilos ſinu condit:
Indeuorato capite turturū truncum.
Colligere longa turpe nec pudet dextra
Analecta:et quicquid canes reliquerunt
Nec eſculenta ſufficit gulæ præda:
Miſto lagænam replet ad pedes uino:
Hæc per ducentas cum domum tulit ſcalas:
Seque obſerata clauſit anxius cælla
Guloſus ille:poſtero die uendit.

De natali Lucani.

Hæc eſt illa dies quæ magni conſcia partus:
Lucanum populis:et tibi polla dedit.
Heu nero crudelis nullaque inuiſior umbra:
Debuit hoc ſaltem non licuiſſe tibi.

De eodem.

Vatis apollinei magno memorabilis ortu
Lux redit aonidum turba fauete ſacris
Hæc meruit cum te terris lucane dediſſet
Mixtus caſtaliæ bætis ut eſſet aquæ.

De eodem.

Phœbe ueni ſed quantus eras:cum bella canenti
Ipſe dares latiæ plectra ſecunda lyræ.
Quid tanta pro luce precer?tu polla maritum.

Analecta:dñr reliquiæ:eodem uerbo utit ī diſtichis de ſcopis: Ocia ſed ſcopis nuc analecta dabūt.pprie āt reliqæ quæ ſūt ſub menſa: & colliguntꝰ: nam analigo me ē colligor. potes accipe analecta fuiſſe iſtrumēta ad colligēdas reliquias ex pauimētis:qbus.ſ.p ſcopis utebātur:nā ut ſcri.Pli. Purgamēta cœnæ euerri ſolēt ī pauimēto ueluti relicta.

Longa dextra.i.demiſſa manu qcqd nō comederūt canes.Præda eſculenta: .i.nec furta reꝝ eſculētaꝝ. Ad pedes: ex mēſa ſeruoꝝ:q ad pedes diſcūbunt ſupra hoc aptū ē eo diſticho:Oīa cum retro pueris obſonia tradas;Cur n mēſa tibi ponit a pedibus.Vino mixto:nā ſerui uinū bibebāt mixtū aqua.

Hæc ē:Natalē Lucani poetæ & certū fuiſſe:& eo mortuo celebratū uel Papinii carmē teſtat:q phallerio uerſu natalitia illius ſacra decantat. Lucani p priū diē frequēter: idē ait duobus epigrāmatis:Mar.Polla Lucani uxore diē celebrāte. Conſcia magni partus.i. partus Lucani;polla dedit Lucanū populis.q.d.populi debēt naturæ:quæ p duxit ī beneficiū & grām populoꝝ: & idē Papi.de Bæti.Lucanū potes īputare terris. Polla:uxor Lucani laudata multo carmine Papinii. Lucanus cōſcius coniurationis in Neronē:cuius princeps fuit piſo multas inſigneſq; familias pīno genere cōplexus:ut ſcribit Tacitus; Socii præterea Rubrius Flauius: Sulpitius Aſper:Plautus Lateranus interfectus eſt deprehenſo crimine. Coniurauit autem in Neronem quoniam princeps inuidens phibebat poetæ carmina oſtentari populo. Inuiſior; ſenſus eſt nullus eſt interfectus a te o Nero cuius nece dignus ſis maiori odio & magis inuiſus q̄ nece Lucani.Idem ſenſus ferme eſt in Antonium:Et leuius tabula q̄ Cicerone nocens. Hoc non licuiſſe tibi:hoc ſaltē debuiſti uereri:ſi nūq aliud ſcelus potuiſti horrere:uel debuit tibi adēpta eſſe facultas iſtius facinoris perpetrandi.

Vatis:Idem ē argumētū. Lux memorabilis.i.dies natalis memorandus. Sacris:nataliciis. Bætis:fl.hiſpaniæ:Lucanus cordubenſis hiſpaniæ bæticæ. Bætis meruit:aſſecutus ē ut numeraret ī ter fontes caſtalios:quoniam tulit poetam. Dediſſet te terris.i.pduxiſſet.

O phœbe:nam numina qbus ſacrificamus īuocamus: Secunda plectra.i. ſecūdā laudē canimus: prima fuit Vir.Papi.anteponit Lucanum etiam Vir.Ipſa te latius æneis uenerabitur canentem.

Sentiat se coli: maius non potuit precari coniugi amanti maritū q̄ ut eius officiū ab illo sentiret: Cum Iuuenale: In maledicū: duo Iuuenales hisdem tēporibus floruerūt: alter cōsul: cuius meminit Tacitus: alter poeta: cuius satyra extat. Sūt qui suspicent hoc dici de cōsule: sunt q̄ de poeta: ego de poeta: nā Iuue. ut ex antiquoꝝ monumētis i eius cōmētariis recitauimus satyra paucoꝝ uersuū non absurde cōposita i Paridē pantomimū: poetāq; eius semestribus militiolis tumētē: genus scripturæ industriose excoluit: & tamē bene diu ne modico quidē auditorio qcqd cōmittere ausus est. recitauit tm̄ Quinti. aliisq; Mar. & cū Mar. supius epigrāma edidisset: quo ē cōquestus quēdam scribere uersus maledicos sub suo noīe suspicatus ē Iuue. id de se scribi a Mar. quodam præsertī delatore ita affirmāte i quē nunc scribit: & malæ linguæ iprecatur. Cōmittere me. i. ducere me inimitias dīr cōmitti quādo cogimur iter nos dimicare & cōtendere: & cōmittunt feræ quādo cogunt simul pugnare. Pilades filiꝰ Strophili phocensis Orestē Agamēnonis filiū unice dilexit: adeo ut ne īsanū quidem desereret: affuit insano iuuenis phoceus oresti. Et pilades fuit pātomimus tpibus Augusti pirithous lxionis filius rex iaphitaꝝ. & theseus amicitiam i marathone iniuerūt: cū Thesei fama adductus pirithous emisisset tauꝝ: ut illius uires experiret. Inde iūcta ex ea amititia Deidamia i uxorem ducta pirithous Theseū ad nuptias duxit: hæc Plutar. alter herodotus. Siculos fratres: nō palicos itelligit: de quibꝫ multa Macro. nō damonē & phitiā: q non fuerūt fratres: sed Amphinomum & ānapiam frēs cathaneos qui piissimi fuerūt i parētes: adeo ut Neptuni ira iminēte excidio eos humeris extulerūt Silius. Et catane generasse pios celeberrima frēs: autor ē Stra. & plutar. i oro ne ad Apolimū. Pausa. eorū meminit: nomē nō expressit. Attridas Agamēnonem & menelaū. Maius nomē q̄ fuerit aphinomi: & ānapiæ. Quod facis: .i. iprecor q, semper hæreas īguinibus: qd̄ supra etiā dixit: Hæreat inguinibꝫ potius tam noxia lingua.

Sæpe colas: et se sentiat ipse coli.

In Maledicum.

Cum iuuenale meo quæ me committere tentas.
Quid non audebis perfida lingua loqui?
Te fingente nefas: piladen odisset orestes
Thesea pirithoi destituisset amor.
Tu siculos fratres: et maius nomen attridas:
Et lædæ poteras dissociare genus.
Hoc tibi pro meritis et talibus imprecor ausis
Vt facias illud quod puto lingua facis.

In malum poetam:

Dulcia cum tantum scribas epigrammata semper
Et cerussata candidiora cute.
Nullaque mica salis: nec amari fellis in illis
Gutta sit: o demens uis tamen illa legi.
Nec cibus ipse iuuat morsu fraudatus aceti
Nec grata est facies cui gelasinus abest.
Infanti melimella dato: fatuasque mariscas:
Nam mihi: quæ nouit pungere: chia sapit:

Scazonta mittit ad Apollinarem.

Apollinarem conueni meum scazon
Et si uacabit: ne molestus accedas
Hoc qualecūque cuius al qua pars ipse est
Dabis: hoc facetum carmen imbuat aures.
Si te receptum fronte uideris tota.
Noto rogabis ut fauore sustentet.
Quanto mearum scis amore nugarum

Dulcia: In eū qui candore carminis: nulla aūt dicacitate aut urbanitate inserta uolebat placere eādē ciboꝫ & epigrāmaton conditionē esse scribit poeta ut placere nequeāt nisi addita mica salis aut aceti. Sēsus ē Quin. Acoris cibus palatū delectat & eius generis scripta. Cādidiora: sēsus cādidioris. Cute cerussata. i. pelle expolita cerussa. Mica: granū. Salis. i. urbanitatis. Nec amari fellis. i. mordacitatis. Fraudatus: carēs. Morsu aceti. i. aliqua pte aceti. Gelasinus: ruga contracta ex risu dr̄: p ruga accipit: q̄lis i media frōte eminet. Cui abest gelasinus. i. q̄ nō corrugat aliq̄ exp̄te. Melimella: poma mustea dicebant a celeritate maturitatis: eadē melimella dīr a sapore melius. Mariscæ: ficus mariscas nominat Cato. & repetit Pli. Cato ficus mariscas i loco cretoso aut apto serit: erāt āt dulcis saporis potius q̄ grati. melimella dulcia epigrāmata dāda sūt īfantibꝫ. Fatuas: carētes sapore salis. Chia: ficus erat: quā ex disciplina cloacii noīat Macro. ea hēt saporē acerbiusculū: ppterea delectat. Ficus chia. i. epigrāma mordens.

Apollinarem: Scazon carmen iambicum claudicans: de quo supra est dictum: uel alloquit: ut se conferat ad Apollinarem si uult esse tuus aduersus malignos. O scazon: o meum carmē iambicū.

Vacabit: erit uacuus negociis. Cuius: carminis ipse aliqua parte & emendatione sua & hæc eius gratia scribo ubi noīatur. Imbuant. dent primā limā: & honorē. Fauore noto: quo solet.

Flagret:incensus sit.

Tuscæ:Dexter amicus Mar.ei miserat aprũ integrum.Mar.diu apro inspecto & cogitato sumptu futuræ culinæ cum remisit:uult enim cibos qui minori precio condiant. Populator glandis tuscæ.i.qui populaberis glandes tusciæ:nã apri uescunt glande. Secunda fama.i.qui potes eẽ in admiratiõe.Apro ætolo:calidonio. Dexter:amicus meus. Inuidiosa:supra cõditionẽ meã. Festa culina.i.agens diem festũ. Iugo.i.silua excisa. Sed coquus:nunc penitet Martialẽ:cũ reminiscit exigere multũ sumptũ. Piperis:piper adhibebat apro cõdiẽdo falerno mixto garo arcanũ œnogarũ dr̃.nã œnogarũ erat garũ mixto uino. Apitius spondilos ex siplici œnogaro factos.& alibi addes œnogarũ i tubera & piper. Arcano ãt garo.i.exiguo: qa falerni potio superabat garũ. οινοσ uinũ λαρον garum significat unde œnogarũ. Ad dominũ:Dextrũ. Noster ignis.i. nostra culina nõ ẽ capax tui. Conturbator: cõturbatores apud Mar.dr̃:qui pecuniam i uarios sumptus exigunt: & qui diuersa requirũt ut alibi: Cõturbatorq; macelli.Cõturbatorem igit̃ appellat aprũ:hoc ẽ piper & œnogarũ & magnũ sumptũ exigentem. Esurio uilius:uolo uiliores cibos.

Flagret:nec ipse plus amare te possum.
Contra malignos esse si cupis tutus
Apollinarem conueni meum scazon.

De apro a se occiso.

Tuscæ glandis aper populator:et ilice multa
Iam piger:ætole fama secunde feræ
Quem meus intrauit splendenti cuspide dexter
Præda iaces nostris inuidiosa focis.
Pinguescant madidi læto nitore penates.
Flagret et exciso festa culina iugo.
Sed coquus ingentem piperis consumet aceruum.
Addet et arcano mista falerna garo.
Ad dominum redeas:noster te non capit ignis
Conturbator aper:uilius esurio.

Ad Fuscum.

Sic tyburtinæ crescat tibi silua dianæ:
Et properet cæsum sæpe redire nemus.
Nec carteſiacis pallas tua fusce trapetis
Cedat:et immodici dent bona musta lacus.
Sic fora mirentur:sic te pallatia laudent:
Excolat et geminas plurima palma fores.
Ocia dum medius præstat tibi parua december
Excipe sed certa quos legis aure iocos.
Scire licet uerum res est hæc ardua:sed tu
Quod tibi uis dici:dicere fusce potes:

Ad Testilum puerum.

Testile uictoris tormentum dulce uoconi
Quo nemo est toto notior orbe puer:
Sic etiam positis formosus amere capillis:
Et placeat uati nulla puella tuo.
Paulisper domini doctos sepone libellos:
Carmina uictori dum lego pauca tuo.
Et mecœnati maro cum cantaret alexim:
Nota tamen marsi fusca melenis erat.

Sic tiburtinæ. Fuscũ rogat ut sua carmina accipiat mense saturnalitio & dicat qd sentiat.Certa aure: censoria aure.Dũ medius december.i.saturnalia.

Nemus cæsum sæpe redire.i. germinare. Tua pallas:tua oliua.Sensus ẽ & ager tu⁹ plus olei ferat:q̃ solet bæticus: nã hispania bætica oleo abũdat. Italia obtinet palmã.Vena frana: liciana cõtendunt. Post italiã histria & bætica.

Trapetũ dr̃ mola torcularis. τραπεω significat uoluo. Lacus imundici.i.pleni:i.lolia p q̃ labuntur musta.

Fora:qa Fuscus erat causidicus. Plurima palma.i.undecũq; afferat̃ palma & uictoria. Scire libet uerũ.Sed tu qd̃: sensus est cupio scire uerũ quid sentias de meo carmine:quod si hoc tibi uidetur difficile quia uereris ne me offendas:potes dicere mihi quod tibi uis dici:hoc est tu potes me laudare: quẽadmodũ tu uis laudari: cũ alicui ostẽdis carmina.

Testille:Missurus carmina Voconio uictori poetæ:alloq̃t Testillũ illius puerũ i quo laudãdo Voconius erat occupatus: rogat ut pauliſper a poetæ latere discedat:dũ sua illi carmina legit castigãda. Dulce tormẽtũ:dulcis cura.

Victoris:ẽ cognomẽ poetæ:sed menda librariorũ scriptum erat. Victuri: uersus aũt hoc eodẽ epigrãmate idicat mẽdã. Carmina uictori dũ lego pauca meo. Notior: nobilior carmĩe poetæ.

Sic:precantis est & optantis. Positis capillis: tonsis. Tuo uictori: poetæ tuo. Marsi:q poeta captus melenis amore cõpositos de ea uersus ostẽdebat. Vir.melenis fusca epitheton cõueniẽs:nã μελαινα significat fuscam.i.quemadmodum marsus potuit ostendere maroni cantãti alexi suos:ita meos debeo posse ostendere Voconio:q̃is tui amore ardeam.

Das cattis: Argumentum est epigrãmatis ĩ geliam: quæ inusitato genere concubitus uenerei uidebat oblectari: cũ romanũ hominẽ nullũ admitterẽt: illud. Qua rõne facis: nõ mõ ĩterroget quare id faciat: sed quo pacto id faciat. Iudæi: recutiti dñr: qm̃ iudæis pueris cutis inguinis recidebat postea cũ cutis succresceret dicebãtur recutiti. q. noua cute tecti. Hora. appellauit iudæos appellas: hoc ẽ cute & pelle carentes hoc indicio Domitiãus: cũ exigeret tributũ e iudæis: senẽ inspici iussit: alani ĩter sarmatas sũt: nã ut scribit Pli. primũ oĩum sunt scytæ degeneres a seruis orti. Trogoditi Alani: Toxalani aduersus alanos poposcit opem. Volgesus rex parthoꝝ a Vespasiano: optauitq; Domitianũ mitti: sed nõ impetrauit. Torus: cõcubitus.

Equo sarmatico: nã alani hñt equos sarmaticos: cum sint ĩter sarmatas. Sũt aũt laboris patiẽtissimi: adeo ut centena milia &. l. cõtinuo cursu cõficiãt aliquando: ut Pli. scribit.

Raucæ cortis: Ad regulũ cui miserat munera empta ĩ foro cũ eadẽ Regulus ex agro suo uberius haberet. Cors: ꝑs domus ubi altilia seruabantur. Aues raucæ cortis. i. aues raucas cortiles.

Oua matrum: galinarum. Chias ficus: melius tamẽ seruabant ficus Liuiæ Pompeiæ: q̃ chiæ. Flauas medio uapore: temperato uapore aridas. Fœtũ: hædũ. Rudẽ: nouum iuuenẽ & ignorantem coitum. Nõ pares frigoribus: .i. oliuas frigore rugosa. Nõ pares. i. uictas. Olus canũ: herbam canam. Diligenter. i. o quam dissimulãter erras: quia fingis te nõ ĩtelligere hoc. Nisi me. i. nisi uictum meũ. In tota suburra ubi res uendũt. Quicquid umber. .i. tuus uilicus umbri ruris.

Attice: Pomponius Atticus primus cognomẽ cũ doctrina reportauit ab athenis: ut ait Cice. qd' ĩ eius familiã ẽ propagatũ: nã ex eo dicti sũt Attici. ad atticũ nũc scribit Mar. tꝑis sui dãtem opã philosophiæ: hoc tamẽ dãnat in eo ꝙ publica uitet gymnasia: & potius cum uult sudare currat: q̃ aliud exercitationis genus uelit ꝑagere: hic sensus non placet: quẽ nõnulli hactenus secuti sũt ego quid sentiam dicam in cãlce huius epigrammatis: Attice facundæ. i. doctæ gentis: nã ille primus cognomẽ ex athenis retulerat. Conticuisse: carere eloquentia. Ingentẽ domum. i. atticorũ.

Turba cecropiæ Mineruæ. i. turba studiosorum: omnis sapiens. i. omnis doctus amat te. Magister: gymnasii. Colit: alios iuuenes. Fracta aure. i. clamoribus. Vnctor. i. aliptes. Sordidus: auarus. Rapit opes: spoliat iuuenes opibꝫ.

Follis: genus pilæ. Sueto. de Augusto: Ad pilam: & folliculum est reuersus.

Paganica: pila. Ictus stipitis: exercebantur tyrones in campo martio incursantes ad palum: quod Salusti. scribit in historiis: & qui tradiderunt præcepta de re militari: eodẽ exercitationis genere: qui erant intraturi thermas. Iuue. Aut quis non uidit uulnera pali? Quem cauat assiduis sudibus scutoq; lacessit. Ictus hebes: quia non resistit: nec sentit stipes. Lento ceromate: ceroma erat genus unguenti ex ceno & oleo quo utebantur palæstritæ. Vari: qui habent leuiter ob torta crura: & uara sunt brachia palæstritarum: cum aduersarium amplectantur: ut hic.

In Celiam:

Das cattis: das germanis: das celia dacis:
Nec cilicum spernis cappadocũque toros.
Et tibi de pharia menphiticus urbe fututor
Nauigat: a rubris et niger indus aquis.
Nec recutitorum fugis inguina iudæorum:
Nec te sarmatico transit alanus equo.
Qua ratione facis: cum sis romana puella:
Quod romana tibi mentula nulla placet?

Ad Regulum.

Raucæ cortis aues et oua matrum
Et flauas medio uapore chias.
Et fœtum querulæ rudem capellæ
Nec iam frigoribus pares oliuas.
Et canum gelidis olus pruinis
De nostro tibi rure missa credis:
O quem regule diligenter erras.
Nil nostri nisi me ferunt agelli.
Quicquid uillicus umber aut colonus
Aut tusci tibi: tusculiue mittunt:
Aut rus marmore tertio notatum:
Id tota mihi nascitur suburra.

Ad Atticum.

Attice facundæ renouas qui nomina gentis:
Nec sinis ingentem conticuisse domum:
Te pia cecropia comittatur turba mineruæ:
Te secreta quies te sophos omnis amat.
At iuuenes alios fracta colit aure magister.
Et rapit immeritas sordidus unctor opes.
Non pila: non folli: non te paganica thermis
Præparat: aut nudi stipitis ictus habes.
Vara nec iniecto ceromate brachia tendis.

Arpastum:genus pilæ. Puluerulenta:quia per terram iactabatur. Calet amore sidonio.i.in porticu europæ.hæc duo loca patebãt ad cursũ:ut supra: Area gymnasii: Quod dictũ ẽ ex cõi sensu:ego aũt ita sentio laudari Atticũ q deuitet exercitationes ptinẽtes potius ad luxũ:q ad rectam ualitudinẽ:& relicto gymnasio cursu exercenẽ:& dicat eos q exercẽtur ĩ gymnasio eẽ pigros: uerã aũt exercitationẽ eẽ cursũ. Cum liceat currere quẽadmodũ Atticus:& ita legas. Ludere p oẽs uarias artes:qbus area seruit:hoc est quæ in gymnasio exercentur. Est pigritia:pigritiæ & desidiæ.i. Cũ liceat currere.i. cũ cursu possis exercere:qd' atticus faciet.

Non arpasta uagus puluerulenta rapis.
Sed curris niueas tantum prope uirginis undas
Aut ubi sidonio taurus amore calet.
Per uarias artes:omnis quibus area seruit
Ludere cũ liceat:currere pigritia est.

In Cinnam.

Sordidior cœno cũ sit toga:calceus autem
Candidior prima sit tibi cinna niue.
Deiecto quid inepte pedes perfundis amictu?
Collige cinna togam:calceus ecce perit.

Ad Seuerum.

Quo possit fieri modo seuere
Vt uir pessimus omnium charinus
Vnam rem bene fecerit requiris:
Dicam sed cito quid nerone peius?
Quid thermis melius neronianis?
Non deest protinus ecce de malignis
Qui sic rancidulo loquatur ore:
Vt quid domini deique nostri
Præfers munneribus neriona?
Thermas præfero balneis cinædi.

In Matronam.

Inguina succinctus nigra tibi seruus saluta
Stat quotiens calidis tota faueris aquis
Sed meus:ut de me taceam:lecania seruus
Iudæũ nulla subcute pondus habet.
Sed nudi tecum iuuenesque seneque lauamur.
An sola est serui mentula uera tui?
Ecquid fœmineos sequeris matrona recessus.
Secretusque tua cunne lauaris aqua?

Ad Stellam.

Cum pluuias madidũque iouem perferre negaret
Et rudis hibernis uilla nataret aquis.
Plurima quæ posset subitos effundere nimbos
Muneribus uenit tegula missa tuis.
Horridus ecce sonat boreæ stridore december
Stalla tegis uillam:non tegis agricolam.

Ad Castricum de theta.

Quo possit: Carinus quẽ ĩpudicum fuisse supra ostẽdit:balnea extruxit: q cũ essent ĩ oĩum admiratiõe: ait poeta nõ mirũ eẽ ab hoĩe pessimo rẽ unã esse benefactã: quãdo Nero oĩm pessimus thermas pulcherrimas ædificauit: simul respõdet calũniatoribus:quod uisus sit anteponere neronianas thermas ædificiis Domitiani. Duoꝝ inqt ĩpudicoꝝ ædificia cõfero:Nero thermas ædificauit:gymnasiũq:q ut frequẽtarẽtur senatores & equites:oleo donauit ad id necessario. Tranquillus. Ore rãcido: inuido. Persius:Rancidulũ quidã balba de nare locutus. Domini:Domitiani. Balneis cinædi: Carini ĩpuri pfers thermas neronianas. Verba calumniatoris arguentis poetã. Tot muneribus .i.tot ædificiis. Domini:domitiani. præfero balneis cinædi.s. carini: hoc ẽ duos ĩpuros compo:uerba sunt poetæ respõdẽtis calũniatori.

Inguina:Lecania cũ ĩ balnea ueniret iubebat sibi astare seruũ obligatis pudẽdis subligaculo. Subligaculo autem utebanẽ:cum alii:tũ histriones idumẽto a genibus ad umblicũ nõ mõ ut ptes illas ualerent:sed ut etiã inguina comprimerent a libidine:nã frequẽti coitu rauce scebãt:hoc demonstrat ĩfra Mar.

Lecania autem hunc seruũ uolebat uti subligaculo ĩ balneis: cum ali nudi eẽnt hac de cã:ut suspicaẽ Mar. ut postea secretius lauareẽ ab eodẽ seruo recẽti ad opus.i. futuereẽ a seruo q ĩ aliis latus nõ fatigasset. Sed meus: sensus ẽ quare mecũ lauaris: & cũ seruo meo q sumus sine subligaculis: imo seruus ne præputiũ qdẽ tegit:nõ legas bis: sed altero loco. Iudæũ põdus:id inguina iudæa.i.circũcisa & apta: ut iudæus ẽ.

Fœmineos recessus.i.occultã lauationẽ. Tua aqua.i.tuo riuo.i.tuo sperma te. Vir.ĩ obscœno carmine: Quã nõ peteris ore fouebis aquã.i.sperma.

Cum pluuias:Stella miserat tegulas Mar.ut tegeret uillã ĩ hyeme: Mar.poscit quẽadmodũ tegit uillam:ita tegat agricolã.i.Martiale.i.mittat togã.tegulæ balneis accõmodatæ mãmatæ dicebanẽ:reliquæ tectis domoꝝ. Nimbos:pluuias. Iouẽ madidũ.i.cœlũ madidũ. Non tegis agricolã.i. non das mihi togam:ut tegar.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. Im. A. Mickiewicza

Nosti:Questor domitiani in exercitu nouitate quadam signi indicabat percussori:cum uellet aliquem interfici emugebat nasu.signu aut ab aliis dari solet:ut theta iscriberet.ꝓpterea theta dr̃ signu mortis. Persius:& potis e uitiu mortis præfigere theta:huc questore uolete emugere nasu collegæ ꝓhibuerunt.locat poeta qd q̃ pauloante ipabat nece aliis:nuc no potuerit emugere nares.

Mortiferum signu necis : est theta. Opepreciu:iuuat. Iuguli:necis. Stiria: ut Palæmon interpretat:e gutta pedes que nodu cecidit. Inuiso naso:qa cu tagebat nasu erat iudiciu necis. Non licuit:quia taq̃ ipaturus nece aliis ꝓhibitus est emugere nares.

Tantus:Poliphemus & Sylla erat serui seueri:ut no mo aliis possent incutere terrore:sed ipsi iter se timeret. Tatus:ta magnus. Talis.i.ta deformis:

Cyclops.i.poliphemus. Sylla:serua seueri. Fera mostra.i.ambos. Vterq; timor.i.alter alteru timebit.

Discursus.In Geliu q du recusaret labore salutadi cœpit fingere podagram: & ita finxit:ut paulo postea cœperit laborare:Ridet poeta tanta fuisse artem Celii:ut no mo picta podagra:sed uera expresserit.Fingere podagra: se laborare podagra.Discursus:eode uerbo utit Iuue.Gaudia discursus. Vagu mane .i.matutini tpis labores:quo tpe oes uagabant ad salutados diuites. Aue:salutatione.Desit fingere:qa uera habebat podagra. Platas sanas.i. pedes no laborates. Gradu laborioso:qa ita incedit:ut uideat dolere.

Hic iacet: Hetruscus q ab exilio lachrymis filii fuerit restitutus : ut supra dictu e:nuc morit:poeta epitaphium coponit:quo laudat pietate filii superstitis: ita amissu pris lugetis:ut nonagenariu sene: sed prem iuuene ante tempus ereptu lugere uideret. Ille senex: Hetruscus i aula augusta Domitiani.

Passus utruq; deu.i. Claudiu & neronem:na Hetruscus pr seruus fuit Claudii:a quo eade coditioe traditus e Neroni:ut Papi.i siluis apte docet . Papi. Terribile affectu passus uisuq; tyranu inanequ; suis.præterea:Nodu stelligeru senior dimissus i axe Claudius i logo trasmittit hre nepoti. No humili pectore:magno aio. Coniugis:uxoris. Ambo:casus græcus e ꝑ ambos:ut illd Vir. Si duo præterea. Fraudata iuuenta:mortua an tps. Terssenas olympiades,i.nonagesimu annum.

Cosmicos:Cosmici dnr ornati.Sempronius Tucca cu eet ornatus uolebat uideri formosus:dictitas se esse cosmicu. poeta ait no mo res bonas : sed eta malas posse ornari: hoc e ipm quoq; ee malu:quis cosmicus esset

Primum : Cinna nec dabat Martiali qd poscebat dari: nec negabat oio:sed diu hebat ipm suspensu: & sollicitu. Primum est ut præstes .i. prima gratia est tui beneficii:ut præstes.

Nosti mortiferu questoris castrice signum.
Est operepreciu discere theta nouum.
Exprimeret quotiens rorantem frigore nasum
Lætalem iuguli iusserat esse notam.
Turpis ab inuiso pendebat stiria naso
Cum staret madida fauce december atrox:
Collegæ tenuere manus:quid plura requiris?
Emungi misero castrice non licui.

De Polyphemo.

Tantus es et talis nostri polipheme seueri
Vt me mirari possit et ipse cyclops:
Sed nec sylla minus:quod si sera monstra duorum
Iunxeris:alterius fiet uterque timor.

De Celio.

Discursus uarios:uagu̇que mane
Et fastus:et aue potentiorum.
Cum perferre patique iam negaret:
Cœpit fingere celtus podagram.
Quam dum uult nimis approbare ueram
Et sanas linit obligatque plantas:
Inceditque gradu laborioso.
Quantum cura potest:et ars doloris
Desiit fingere celius podagram

Epi.patris Hetrusci.

Hic iacet ille senex augusta notus in aula:
Pectore non humili passus utru̇que deum:
Natorum pietas sanctis quem coniugis umbris
Miscuit:elysum possidet ambo nemus.
Occidit illa prior uiridi fraudata iuuenta:
Hic prope terssenas uidit olympiadas.
Sed festinatis raptum te credidit annis
Aspexit lachrymas quisquis hetrusce tuas.

Ad Sempronium.

Cosmicos esse tibi sempronitucca uideris:
Cosmica sempronitam mala q̃ bona sunt.

In Cinnam.

Primum est ut præstes:si quid te cinna rogabo
Illud deinde sequens ut cito cynna neges.

Sed tu nec præstas:ideo non diligo te:Nec cito cinna negas:propterea odi te.
Muneribus:Castricus & eruditissimus poeta & diues fuit:Martialis cum alii amicis munera mitte rent:ipse munerum loco mittere solebat carmina:neutrum poterat efficere in Castricũ qui nec ege bat muneribus:nec carminibus:paulo tamen ante dederat epigrãma ad poetã n ũc affert cãm q̃re miserit:ait.n.& hoc accidisse ut Alchyno pomorum copia reliquos mortales superanti aliquis ali q̃ do miserit poma.Muneribus:sensus est horum uersuum Castricum non posse superari muneribus aut carminibus.Sic etiam eadẽ temerita te.In utroq; sumus tenues:laboramus i opia munerum & carminum. Vinciq; parati:facile cedimus. Inde:cũ non pos sumus mittere bona carmina. Alcyno us:Nausitoi filius celeberrimus carmie Homeri in odyssea:corcyrã in qua erãt populi phæces insigni iustitia rexit:tan ta pomariorũ copia & fertilitate: ut au ctore Homero præ maturis fructib9 no ui statim succederent.Papiniãus. Quid bifera alcynoi laudem pomaria: Ouid. phæcum fœlicibus obsita plãtis lura pe tũt:huius filia Nausicaa nudum & nau fragum ex littore Vlyxem domum pro duxit. Dederim:ausus sim dare.

Diligo præstantem non odi cinna negantem:
Sed tu nec præstas nec cito cinna negas.

Ad Castricum.

Muneribus cupiat:si quis contendere tecum:
Audeat sic etiam castrice carminibus:
Nos tenues in utroque sumus:uincique parati:
Inde sopor nobis:et placet alta quies.
Tã mala cur igitur dederim tibi carmina quæris:
Alcinoo nullum poma dedisse putas.

Ad Ouidium.

Maximus ille tuus ouidi cæsonius hic est:
Cuius adhuc uultum uiuida cæra tenet.
Hunc nero damnauit:sed tu damnare neronem
Ausus es et profugi:non tua fata sequi.
Aequora per scyllæ magnus comes exulis isti
Qui modo nolueras consulis ire comes.
Si uictura meis mandantur nomina chartis:
Et fas est cineri me superesse meo.
Audiet hæc præsens uenturaque turba fuisse
Illi te:senecæ quod fuit ille suo.

Ad eundem.

Facundi senecæ potens amicus
Caro proximus aut prior sereno:
Hic est maximus ille quem frequenti
Fœlix littera pagina salutat:
Hunc tu puer siculas secutus undas
O nullis ouidi tacende linguis
Spreuisti domini furentis iras.
Miretur pyladem suum uetustas
Hæsit qui comes exuli parentis:
Quis discrimina comparet duorum
Hæsisti comes exuli neronis.

Maximus ille:Maximus Cæsonius sin gulari amicitia eum Anneo Seneca iun ctus:missus est a nerone in exiliũ. Oui dius eũ secutus est: non ueritus pricipis indignationem & contempta gratia qua apud illum ualebat: idẽ amicũ amissũ tabella exp̃ssũ hẽbat ap̃d se: cuius pictu ræ hoc addit carmẽ a Martiale. Viui da:ueris liniamẽtis expressis.Hũc:cæso nium. Dãnare Neronẽ:ausus es seq dã natum:& negligẽ Neronẽ apud quem gratia ualebas:nã damnare ẽ condẽnar dãnare itẽ ẽ aliquid tanq̃ detestandum omittere:ut supra de Othone. Dãna uit:multo saturatũ sãguine martẽ.& ita hic accipit. Nõ tua fata.i.nõ tuã sortẽ fœlicẽ apud Neronẽ.i.maluisti seq ma lã sortẽ aĩci:q̃ tuã fœlicẽ. Magnus co mes:qui magnus eras apud Neronẽ:Fre ta scyllæ.i.æquora sicula.Scylla scopu lus maris siculi naufragus & piculis in signis. Maximus cæsonius: ꝓconsulatũ africæ gessit tẽporibus Neronis. Præsẽs & uẽtura turba.i.p̃lẽtes & posteri. No mina uictura.i.fata imortalia p̃stabunt meũ carmẽ. Legi:post mortẽ. Quod ille senecæ:nã maximus Cæsonius non dubitauit Senecã dãnatũ a Neroẽ ꝓfite ri sibi ẽe amicũ. Tẽporibus etiã claudii damnatus est Sene.sed mox ab exilio r̃ stitutus:ut scribit Tacitus.

Facũdi:Serenus carus.Statius Anneus ut Tacitus:Senecæ amicissimi fuerunt: eodẽ argumẽto ẽ epigrãma: quo supius: p̃ponit amicitiã Ouidii maxio amori Piladis i Orestẽ:hoc carmẽ addit picturæ cæsoni. Salutat frequenti pagina.i.ad quẽ totiẽs scripsit Sene. Amicus potẽs:qa plurimũ ualebat apud Neronem.

Proximus caro:amore i Senecã. Aut prior sereno.i.q̃ pari amore cũ caro diligebat.aut uehemẽ tiore q̃ serenus Senecã. Domini:Neronis. Vetustas:ãtiquitas. Exuli parentis:Pilades secutus est Orestem:qui matre interfecta in exilium abiit furiis agitatus. Exuli:Oresti. Perentis. Clitem nestræ:matris cæsæ a se. Duorum: Piladis & Ouidii. Exulem Neronis:Pilades nihil timebat. At Ouidius Neronem debebat uereri; plus igitur est.

Commendare:Priſcum accuſat qui pollicitus ſe miſſurum munus Mar. id differebat:cupiés una mittere carmen.at poeta inqt ibi pauperi mittēdū eē munus expolitum diuitibus pulchros uerſus.

Excrutias:habes me anxium expectanté munus. Ore mæonio:Homeri ore. Placet:concinnatur.

De noſtro.i.de noſtro damno. Pexa munera.i.pulchra:nā pexa dicit:ut referat hoc ad ueſtē pexam.i.referta & plena ſine ullis illecebris:ut tractum ſit a pexis ueſtibus hyemalibus grandioris pili.placet prior ſententia.

Doctorum:Licinium Suram conualuiſſe lætatur:de quo ī aduerſa ualitudie deſperatū erat.ſimul monet amicum: ut cū euaſerit periculū mortis: reliquā uitā agat uoluptate & relaxatione aī nullo die prætermiſſo. Lingua priſca:imitata priſcos:Auos graues.i.iſtituta & doctrinā antiquorū. Quāto munere:id/eſt grato munere mortalibus. Guſtata lethes aqua:hoc eſt guſtato flumine īfernali:nā animæ ad ſuperos redituræ ī noua corpora:ut cecinit poeta potant aqua lethei fluminis. Perdiderāt metum .i. uota ſuſcepta pro te non putabant ſe deberi.& perſolui quia non putabāt euaſurum. Triſtitia ſecura:depoſita cura te euaſurum flebat. Peractis lachrymis: ideſt iuſtas lachrymas omnes emiſerunt tanq̄ ſi mortuus eſſet. Regnator taciti auerni:ideſt pluto. Nō tulit īuidiam: ideſt non potuit proferre loquellas hominum lugentiū te. Colos raptas.i.pēſa:ipſe reſtituit colos raptas parcis quas depoſuerāt ſorores. Mors falſa.i.falſo exiſtimata de te. Frueris poſteritate .i. ita uiuis nunc īter eos qui ſūt tibi poſteri:quia habebaris mortuus. Viue:da operam relaxatiōi animi. Velut rapto: nā qui uiuunt rapto maiori ſtudio & diligentia res aptas amplectūtur: hoc eſt conſume oēs dies:ac ſi eos raperes. Gaudia fugitiua:ideſt gaudia q̄cit labūtur: ut ſupra:ſæpe fluēt īmo ſic quoq; lapſa ſinu. Vita reuerſa:itegz data tibi.i.nullum diem uoluptatis prætereas.

Cū mēſas:Inſtituerāt antiqui cœnā q̄ appellabāt ābulatoriā miniſtris circūferētibus uaſa. Si pauperes inuitabunt rarius ad eos accedūt: miniſtri ditioribus ſeruiētes. hanc igit cœnā pauper Matt. damnat. Pro mēſis:loco mēſarū. Gabata:uaſa concaua dicta:quia ſunt cauata. Lances patinæ: minus excauatæ: Tranſcurrunt miniſtri circumferētibus

O lauti:o diuites. Habete uobis hasepulas. Offendimur cœna:quia non ueſcimur.

Fōs Domīæ:Violātilla magnificas hēbat ædes q̄ a Pap.in epithalamio Stellæ deſcribūt:Lecta deæ ſedes ueris nec ſordet ab aſtris:ī his fōs erat pap. Perſpicui uiuūt in marmore fōtes: pximo nemor cōſecrato Herculi:argumētū ſupra ē expoſitum.ait poeta apte hoc factum: ut Hercules ſit proximus:ne.ſ.multi niuei miniſtri rapiant a nymphis:ut Hylas raptus fuit. Domus conſpicuæ:ideſt domus Violantillæ: Luceat:accipiat lucem. Choro ganymedo:miniſtris ſimilibus Ganymedi. Obſeruat:cuſtodit. Notos:quo nouit amores nympharum.

Ad Priſcum.

Commendare tuum dū uis mihi carmine munus:
Mæonioque cupis doctius ore loqui.
Excrucias multis pariter me teque diebus:
Et tua de noſtro priſce thalia placet.
Diuitibus poteris muſas elegoſque ſonantes
Mittere pauperibus munera pexa dato

Ad Licinium.

Doctorum licini celeberrime ſumme uirorum:
Cuius priſca graues lingua reduxit auos.
Redderis heu quanto fatorum munere nobis
Guſtata lethes pene remiſſus aqua:
Perdiderant iam uota metum:ſecuraque flebat
Triſtitia et lachrymis iamque peractus eras.
Non tulit inuidiam taciti regnator auerni:
Et raptas fatis reddidit ipſe colos.
Scis igitur quantas hominū mors falſa querelas
Mouerit:ei frueris poſteritate tua:
Viue uelut rapto:fugitiuaque gaudia carpe
Perdiderit nullum uita reuerſa diem.

De Annio.

Cum menſas habeat fere ducentas:
Pro menſis habet annius miniſtros.
Tranſcurrunt gabate uolantque lances.
Has uobis epulas habere lauti:
Nos offendimur ambulante cœna:

Ad fontem Hiantides.

Fons dominæ regina loci quo gaudet hiantis
Gloria conſpicuæ delitiumque domus.
Cum tua tot niueis ornetur ripa miniſtris
Et ganymedeo luceat unda choro.
Quid facit alcides ſilua ſacratus in iſta:
Tam uicina tibi cur tenet antra deus?
Numquid nympharum notos obſeruat amores?

Parua: Seuero misit & oua & poma: sed ne uideretur gulosum amicum existimare: ait se mittere poma ut uescatur: oua ut raucam uocem aperiat: & ut faucibus mederetur: & ut uox fieret clarior. nam ulceratis faucibus oua medentur auctore Plinio.

Mercari: Vrbicum monet ut si uelit audire suos uersus: neq; eos emere: eat ad Pompeiū. Auctū: qui omnes memoria tenebat. Mercari: emere nostras nugas. i. nostros libellos. Sedet: habet domicilium i prima æde Martis: quod templū reliqua superat magnificētia martis ultoris: tēplū ædificauit Augustus cæsar: quod uouerat in bello philippēsi aduersus Brutū & Cassiū ultorem appellauit: qm̄ id bellū susceperat ad ulciscēdā mortē cæsaris patris. Iure madidus: sordibus. sūtq; legunt iure madens: ideest iure peritus: sed non placet.

Limatus: hēns limatā & attritā togam. In uario usu togæ. i. dū oībus in rebus utitur eadē toga. Nō lector meus. i. nō legit modo mea carmina. Sed liber est: hic sic tenet mēoria mea carmia ac si esset liber. Absētes: nō ispectos. Vt nulla littera. i. ne minima qdem syllaba pereat. Deniq; si uellet poterat uideri scripsisse. i. posset uideri auctor carminum adeo bene memoria tenet meos uersus.

Sollicites. i. puoces ad recitāda carmina. Nō satis ante uacabit. i. non uacuus erit oīo negociis. luue. Si uacat & placidi. &c. Qui. Marsus & pedo legēdi si: uacet: ideest si ocium sit.

Gratū: Celer magistratū habuerat in celtiberia. Idē post reditū in urbē ex Pōpeio aucto audiebat carmina Mart. monet poeta auctum se magope uereri aures Celetis: quoniā ñ uideatur auditor: sed iudex celtiberorum: nā & Mart. erat celtiber. Si tamē iuuat. i. pbatur a Celere: nā si offēderet nollet recitari. Celtas hiberos. i. celtiberos: nā celtæ cum tenuissent ripas hiberi sūt celtiberi noīati. Certior: sanctior. Maior reuerentia: qa rexit celtiberos. Iudicis: alludit ad id quod fuerat iudex in hispania.

Omnia: Vmbrū causidicū deridet: q quæcunq; munera cliētibus i saturnalibus acceperat: miserat martiali. Ea autē erāt uilissima & nullius ferme pciī: eiusmodi munerum uilitatem luuenalis satyrico carmīe isectat. Vix octo serui potuerunt ferre munera Martialis: facilius inquit poeta unus puer potuisset mihi ferre quinque libras argenti. Quique dies: quia saturnalia durabant quinque diebus. Triplices pugilares: de quibus dicemus in distichis. Spōgia accessit comes: ideest uenit comes. Vimine picenarum: ideest cum cistella oliuarum. Sapæ laletanæ: appellat uinum laletanum sapam: quia erat fæcosum: habebatque plurimū fæcis. supra: A caupone tibi fex laletana petatur: de hoc uino ut puto itellexit cum dixit: Plurimus hispanas mittet mihi nauta metretas. luue. dixit de uino misso causidicis: uinum thyberi deuectum. Coctana: coctanum ficus est ex Syria. Pli. ita scribit syria in ficorum genere habet caricas & minores eius generis quæ coctana uocant. Item pruna in damasco monte nata. Canis prunis: ideest rugosis: & supra Acuta senibus testa. Cum damascenis Ex syria mittebantur serui: iccirco luue. Quo pruna &

Tam multi pariter ne rapiantur hylæ.

Ad Seuerum.

Parua suburbani munuscula mittimus horti
Faucibus oua tuis: poma seuere gulæ.

Ad Vrbicum.

Mercari nostras si te piget urbice nugas:
Et lasciua tamen carmina nosse libet:
Pompeium quæras: et nosti forsitan auctum:
Vltoris prima matris in æde sedet.
Iure madens uarioque togæ limatus in usu:
Non lector meus hic urbice: sed liber est.
Sic tenet absentis nostros cantatque libellos:
Vt pereat chartis littera nulla meis:
Denique si uellet poterat scripsisse uideri:
Sed famæ mauult ille fauere meæ.
Hunc licet a decima: nec enim satis ante uocabit
Sollicites: capiet cœnula parua duos.
Ille leget: bibe tu: nolles licet: ille sonabit:
Et cum iam satis est dixeris ille leget.

Ad Auctum.

Gratum ē quod celeri nostros legis aucte libellos:
Si tamen et celerem quod legis aucte iuuat.
Ille meas gentes et celtas rexit hiberos:
Nec fuit in nostro certior orbe fides.
Maior me tanti reuerentia turbat et autes:
Non auditoris iudicis esse puto.

In Vmbrum.

Omnia misisti mihi saturnalibus umber:
Munera: cōtullerant quæ tibi quinque dies.
Bissenos triplices: et dentiscalpia septem:
His comes accessit spongia: mappa: calix:
Semodiusque fabæ cum uimine picenarum:
Et laletanæ nigra lagœna sapæ.
Aruaque cum canis uenerunt coctana prunis:

coctana uento.i.uenit uenalis seruus: Ficus libyca:in hyemē ꝓducebatur: artificio mortaliū frigidissīa ipo ēt tactu supra:Et ficus libycæ gelata testa. Fuisse nūmoꝝ.xxx.i.fuisse p̄ci.xxx. nūmoꝝ.

Semper mane:Nasidienus captabat olim munera a Martiale blanditiis:sed cum poeta iam aspnaretur excogitauit nouum aucupii genus.solebat enim dicere se uidisse somnia plena terroris Mart: ad quæ placāda postulabat modo tus mō agnā:modo porcū:poeta respondet. Iam prior uidemia: idest prius illud aucupiū quo utebaris apud me. Venit ad fæcem:idest defecit.Sed & hæc & etiam hoc nouum aucupiū defecit. Saga:mulier maga. Exorat:placat tuas noctes: id est tua somnia horrenda de me. Consūpsi:dādo tibi. Molas salsas:molā salsam.i.pecuniam ꝑ mola salsa ad sacra.

Decreuere:sunt imminuti. Cadit:interficit ꝓpter sōnia. Aues cortis: idest aues cortiles. Dormi tibi:idest in tuam perniciē:& non in meam.

Nulli munera:Chrestus acceptis muneribus ab amicis nihil remittebat: sed irumatoribus fellando satisfaciebat: si inquit poeta ita satisfacis oībus:satisfaciēs ēt meis muneribus:quæ misi tibi fellando. Non me.sed seruum meū q̄ iudæus est.Si nulli remittis:si nulli r̄ddis.

Nec mihi remiseris:patiar mihi nō remitti.Sed si remittis:si satisfacis. Lupo galloq;:sunt irrumatores. Lingas.s.mētulam. Proba.s.mentula mea. De solymis perustis.i.a iudeis.i.serui mei qui uēit e iudæa.i.ex ægypto.supra:sed meus ut de me taceā lecania seruus iudæū nulla sub cute pondus habet .Damnatam modo mentulā tributis:mētulla dānata tributis dicitur quoniā cum Domitianus exigeret tributa iudæorum: multi ne soluere cogerent dissimulabāt originem negantis se eē iudæos:sed si differebant īspiciebāt an eēnt circuncisi: & ita deprehendebant.Interfui inqt Trā. adoloscētulus cū senex nonagœnarius īspiceret a questoribus & frequēti cōcilio an eēt circūsectus:nā circūsecti dānabantur ad soluenda tributa.mētula igitur damnata tributis dicitur concisa: id est iudæa quoniam eo iudicio damnabātur ad tributa.

Astra:Laudat Rabiriū architectum:q ædem flauiæ gēti erexit:eā.n. ædificari uoluit domitiano:Trāqllo teste:uel domitiani domum struxit:de qua īfra:qd' placet. Cœpisti:arte cōplexus es. Domum parrhasiam:idest domum palatinam:hoc enim placet potiusq̄ ædē flauiuiam.Domus palatina:dicitur parrhasia ab Euandro arcade.Silius:Aspice mōtis apex uocitata palatia regi parrhasia.

Et libycæ fici pondere teste grauis.
Vix puto triginta nummorum tota fuisse
Munera:quæ grandes octo tulere syri.
Quanto commodius nullo mihi ferre labore:
Argenti potuit pondera quinque puer:

In Nasidianum.

Semper mane mihi de me mera somnia narras:
Quæ moneant animū:sollicitentque meum.
Iam prior ad fecem sed et hæc uindemia uenit:
Exorat noctes dum mihi saga tuas.
Consumpsi salsasque molas:et turis aceruos:
Decreuere greges:dum cadit agna frequens.
Non porcus:non cortis aues:non oua supersunt:
Aut uigila:aut dormi nasidiane tibi.

In Chrestum.

Nulli munera Chreste si remitti
Nec nobis dederis remiserisqus
Credam te satis esse liberalem
Sed si reddis apicio:lupoque
Et gallo ticioque celioque
Lingas non mihi:nam proba et pusilla est.
Sed quæ de solymis uenit perustis:
Damnatam modo mentulam tributis.

Ad Rabirium.

Astra polumque tua cepisti mente rabiri:
Parrhasiam mira qui struis arte domum.
Phidiaco si digna ioui aræ templa parauit:
Has petat a nostro ipsa tonante manus.

De Achilla.

Castora de polluce gabinia fecit achillas

Virgi.Parrhasio dictum panos de monte lycei.Non placet quod suspicantur nonnulli domum domitiani dici parrhasiam:quia in germania: sub parrhaside ursa multa gesserit:unde germanicus ē dictus.Spoliorum illorum meminit pli.in laudibus Traiani parrhasius item proprio nomine fuit pictor. Pisa:ciuitas in peloponneso non procul ab Elide:quæ habuit louis olympici imaginem fictā aphidia. Parauit:cogitauit dare. Manus has:Rabirii. A nostro tonāte:idest domitiāo: phydias illuc simulachrum louis effinxit:quod cum est dicatum tonitru luppiter signū dedit sibi placere.ut scribit Pausanias.

Castora:Gabania mulier achillam iuuenem pugilem donauit tantis opibus ut esset eques. Castor fuit hippodamus.i.equorum domitor. Pollux:eius frater fuit pugil. Versus Home.hisdem uerbis bis repetitur:καςορα τιππολαμοικαι πυζαγαφογ πολυλευκεα: hoc est castora domi-

torem equoꝝ:& Pollucẽ pugnis ſortẽ:hoc uerſu iocaꝫ poeta:Fecit caſtora.i.equitẽ.i.equeſtri cenſu donauit. De polluce.i.pugile: Nũc erit hippodamus.i.erit eques:alludẽs ad caſtorem hippodamũ. Iã ſex:Nullũ eẽ ait q nõ ſit mollis ſiue hiſpidus ſit:ſiue iunior:galla cũ elegãtiores & formoſiores uellet:decepta elegãtia formæ officiũ mariti nõ reperiebat.at inqt poeta nõ modo hoc ĩ formoſis cõtinget tibi o galla:ſed ſi hiſpidũ habueris:talẽ reperies:nã oẽs ſũt cinædi.Iuue. hiſpida mẽbra qdẽ & duræ:&c. Dum coma.i.dũ ſequeris formã. Imbellẽ:nequeũtẽ coire. Mollẽ maritũ:ideſt effœminatũ. Quærere aliquẽ loquentẽ fabios:ideſt grauẽ. Triſtis turba.i.cẽſoria & grauis turba. Vero uiro: quia omnes ſunt ſponſæ tã hiſpidi q̃ pulchri & leues.Iuuenalis.Quis enim non uicus abundat Triſtibus obſcœnis?

Non cœnat:Cecilianus aſſiduis mẽſis & cœnis uolebat ſibi apponi aprũ: q̃uis alios non iuſtaret.poeta ait quanuis cecilianus aliũ nõ iuuet:tamẽ cũ hẽt apꝝ hẽt cõuiuã:quaſi dicat.aper blande ei cõſumit cœnã:& tãtũ amittit q̃tũ ſi haberet conuiuã. Bellũ iſidioſũ:quia aper cõſumit:hoc placet potius ut de apro hoie intelligas:infra poeta meminit ut uelit decipi lectorẽ:ut cũ de Bruto priore uerſu deridẽs tenuẽ mẽſam ceciliani: nam aper alienas cœnas ſectabatur:ut alibi oſtendit.

Tarpeiæ:cũ Cæſarẽ habeat:dicit ſe loue nõ indigere:neq; ſe debere petere aliqd ab eo:nã quod ei neceſſarium eſt põt cæſar ſuppeditare:debet tãtũ rogare louẽ p cæſare:ut.ſ.diu terris ſiperet. Succẽſueris.i. iraſceris mihi. Aulæ tarpeiæ:capitolii. Quẽ credimus tonantẽ.i. eẽ uerũ deum. Saluo duce: dũ ſeruas Domitianum incolumem. Debeo rogare Cæſarẽ p me:quia ipſe põt mihi ſuppeditare quæ ſunt neceſſaria. Te p cæſare.i.debeo ei optare ĩcolumitatẽ a te.

Abſtulerat:Domitianũ laudat q̃ ĩſtauratis ædificiis uicos urbis reddiderit laxiores & expeditos:qui paulo ãte fuerũt occupati tabernis opificũ: ut nũc tandẽ ſit urbs:quæ paulo ante erat taberna.

Emit:Baſſus.x.milibus nummū emit lacernas:ſed cū nō eēt ſoluturus: poeta ait eū lucratū eē has ueſtes. Lucrī fecit.i.lucratus eſt. Adeo bene emit.i. adeo uiliter emit.Interrogatio eſt: cui ita reſpondet: Immo non ſoluit: qd maius eſt.

Peruenisſe:Redeūtē Domitianū tāto applauſu populus ī circo excepit:ut ſarmatæ: uñ uenerat:potuerint exaudire clamorē:qdq; magis ē mirādū:occupati oculi ipatore iſpiciēdo nō uiderunt equos q ī circo iā q̄ter cucurrerāt. Rhenus.fl.Germaniæ. Vrbē:Romā. Ille Rhenus.i.accolæ rhenī: Lætitiæ nouæ te uēiēte. Hiſtꝝ:accolas hiſtri. Nemo: nullus ſpectator. Miſſos q̄ter: ſepties enī mittebant eq a carceribus in circo: ſed cū Domitianus uellet cētū miſſos uno die pficī:iuſſit ut qnqes tm̄ ſinguli mitterēt.In eūdē ſēſū ſupra:Adeoq; mētes oīum tenes una Vt ipa magni turba neſciat circi:utꝝ ne currat paſſerinus an tigris. Lōga gaudia.i.plauſus longi. Nec te ſic cæſar.i.nūq̄ amauit tm̄ quātū nūc.q.d.ad cumulū amoris pueniſti:& nullus locus reli-

ctus est ut amari possis amplius. Vt uelit ipsa: etiam si Roma uelit plus non potest amare.
Vxorem: In eos qui locupletē uxorē ducūt: nā hi nubūt uxori: ut illud Plauti: Dotē accepi: libertatē uēdidi. Locupletis uxoris īsolētiā satyra īsectat' Iuue. Nolo nubere uxori: qa oportet me parere. Inferior: nobilitate & opibus. Pares: ī amore: & cōcordia: nisi mulier sit inferior nobilitate & opibus.

Morio: Moriones dicebāt' q naturali quadā stoliditate & deformitate oris oblectabāt. hi adhibebant' cœnis diuitū: ppterea Pli. cū iuuitat amicū ad frugalē cœnā: Cœnabis īquit sine morione. Morio noīe īpo significat stultū. Marti. morionē emerat adductus noīe: ut ipse iocat': putās eū esse stultū: sed cū hēret domi uidisset, q; eū nō angi: nō cruciari: nō uexari aliquo furore eē mēte trāquilla: simplicitate q̄dā naturæ: poeta īdicauit eū sapientē, propterea repetit a Gargiliano p̄ciū datū qm̄ uēdiderit sapiētē p̄ stulto. Ita quoq; de morione loqtur ī distichis. Quisqs plus iusto nō sapit ille sapit. Nā uerā uitā putat eē in trāqllitate mētis: & rex cōceptu. Sapit: nā poeta more Epicuri putat sapiētiā sūmā esse: qualis est morio.

Pallida: Horti pensiles erāt apud antiquos q rotis p̄mouebant' ī solē ab holitoribus: rursus hibernis diebus specularibus tegebātur ne uentus læderet. Pli. de cucumeribus Tiberii: Nullo nō die cōtigit pēsiles hortos nō p̄moueri rotis ab holitoribus in solē prorsus hibernis diebus ītra specularīū munimēta reuocātibus. Amicus martiali pensiles hortos ita texerat: cū poeta haberet cellā aptā uētis: ait ergo se melius futurū hospitē arboris: q̄ talis amici: qa tegēt' saltē specularibus. Specularia: lapides speculares. Admittunt diē sine fæce: nā excludūt uētos & brumā. Nemus tenerum, i. hortulos. Non tota fenestra: sed partim aperta.

Dū noua: Domitianus edomitis sarmatis noluit triūphare: sed laureā tm̄ rettulit Ioui capitolino. Poeta ait tātā fuisse populi lætitiā: ut hæc laurea nō sit minor triūpho: & laudādū eē aium īpatoris: q cōfidat se nō fore minori ueneratiōe apud suos hac laurea: q̄ si triumphasset. Memorabit: celebrabit.

Et ditāt latias tertia dona tribus: Ita & codex antiquus habet & ē legēdū. Latinæ feriæ dicebāt' dies: quibus fœdus ictū ē a latinis cū po. ro. Hisdē diebus licebat populis latinis petere carmen ex mōte albano a ro. po. ex sacris. Ci. ī oīone p̄ plāco hoc īdicat: dū paucitatē hoīum ī qbus dā municipiis oīndit his uerbis. Quibus municipiis uix q carnē latinis petāt īueniunt'. Victoria sarmatica tertia erat de q̄ hic loqt' bis iā domitis cattis & dacis. Tertia igit' dona, i. sacrificia: q̄ tertia iā uictoria fiebant. Ditabāt tribus latias, i. populos latinos: qa iā tertio carnes dabātur. Auctores sūt Macrobi⁹: & Varro. Latiæ āt feriæ ī pōpa triūphali īdicebāt'. Triūphos secretos: laureā appellat triūphū secretū q̄ si ea uoluerit īpator triūphū celare. Tuæ pacis: quam dedisti romanis p̄domitis sarmatis. Pannonici: sarmatici. Nosse suos: perspectos habere animos suorum & eos cognoscere. Credis tibi: de pietate sancta tuorum erga te.

Pistor: Ciperus iunci genus ē apd' Pli. hic ē ppriū nomē: Hic ex pistore factus fuerat causidicus lucrabaturq; multū: sed cōuiuiis liguritoribꝰ: nebulonibꝰ multa dabat. Facere panē & farinā dī pistor

Te quoque iam non plus: ut uelit ipsa: potest.
Ad Priscum.

Vxorem quare locupletem ducere nolim
Quæritis: uxori nubere nolo meæ.

Inferior matrona suo sit prisce marito:
Non aliter fiunt fœmina uirque pares.
Ad Gargilianum.

Morio dictus erat uiginti milibus emi
Redde mihi nummos gargiliane sapit.
In crudelem amicum.

Pallida ne cilicum timeant pomaria brumam:
Mordeat et tenerum fortior aura nemus.
Hibernis obiecta notis specularia puros
Admittunt soles: et sine fæce diem
At mihi cella datur: non tota clausa fenestra:
In qua nec boreas ipse manere uelit.
Sic habitare iubes ueterem crudelis amicum:
Arboris ergo tuæ tutior hospes ero.
Ad Domitianum.

Dum noua pannonici narratur gloria belli
Omnis et ad reducem dum litat ara iouem:
Dat populus: dat gratus eques: dat tura senatus
Et ditant latias tertia dona tribus.
Hos quoque secretos memorabit roma triūphos
Nec minor ista tuæ laurea pacis erat.
Quid tibi de sancta credis pietate tuorum?
Principis est uirtus maxima nosse suos.
In Ciperum.

Pistor qui fueras diu cipere
Nunc causas agis: et ducenta quæris.

qui pinxit far & coquit panē & farinam. Facere itē panē & farinā dī qui liberalitate sīue ꝓdigalitate sua aliis panē & farinā subministrat. Cū igit̄ Ciperus nunc multos pascat ꝓdigalitate sua: æque pistor uidet̄ ac olim erat: cū panē & farinā pistor faciebat. Huc spectat totū hoc epigrāma: ut ostendat̄ Cipex: q liberalis uolebat uideri multos alendo: nō agere id ex liberalitate: ut. s. det panē & farinā multis: sed ueteri more & instituto pistoris. Pistor a pinsendo farre dictus: olimq; tm̄ farinā faciebat: panē ipi quirites & mulieres: sīa ē Attei capitonis. Postea receptū fuit: ut idē & panē coqueret: propterea ait. Et facis panē & facis farinā: nā utrūq; ad pistorē ptinebat.

Sed consumis: et usque mutuaris:
A pistore cipere non recedis:
Et panem facis: et facis farinam.

Mutuaris: accipis ab aliis ut ostēdat ꝓdigalitatē. A pistore: ab īstituto & ope pistoris nō discedis dū multos pascis.

Ad Sextum.

Egi sexte tuam pactus duo milia causam:
Misisti mummos quot mihi mille quid est?
Narrasti nihil inquis: et a te prodita causa est.
Tanto plus debes sexte: quod erubui.

Egi: locus ē ꝙ cā amissa plus sibi debeat̄ q̄ si uicisset: nam laus fuisset loco parti alicuius p̄mii. Pactus: duo milia.

Erubui: tuli illū pudorē p̄ te.

Ad Cirinum.

Sic tua cirini pronas epigrammata uulgo.
Vt mecum possis uel prior ipse legi.
Sed tibi tantus inest ueteris respectus amici.
Carior ut mea sit quam tua fama tibi.
Sic maro nec calabri tentauit carmina flacci.
Pindaricos posset cum superare modos.
Et uario cessit romani laude cothurni:
Cum posset tragico fortius ore loqui.
Aurum et opes et rura frequens donauit amicus
Qui uelit ingenio cedere: rarus erit.

Sic tua ceri: Ceriniū deridet q̄ dicebat se posse edere epigrāmata sed nolle: ne Mar. æmulus uideretur: poeta ita respōdet ut ostēdat se id nō sētire: q̄m nemo sit tā amicus: qui uelit cedere ingenio & nolit doctior uideri. Supra In eūdē sēsū: Versus scribere q̄ potest disertos: Non scribat laberi uirū putabo? hæc dicit deridēdo: Vel mecū pari laude: uel mecū maiori. i. maiori laude.

Amici: Mar. sic pari respectu amicitiæ. Flacci calabri. i. Oratii. Idē Vir. noluit scribere eo scribēdi genere ut cederet amico. Pindarus Scopæ lindi filius poeta thebanus lyricoꝝ princeps: ut scribit Fabius: tātæ æstimatiōis: ut & macedoniæ regibus carus & alexander thebis captis edixerit pindari domum ne cōburite. Id eni fuit alexādri uerbū licet nōnulli græci scribāt ea uerba ædibus pindari fuisse ascripta. Inuentus ē mortuus cū cœpisset dormire i gymnasio: i gremio pueri dilecti. Cessit: laude. Romani cothurni. i. tragœdiæ romanæ. Horatius scriberis uario. Variū scribit Quintilia. cuius tragœdia Thiestes cuilibet græcorum cōferri posset.

Frequēs amicus. i. multi amici.

Paup: Amici monastichon. Cinna ita erat paup: ut uellet uideri dissimulare diuitias: at iqt Mar. ita ē neq; magnope laboret i hoc simuládo oportet.

Egi: locus ē ꝙ cā amissa plus sibi debeat̄ q̄ si uicisset: nam laus fuisset loco parti alicuius p̄mii. Pactus: duo milia.

Erubui: tuli illū pudorē p̄ te.

Ad Varum.

Cum facias uersus nulla non luce ducentos:
Vare nihil recitas: non sapis: atque sapis.

Cū: Varrus fl. ē ꝙ disterminat italiā a narbonēsi gallia: hic nomē ē ꝓpriū uiri: is cōponebat ducētos uersus eodem die: q̄ i re nō erat sapiens. Est eni inanis cuiusdā īgenii tot uersus effūdere: tamē hoc iactabat ita ut uellet laudari: sed nō recitabat: i hoc erat sapiēs. Sapientia. n. erat q̄rere laudē hac iactātia si poterat: sed tm̄ nihil recitare: q̄m recitādo nullā potuisset assequi laudē. Nul Sapis: quia nihil recitas.

Ad Luciferum.

Phosphore redde diē: quid gaudia nr̄a moraris?
Cæsare uenturo phosphore redde diem.
Roma rogat: placidi nūquid te pigra bootæ.
Plaustra uehunt: lento quod nimis igne uenis.
Ledæo poteras abducere cyllaron astro:
Ipse suo cedet nunc tibi castor equo.
Quid cupidum titana tenes: iā xanthus et æthon.

Ia non luce. i. quotidie. Non sapis: non es doctus poeta.

Phosphore: Vēturo cæsare noctū cōquerit̄ diē sero redire: quo die Domitianus erat i urbē īgressurus. Phosphorus: Lucifer stella q̄ diē p̄cedit. Moraris: retardas. Nr̄a gaudia: aduentus Cæsaris. Lētulo igne: tarda stella. Abducere cyllaron: ut celerius uenires: ut satisfaceres po. ro. Hic equus ē stellificatus dicatus erat Romæ ad foꝝ i æde Castoris. Papi. Et puer aspiciēs lædeus ab æde ꝓpinq̄ Cyllarus. Titana: sollē. Tenes: moraris solē cupientē uenire: & satisfacere lætitiæ populi. Xantus: ꝙ flauus sit. Aethon: quia uideat̄ ardere. Equi solis uolunt frena. i. uolunt currum.

Mẽnonis alma parens: Aurora mater Mẽnonis. Vigilat: iam diu cupiens exire. Luci nitidæ: ueniẽ te Domitiano. Nõ cedũt, i. nõ dãt locũ. Luna: q̃ nõdũ discessit e cælo: qa ipa etiã uult uidere Cæsarem. Nõ deerit dies populo, i. populus uidebit te etiam media nocte.

Inuitas. Hybrida dr̃ ex iparibus parẽtibus natus: ut porphirio interp̃tatus ẽ Hora. canis natus & uenatico: & gregario hybrida. Itẽ auctore Pli. dr̃ fætus apri & suis domesticæ: & hoc etiã conuitiũ i homines dr̃: eoq; usus ẽ Cicero in. M. Antoniũ. Porcum: suẽ domesticum. Das uerba: si derides: ut hoc. s. ostendas.

Esse: Verberauerat coquũ: q male cœnã parauerat: iquit Marti. Si coquus nõ ẽ uerberãdus q̃ cœnã malefecerit: iqt qua causa erit uerberandus. q. d. nulla alia de causa debet uerberari. Cedo: uerbero.

Si quid: Blande rogat domitianũ: ut mittat pecuniã: nec debeat ferre aio iniquo. Improba: insaturabilis. Permitte: æquo animo sinas te rogari a me. Qui rogat: qui supplicat.

Vidisti: Opianus mali erat coloris: neq; cõualescere poterat supra: Esset castrice cum mali coloris: uersus scribere cœpit Opiãus. Mar. sæpe ægrotauerat sed cõualuerat: ut supiore carmĩe ostẽdit: locat igit̃ i Opianũ: q ppetuo male hẽbat: neq; unq̃ cõualescebat. Male, i. male habẽtẽ uidebo te. Sæpe. s. male habẽtẽ: sẽp eni male habes.

Nõ tot: Dederat spectaculo Domitianus multas tigres. Tigrũ primus ostendit Augustus Romæ mãsuefactã: Claudius quatuor: plures nũc Domitianus: Poeta ait eũ supasse Bacchũ: q gemina tm̃ tigride dr̃ triũphasse. Pli. scrí. elephãtes duxisse Bacchi currũ: & Põpeiũ ita eẽ æmulatũ triũpho suo. Tigres ãt fuisse indicat silius duobus in locis. Qualis odoratis descẽdens bacchus ab idis. Raptor: fœtus enĩ tigridis rapit̃ ea absente totus: reuersa ad uacuũ cubile cum id sensit raptoris fugiẽtis uestigia psequitur. Ille passim relictis catulis morat̃ ferã referentẽ singulos ad cubile: tãdẽ cũ ad flumen aliquod uel ad littus puẽit: naui ẽ tutus gestatq; secũ q supsunt. Albus: pallẽs præ metu Supra: Viuat & urbanis albus i officiis.

In æquo hircano: nã i hircania & idia fũt tigres. Gãgeticus: Indus a gãge fluuio. Timuit tot: nã numerosus ẽ parthus tigridis. Aeois armis, i. idis. Nouas: isolitas. Tigres nouæ erãt nũc i spectaculis: nã raro uisæ fuerãt: cum tamẽ uariæ feræ ex genẽ pardor̃: & similes tigridi sæpe spectatæ fuerint: nã Scaurus ædilis. c. &. l. ostẽdit. Põpeius. cccc. &. x. Augustus. cccc. &. xx. Delitias: spectaculi. Tua harena, i. tuum spectaculum. Triũphos: herythræos, i. indicũ triũphũ. Victoris: dei Bacchi: nã tertius Bacchus de indis triumphauit auctore Diodoro. Ageret indos captiuos, i. cum triumpharet de indis

Munera: Gaurum monet orbũ & diuitẽ ut captatores cõtẽnat: q cũ mittãt munera non amãt: sed optãt mortẽ. Locupleti: tibi diuiti: ait uidẽ̃ dicere morere. Si sapis: si cor habes & percipis.

Fræna uolunt: uigilat mẽnonis alma parens.
Tarda tamen nitidæ nõ cedunt sydera luci:
Et cupit ausonium luna uidere ducem.
Iam cæsar uel nocte ueni sint astra licebit.
Non deerit populo te ueniente dies.

In Gallicum.

Inuitas ad aprum ponis mihi gallice porcum:
Hibrida sum: si das gallice uerba mihi.

Ad rusticum.

Esse tibi uideor scæuus nimiũque gulosus.
Qui propter cœnam rustice cedo coquum.
Si leuis ista tibi flagrorum causa uidetur:
Ex qua uis causa uapulet ergo quoquus?

Ad Cæsarem Domitianum.

Si qnid forte petam timido gracilique libello
Improba non fuerit si mea cartha: dato.
Et si non dederis cæsar: permitte rogari.
Offendunt nũq̃ tura precesque iouem.
Qui fingit sacros auro uel marmore uultus:
Non facit ille deos: qui rogat ille facit.

In Opianum.

Vidisti semel opiane tantum:
Aegrum me male: sæpe te uidebo.

Ad Cæsarem Domitianum.

Non tot in æois timuit gangeticus aruis
Raptor in hyrcano qui fugit albus equo.
Quod tua roma nouas uidit germanice tigres.
Delitias potuit nec numerare suas:
Vicit erythræos tua cæsar harena triumphos
Et uictoris opes diuitiasque dei.
Nam cum captiuos ageret sub curribus indos
Contentus gemina tigride bacchus erat.

Ad Gaurum.

Munera qui tibi dat locupleti gaure senique:
Si sapis et sentis: hic tibi ait morere.

Dic toga: Parthenius præfectus cubiculi Domitiani togã cãdidã Martiali misit: quã poeta laudat: sed iocãs ostẽdit sibi deesse lacernã: qm̃ lacerna sua trita nõ bene cõuenit tã pulchræ togæ. Alloqr̃ togã: & rogat cuius lanæ p̃cios̃simæ uelit exist̃imari. Amici facundi. i. Parthenii q doctus erat: ut alibi inquit poeta: Nec mus̃is uacat: aut tuis uacaret: Cuius gregis ẽ: cuius uelleris. Fama: laus.

Phalanti ledæi. i. laconici tarẽti: nã tarẽtini ducũt originẽ a laconicis duce Phaláto. Herba appulea. i. pascua apuliæ. Saturat: irrorrãdo alit. Galesus: fluuius labit̃ e calabris: fluit ꝓpe tarẽtũ: Canusinæ & tarentinæ lanæ ĩ precio habebant̃. Bætis tartes̃iacus. i. bætis hispanus q bætis tartes̃sus dicebat̃: ut Strab. Aq̃ bætica lanæ fiũt fuluæ. Stabuli hiberi. i. pecudũ hispaniæ. Multifidũ: timauũ: lanæ patauinæ ĩ præcio erant: qd̃ Strabo scribit: & ĩ distichis ẽ. Nõ ꝓcul ãt a patauio timauũ eẽ error qdam recepit: placet magis hoc q̃ ut ĩtelligas de lanis histriæ aut tergestinis. Numerauit: alludit ad nunerã hostiorã timaui q octo hẽt. Astrifero: cœlesti. Relatus. n. ẽ ĩ cœlũ Cyllarus. supra: Hic ubi septenas Cyllarus hausit aq̃s. Nõ decuit: ñ par fuit. Liuere: itici. Amycleo ueneno: purpura laconica. De purpura laconica. Papi. Quis purpura sæpe oebalis: & tyrii moderator liuet hamẽi & ĩ carminibus Hora. Nec purpuras laconicas trahũt cliẽtes. Sũt q de cocco ĩ telligãt potius q̃ purpura: qm̃ ĩ laconica nascat̃: sed placet de purpura. Miletus: tribus ĩ locis ẽ caput ioniæ: unde milesia uellera dicta fũt a Virgilio nõ a lanæ præstãtia: sed a colore. Lanas. n. solitas fuisse illic tingi hic uersus indicat: & Hora. ĩ epistolis. Testã mileti uitabit chlamydẽ. Vincis: supas. Lilia: candore. Ligustra: nõdũ delapsa: q̃ ceciderũt. Vir. Alba ligustra cadũt. Ebur albet: qa frigore asseruat̃ illic frigiditate. Spartanus olor. i. olor ledæus. Paphiæ colũbæ dicatæ Veneri. Gẽma: .i. unio. Vnionem soli romani appellarunt: reliquæ ẽt gẽtes margaritas. gemmæ in conchis oriunt̃: q̃ colligũtur aburinantibns: & clariores fũt ex mari rubro. Eruta: euulsa. Aemula: ferme paria. Primis niuibus. i. ĩactis. Cãdidiora suo parthenio. i. aĩo sui parthenii: q misit. Balbylonis: balbylonii uarios picturæ colores auctore Pli. Vestibus acu ĩtexebãt: Vestes autẽ pictæ dictæ apud Home. sunt. Vnde triũphales deductæ sunt. Texta: uestimenta.

Picta: distincta. Variantur: ornantur: & pinguntur: Acu semĩramia: babylonia. Nam semiramis regina babylonis fuit. Aeolus pater Athamantis patris phryxi: & Helles ex nepte: unde pecus Aeolium: quare Aries quo phryxus nepos Aeoli uectus est ĩpuntum licet alii scribant arietẽ fuisse insigne nauis: q̃ nauigauit phrixus: Alii pedagogum phrixi quem Gambrus rex scitarum excoriari iussit: accepto in munus phryxo ab aeta. Fabula obtinuit ut arietem brutũ putemus: cuius uellus fuerit aureũ. Nõ mirer me: hoc est non placeret magis. Auro athamãtæo. i. phryxi filii athamãtis.

O q̃tos risus aliis mouebit nostra lacerna trita: tacite petit lacernam.

Distícha: Fatet̃ se decipe lectorẽ: qui scribat disticha: & ita teneat lectorem breuitate: sed tamẽ tot scribat: ut libr̃ conficiat: uel quod placet: ostendit causam quare scripserat longum epigramma: nã cum libr̃ absoluere uelimus inquit quid refert disticha ne scribamus an longiora epigrammata? nam q̃ me hortaris scribere disticha: uis ut placeã breuitate: sed nulla põt eẽ breuitas cũ faciamus librum. Si liber est: si tendo ad iustum librum: & si multa disticha legere te oportet.

De partheniana toga.

Dic toga facundi gratum mihi munus amici.
Esse uelis cuius fama decusque gregis.
Appula ledæi tibi floruit herba phalanthi.
Qua saturat calabris bulta galesus aquis.
An tartesiacus stabuli nutritor iberi.
Bætis in hesperia te quoque lauit aqua?
An tua multifidũ numerauit lana timauum.
Quẽ prius astrifero cyllarus ore bibit?
Te nec amyclæo decuit liuere ueneno.
Nec miletus erat uellere digna tuo:
Lilia tu uincis nec adhuc dilapsa ligustra
Et tyburtino monte quod albet ebur.
Spartanus tibi cedet olor paphiæque columbæ:
Cedet erythræis eruta gemma uadis.
Sed licet hæc primis niuibus sint æmula dona:
Non sunt parthenio candidiora suo.
Non ego prætulerim babylonica picta superbe
Texta? semyramia quæ uariantur acu.
Non athamantheo potius me mirer in auro:
Aeolium dones si mihi phryxe decus.
O quantos risus pariter spectata mouebit
Culta palatina uestra lacerna toga.

De distichis:

Disticha qui scribit puto uult breuitate placere.
Quid prodest breuitas: dic mihi si liber est?

De spectaculo scæuolæ.

Qui nunc: ita puniebantur dānati: ut ante est dictum a Domitiano: ut pereuntes uel tragœdiam repreſētarēt: ut ſupra de Laureolo: & Orpheo: uel aliqua ex hiſtoria: dānatus repreſētat uirtutem. Scæuolæ uera imitatiōe: nā & ipſe ſibi manū cōburit īperatoris iuſſu: poeta de hoc ſpectaculo edit epigrāma. Bruti: maiorum: & Porſenæ: nā Brutus fuit poſt Porſenā. Teneat. i. qui dānatus eſt re præſentet Scæuolam.. Fruat pœna. i. fruat laude pœnæ. Regnet: perſtet ipſe dānatus. Adeſt ſpectator ſui. i. ſpectat laudē ſuā. Illa: dextra. Totis ſacris. i. totis focis ſacrorū: nā ſcæuola: ut Liuius: cōbuſſit dextram ad aram ſacrorū ī caſtris porſenæ. Quod niſi: & hoc erat repræſētādū ex hiſtoria Mutii: ut ille abduceretur ab igne cū pararetur ēt ſiniſtrā cōburere ſupra: Sed tā ſcæuā pius miracula nō tuli thoſtis: Et raptū flāmis iuſſit abire uirū. Nolenti: recuſanti. Seuior: maiore uirtute q̄ fuerat dextra ſcæuolæ. Laxos: extinctos pene. Piget ſcire. i. nolo ſcire. Quid āte: nam ob ſcelus dānatus erat: & ob ſcelus laudē cōſecutus cōburēdō manū fortiter. Noſſe manū: dignā laude. Nihil enī ante dignum laude fecit.

Qui nunc cæſareæ luſus ſpectantur harenæ.
Temporibus bruti gloria ſumma fuit.
Aſpicis ut teneat flāmas pœnaque fruatur
Fortis et attonito regnet in igne manus.
Ipſe ſui ſpectator adeſt: et nobile dextræ
Funus amat: totis paſcitur illa ſacris.
Quod niſi rapta foret nolenti pœna parabat
Seuior in laxos ire ſiniſtra focos.
Scire piget poteſt tale decus: quid fecerit ante.
Quam uidi ſatis eſt hanc mihi noſſe manum.

In Dentonem.

Neſcio: Dēto ducta uxore petiit ius triū liberorū: uel q̄d aliud ipſe genus libidinis ſectaretur: uel q̄d mariti officium non poſſet præſtare: ut iocat Mar. de iure triū liberorū. ſupra dictū. Nō belle fateris: qa uideris fateri te ſectari aliud genus libidinis: & non poſſe arrigere. Iura paterna. i. ius triū liberorū.

Neſcio quid de te non belle dento fateris
Coniuge qui ducta iura paterna petis.
Sed iam ſupplicibus dominum laſſare libellis
Deſine: et in patriam ſerus ab urbe redi.
Nam dum longe deſerta uxore diuque.
Tres quæris natos: quatuor inuenies.

De columba Aretullæ.

Libellis ſupplicibus. i. ſupplicationibus longe ab hiſpania.

Aera p tacitū: Aertullæ ff ī exilio erat in ſardinia: q ut reſtitueret ſoror ſæpe īpatorē rogauerat nuper ea ſedente & ſparſis auibꝫ ī theatro. Nā id ſpectaculi genus edidit Domitianus: q̄d papinius ī ſaturnalibus teſtat & olim ediderat Nero. Columba in gremiū decidit: neque īde uoluit euolare: Colūbæ aūt fuerūt nūciæ grauioribus rebus alligatis pedibus epiſtolis: q̄d ī obſidiōe mutinēſi accidiſſe antiquoꝝ monumenta teſtant emiſſa columba a Decio Bruto obſeſſo ī caſtra cōſulū. Eūdē morem oſtēdit luue. Tanq̄ p̄cipiti ueniſſet epiſtola pēna: Ex hoc caſu theatri nactus occaſionē poeta & Aertullæ pietatē laudat rogātis Domitianū p fratre: & poeta quoq; rogat dū ita ſcribit. Aues quæ ſpargebant ī theatro miſſiles dicūtur.

Aera per tacitum delapſa ſedentis in ipſos
Fluxit aretullæ blanda columba ſinus.
Luſerat hoc caſus: niſi in obſeruata maneret
Permiſſaque ſibi nollet abire fuga.
Si meliora piæ fas eſt ſperare ſorori:
Et dominum mundi flectere uota ualent.

Caſus luſerat: hoc ē hoc uideret ſine numine accidiſſe. Inobſeruata. i. nō retēta: poſtea q̄ manebat ī ſinu nō retēta ē: factū numine Domitiani. Permiſſa fuga. i. facta poteſtate euolādi. Exulis: ubi frater exulat. Piæ: laboranti pro fratre. Flectere: exorare. Vota: ſororis & aliorum.

Hæc a ſardois tibi forſitā exulis oris.
Fratre reuerſuro nuntia uenit auis.

Ad Paulum de phiala.

De prætoritia: Paulus martiali amico miſit phialam ī ſaturnalibus. Phialā aūt ſolere mitti ī ſaturnalibus ex diſticho cognoſcit: q̄uis calaico rubeā generoſa metallo: Glorior arte magis q̄d meus iſte labor. Phiala: erat uas cōe aquæ & uino elaboratū: ī primis argētea: aut aurea. luue. Viro tenet phialas tibi non cōmittitur aug. A paulo nunc miſſa tam ſubtilis & exilis lamæ erat: ut nullius ferme precii eſſet: ī quo poeta pauli auaritiam deridet: qui ingenio uidet excogitaſſe quo pacto mitteret exiguum munus: cū poſſet & minus mittere: & nihil ſi uolebat. Corona prætoritia. i. corona ī ludis data: nā coronæ fiebant ex bracteis uel auri uel argenti ī ſpeciē florū: q̄ ī ludis dabant. Primus Craſſus argēto & auro folia imitatus ī ludis ſuis coronas dedit. Prætores aūt præerāt certaminibus theatri: unde munera prætoritia quæ dātur ī ludis theatri. Suetonius de Nerone. Magiſtros

Mittis et hoc phialæ nomen habere iubes.

certamini præposuit consulares: sorte sede prætores. Iuue. de præfectis ludoꝝ: Nullius fibula durat Vocem uendentis prætoribus. Est igit tam subtilis q̃ bractea coronæ prætoritiæ. Pegma perunctum: argẽto incrustare pegmata mos fuit apud antiquos: sed id fecit ī magnũ luxum .C. princeps propterea Trãquillus ut supra de pegmate ī Claudio. Perunctũ: īcrustatũ. Hac nebula. i. hoc folio & lana subtilissima argẽti. Pallida unda: qa crocus spargebat ī theatro uino dulci mixtus: auctor ẽ Pli. Cũ ãt loqueret Vir. de uino dulci ex tmolo monte ait. Nõ te uides croceos: ut mittat tmolus odores: India mittit ebur. Croceos odores intelligit uinum dulce: quod miscebatur croco spargendum ī theatro: nã qd̃ probus & alii exponunt pro croco falsum est: nam præstãtissimũ crocum ex cilicia: nõ aũt ex tmolo mittebatur. De uino aũt & uinetis tmoli multa extant testimonia. Misceri uino crocum ĩdicat etiam Oratius. Coritioq; croco sparsũ stetit. Suetonius: Sparso p uias idẽtidẽ croco. Diluit: abluit: cũ in theatro funderetur. Lama grossior ẽ: & ex ferro aut huiusmodi metallo: bractea ẽ plicabilior & ex auro potissimũ: aut argẽto. Vir. Leuiter crepitabat bractea uento. Iuue. Bracteo iã de castore. Lecti siue triclinia incrustabantur argento: qd̃ Carbilius eques Romanus primus instituit: postea lecti mulieꝝ oĩno operiebantur. Ait poeta hanc phialam esse bracteã derasam ex lecto pauli ungue ministri furacis: nã a furãtibus seruis nõnũq̃ deradebant̃ ungue. Trãquillus de calligula Romæ publico epulo seruũ ob detractã lectis argẽteã lamam carnifici tradi iussit. Fulcro: lecto spõda. Sentire: nã cõcutit̃. Agi: agitari. Vapore: leui afflatu. Volitat: ĩpellit̃. Cariota: ẽ species palmaꝝ: auctor est Pli. Idẽ testat̃ Strabo libro ultimo his uerbis: Duplex est palma cariota & reliqua thebaica durior suauior gustatu: dicta cariota a cara: quod significat caput: nã ex ea fiebant uina iniqua capiti Mittebantur calẽ. iani in distichis. Aurea porrigitur iani cariota calendis. Erat autem aurata imitatione uanitatis græcorum: qui qué fructũ putarunt gratissimi saporis esse fecerunt aureum in templo Apollinis delphici raphanum aureum: betam auream: rapum plombeum: pro uarietate metalli saporum fructus indicantes: dicuntur etiam cariotides. Papi: prægrandes cariotides cadebant. Sputo: tam suptili: aureo: crasso. Asse: paruo precio. In distichis de cariota. Sed tamẽ hoc munus pauperis esse solet. Colocasia: herba ẽ quæ in Nilo nascitur: foliis latissimis: quã nõnulli cyamon dixerunt: ducitur dentibus tãq̃ lana: & quidem subtilis. In distichis: Niliacum ridebis olus lanasq; sequaces. Improba cum morsu fila manuq; trahes. Lenta colocasia: nam Flexibilia sunt. Lilia: non candida: sed purpurea magis. Plena: grossiora hac phiala. Bombix prius bombilis dictus: ide necidalus: demũ bombix araneoꝝ: modo texit telas ī assyria: qs Paphyle patris filia ī cœna īsula & retorqueri & texi docuit: unde uestes bõbicinæ fiebant: quibus mulieres romanæ pellucebãt. Creta. i. terra silinusia siue chia: quæ faciebat ad poliẽdam cutem q̃ utebat̃ Fabulla. Bulla: erat ornamẽtũ pueri ĩgenui ī speciẽ cordis reme diis qbusdam inclusis aduersus inuidiã. Bulla itẽ significat aquã tumescẽtẽ. Varro ī re ru. Vita nr̃a bulla ẽ: de hac ītelligit Mar.. Offensæ aquæ: pcussæ. Crassior: grossiore sup ficie q̃ phiala quam mihi misisti. Vesica: tegmentũ & mitellã capitis significat subtilissimã. q̃ germanoꝝ crines contegebantur. Bataua spuma. i. germanico sapone. Sapo autem galloꝝ ẽ iuentũ ad crines colorandos Cũ aũr sit in præcipuo usu germanis: spuma germana dicta est. In distichis: caustica theutonicos accendit spuma capillos: Captiuis poteris culctor esse comis. Spuma bataua. i. saponis qua illinũtur crines. Mutat: nam colorat crines. Pullus: cygnus. Ouo lædeo. i. ouo cygni. nã pullis iest cũ aliis ouis cygnoꝝ q̃ pulli uestiũtur. Splenia: flameola subtilissima: ut supra ẽ dictũ. Splenia tolle leges q̃ ita capiti cõponẽbãtur: ut dũ a frõte ad utrãq; genã ducũtur: relinquãtq; uultus spatiũ apertũ: cornua lunæ effingant. Fronte lunata. i. ita composita: ut uideatur cornuata tãq̃ luna.

Hac fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum
Pallida quam rubri diluit unda croci.
An magis astuti derasa est ungue ministri
Bractea de fulcro quod reor esse tuo?
Illa potest culicem longe sentire uolantem:
Et minimi penna papilionis agi.
Exiguæ uolitat suspensa uapore lucernæ:
Et leuiter fuso rumpitur icta mero.
Hoc linitur sputo iani cariota calendis.
Quam fert cum paruo sordibus asse cliens.
Lenta minus gracili crescunt collocasia filo.
Plena magis nimio lilia sole cadunt.
Nec uaga tam tenui discursat aranea tæla.
Tam leue nec bombix pendulus urget opus
Crassior in facie uetulæ stat creta fabullæ.
Crassior offensæ bulla tumescit aquæ.
Fortior intortos seruat uesica capillos
Et mutat latias spuma bataua comas:
Hac cute lædeo uestitur pullus in ouo:
Talia lunata splenia fronte sedent.
Quid tibi cum phiala? ligulam cum mittere possis

Cocleare:mittebatur in ſaturnalibus infra:Sũ cocleis habilis:ſed nec minus habilis ouis.Nũquid ſcis potius cur clocleare uocer. Mittere nihil:q̃ melius fuiſſet q̃ excogitaſ̃ hoc ut pauca mitteres.

Archetypũ:archetypa uaſa dicebãtur uetuſtiſſima:& qm̃ erãt ĩ precio:archetypa ẽt ſignificabant precioſa. In furem ſiue captatorem: hoc eſt diſtichon qui archetypa uaſa habebat : nulla ſua pecunia comparata. Vas dicitur factum ſine te: hoc eſt ſine ſumptu tuo: & ſine te factum dicitur hoc ẽ nõdum te nato hic iactabat ſe habere archetypa. Myos.i.uaſa ab ipſo Mye ſculptore facta. Mar. reſpondet eo magis eẽ archetypa intelligẽs eo eẽ maioris precii : qm̃ ſine eo facta ſũt: intelligens ſine eius ſũptu cũ ille poſſet itelligere Mar.dicere magis archetypa.i.uetuſtiora & ſine eo facta.i.anteq̃ natus eſſet. Myos:artificis ſculptoris: quẽadmodũ archetypũ .i. mentoris ĩ diſtichis.Mys ſeruus fuit Pythagoræ.Mys præterea:Agragas:Betus codẽ tempore claruerunt argento celãdo. Myos opera erant ĩ æde liberi patris rhodi Sylenus:Cupido.

Cum ſitis: Miratur cõiuges peſſimis moribus nõ conuenire:cũ ita oporteat eos eẽ cõcordes quẽadmodũ & boni cõueniunt. Conuenire uobis.i.non eſſe concordes.

Regia Pyramidũ:Laudat ædes Domitiani q̃ ædificatæ fuerũt a Rabirio: magis enĩ placet q̃ ſupra dixit Rabiriũ ſtruxiſſe ædes Domitiani q̃ ædẽ louis capitolini. Ride:conténe.Regia mira cula pyramidũ.nã pyramides ſũt ſtructæ a regibus. Aeoum opus.i.orientale. Labor mareoticus:ideſt pyramides ægyptiæ. Quota pars.i.minima pars Domitiani. Credas:credere poſſes:

Pariter aſſurgere.i.ſupimponi. Oſſa breuior:minor.i. cũ mõtes a gigãtibus fuerũt ſupimpoſiti: ut raperẽt cœlum domo palatina. Apex: ſũmitta ſaulæ palatinæ. Særenus:q̃ ſerenũ conſurgit. Et prius:ſũma loca primo ſole illuſtranſ̃:tãtæ altitudinis hãc aulã eſſe dicit poeta:ut ſol naſcẽs prius eius apicẽ attingat:q̃ mõtẽ Circes filiæ ſuæ: nã Circeæ ſolis filia fuit ut cecinit Virgil. ut Diodorus Aeetæ & Echates: hæc cũ regem ſarmatarũ cui nupſerat ueneno ſubſtuliſſet:expulſa a popularibus ĩ ita lĩ ĩuenit:q̃uis q̃ parũ recte Home. uerba iterpretãtur: eã ignotã Oceani inſulam tenuiſſe putent. Circeũ aũt mõtẽ ita ſcribit Vlyxes apud Home. E ſpecula inquit uidi iſulã quã ingens pontus ambit:Sita eſt ipſa terra:uidi autẽ ĩ medio fumũ.Virgi. Atq; hic æneas ĩgentẽ ex æquore lucũ pſpicit:ꝑterea Inacceſſos ubi ſolis filia lucos ſeruat.Apollinus & Theophraſtus meminerũt arcano lumĩe:aliis mortalibꝫ:qa ãteq̃ ſol aſpiciaſ̃ ab aliis apex domus Domitiãi illuſtraſ̃.

Quod:Policarmus cum uellet liberalis uideri reddidit tabellas gaietano qui debitor erat:utillæ tabellæ teſtabantur:ſed nunq̃ ſoluturus Mar.negat hoc fuiſſe liberalis animi dediſſe.x.milia quæ non erat habiturus:quod ſi uult liberalis uideri credat duo milia & ſeruat tabellas .c. miliũ quas reſtituerat. Reddis tabellas;quibus debebat.c.milia. Crede.i.mutua duo milia:quæ donabis:nã ille nunq̃ reſtituet:ita eris liberalis.

Quĩ præſtat:Melior duos habuit pueros:quoꝝ alter Bleſus dcũs ẽ:alter glaucias.Bleſũ prius amiſit:quẽ pudice amabat:deinde glauciã:quẽ educabat:ut leniret deſideriũ Bleſi amiſſi. Bleſus apud inferos his uerſibus Glauciam agnoſcit:ut eſt apud Papi.mox ubi delitias & rati pignus amici ſẽſit

Mittere cum poſſis uel cocleare mihi?
Magnanimus loquimur:cocleã cũ mittere poſſes
Denique cum poſſes mittere paule nihil.

In Iactatorem.

Archetypum myos argẽtum te dicis habere:
Quod ſine te factũ eſt:hoc magis archetypũ ẽ.

In peſſimos coniuges.

Cum ſitis ſimiles pareſque uita
Vxor peſſima:peſſimus maritus
Miror non bene conuenere nobis.

Ad Cæſarem Domitianum.

Regia pyramidum cæſar miracula ride
Iam tacet æoum barbara memphis opus.
Pars quota parrhaſiæ labor ẽ mareoticus aulæ:
Clarius in toto nil ridet orbe dies.
Sptenos pariter credas aſſurgere montes
Theſſalicum breuior pelion oſſa tulit.
Aethera ſic intrat:nitidis ut conditus aſtris
Inferiore tonet nube ſerenus apex.
Et prius arcano ſatietur lumĩne phœbi
Naſcentis circæ q̃ uidet ora patris.
Hæc auguſte tamen quæ uertice ſydera pulſat
Par domus eſt cœlo:ſed minor eſt domino.

Ad Policarmum

Quod gaietano reddis polycarme tabellas
Milia te centum num tribuiſſe putas.
Debuit hæc inquis:tibi habe polycarme tabella.
Et gaietano milia crede duo.

Ad meliorem.

Qui præſtat pietate pertinaci.

Senſuro bona liberalitatis
Captet forſitan: aut uicem repoſcant.
At ſi quis dare nomini relicto
Poſt manes tumulumque perſeueret
Querit quid niſi parcius dolere?
Refert ſis bonus: an uelis uideri?
Præſtas hoc melior ſciente fama
Qui ſolemnibus anxius ſepulti
Nomen non ſinis interire bleſi.
Et de munifica profuſus arca
Ad natalitium diem colendum
Scribarum memori piæque turbæ
Quod donas facis ipſe bleſianum
Hoc longum tibi: uita dum manebit:
Hoc et poſt cineres: erit tributum:

Ad Domitianum.

Qui paletinæ caperet conuiuia menſæ
Ambroſiaſque dapes non erat ante locus.
Hic haurire decet ſacrum germanice nectar:
Et ganymedea pocula mixta manu.
Eſſe uelis oro ſerus conuiua tonantis
At tu ſi properas iuppiter: ipſe ueni.

Ad priapum.

Non horti neque palmitis beati
Sed rari nemoris priape cuſtos.
Ex quo natus es: et potes renaſci
Furaces moneo manus repellas
Et ſiluam domini focis reſerues.
Si defecerit hoc: et ipſe lignum es.

Ad Fauſtinum.

Triſtis athenagoras non miſit munera nobis
Quæ medio brumæ mittere menſe ſolet.
An ſit athenagoras triſtis fauſtine uidebo:
Me certe triſtem fecit athenagoras.

Ad Mathonem.

Si ſportula maior ad beatos
Non corrumperit: ut ſolet: licebit
De noſtro matho centies laueris.

In Fabium et chriſtillam.

Effert uxores fabius chriſtilla maritos:
Funereamque toris quaſſat uterque facem
Victores committere uenus quos iſte manebit
Exitus: una duos ut libitina ferat.

& amiſſi Puerũ ſolatia Bleſi. Tollit humo. Attedius melior diẽ natalem Bleſi etiam mortui ſingulis annis celebrabat: hoc laudaꝫ a poeta. Qui præſtat: ſẽſus ẽ ille q præſtat uiuo amico aliquid: agitid ut aliquid expectet: at qui mortuo facit: id præ amore tãtũ agit non ut capret hæreditatẽ ab amico. Nomini relicto. i. mortuo amico. Dolere partius: niſi ut cõſoleꝫ doloré amici. Refert: magna ẽ differẽtia. Nomẽ Bleſi. i. memoriã bleſi. Solẽnibus diebus natalitiis celebrandis. Piæ turbæ: celebrãtiũ natalé. Scribarũ: qa Bleſus erat de turba ſcribarũ: huius Ora. Facis bleſianũ: qa nihil inde expectas ſed totũ id poſſideꝫ a bleſo & bleſianum eſt.

Qui: In laudẽ domus de qua ſupra.

Decet: par eſt. Sacrũ nectar. i. diuinũ poculũ. Ore uelis: oro ut ſero uelis ire in cœlum i cœnatione Iouis. At ſi ppe raso luppiter: ideſt ſi uis cito habere Domitianum conuiuam.

Nõ: Minaꝫ ſe priapũ cuſtodẽ hortorũ cõbuſturũ: niſi cuſtodierit ſiluam unde poſſit miniſtrare alimẽta foco. Palmitis beati. i. magni uineti. Rari: exigui & præclari. Ex quo: nemore. Tu es natus: es factus. Defecerit hoc: nemus.

Et ipſe lignũ es: & ipſe poteris cõburi: quaſi dicat tu ardebis.

Triſtis: alibi iocaꝫ i Athenagoram ubi plura de eo dicẽtur. Nõ miſit munera ſaturnalia. Medio menſe brumæ: ideſt menſe decembri quo mittebantur ſaturnalia munera.

Si te ſportula: Inuitat Mathonẽ ad balnea: ſportulã dabãt. c. quadrantes.. Supra: Dat baiana mihi quadrãtes ſportula cẽtũ & alibi: Cẽtũ miſelli iã ualete q̃drantes: Quos balneator diuidebat elexus. Locaꝫ poeta i mathonẽ: cui polliceꝫ ſe daturũ ſportulã ſuã. i. nihil. De noſtro cẽties. i. de noſtra ſportula cẽtũ quadrãtũ. Corrũperit: corruptũ te nõ uocauerit. Licebit laueris. i. poteris lauari.

De noſtro cẽties. i. de ſportula. c. quadrãtũ: quã nos damus: ea autẽ nulla eſt.

Sẽp: Chriſtilla maritos necabat. Fabius uxores: optat poeta ut hi cõiũganꝫ: nã pibũt ambo: hoc accidit ut tales cõiuges cõiũgereꝫ tpibus Auguſti: cũ mulier ſepté maritos: uir totidẽ uxores occidiſſet túc quoque cõpoſitũ epigrãma: cũ Bito Bacchus: Bitus & Bacchus gladiatores fuerũt: qui multos ſuſtulerant: & tandem congreſſi mutuo uulnere ceciderunt.

Effert: efferri cadauera dicuntur ad ſepulturam. Facem funereã: ad differẽtiam tædæ nuptialis: nam & innuptiis & funeribus adhibebantur. Comitte hos duos: ideſt fac ut hi duo uictores congrediantur. Libitina: ſandapila.

Titulle: Titullum monet ut det aliquando operam ueræ uitæ: hic aũt a deo anxius erat quærẽdis diuitiis: ut cum duæ horæ mane datæ essent ad salutandum: ut supra. Prima salutantes atque altera cõtinet hora: ipse tertiam quoque occuparet: cum tertia data esset causidicis: quinta uariis laboribus supra: Exercet raucos tertia causidicos: In quintam uarios extendit roma labores: simul monet amicum eum quærere diuitias his qui nullas habebunt gratias: sed læti eius laboribus fruẽtur. Viue: da operam quieti & laxationi semper. Hoc serum: idest uiuere: quia nunquam nimis cito fit.

Cõteris limina. i. adis limina. Vdus: madidus. Osculis urbis: nam oscula dabantur salutatis. Sparsus: uagus. Ante equos omnes: idest ante oẽs iudices: nam iudices equites erant: testantur hoc leges antiquorꝫ: & Pli. plurimis uerbis. Aedẽque Martis: itelligit tertiũ forum: extruxit Augu. cũ tẽplo martis. Suet. Ex qbus præcipua: forũ cum æde martis ultoris: causa fori extruẽdi fuit hominũ: & iudiciorꝫ multitudo: quæ uidebaṫ nõ suffici entibus duobus etiã tertio idigere. Colossũ Augusti: itelligit statuã Apollinis: quæ ad bibliothecã erat iuxta forꝫ. luue. sportula deide forꝫ iurisq; peritus Apollo. Tertias & quitas. i. tertiã & quitã de curiã iudicũ: nã quintã decuriã addidit .C. princeps: cũ quartã addidisset Augustus: & ita itelligas Titulũ cõsumere tertiã horã i foro discurrẽtẽ p oia subsellia iudicũ ut salutaret. Cõgere: collige. Paleat argẽto. C. paginæ calẽdarꝫ. i. cẽtũ libri debitorꝫ. Papyro: utebãtur ad rogũ ut magis arderet nam & papyro utũtur ægyptii auctore pli. ad ignẽ: pluteũ tabulã: & scãnũ. Prima nocte: qua mortuus fueris.

Priscꝰ Pri. Terẽ. ex sicilia reuersus amicus martiali causã dat nouæ uoluptatis iubetq; martialis ꝓmi amphorã uini uetustissimi. In oi cni lætitia hoc epicurei agebãt: quos poeta sectaṫ. Idẽ agit Ora. i carminibus: Nũc est bibẽdũ nũc pede libro pulsanda tellus: & alibi alloquiṫ amphorã: O nata meuũ cõsule Manilio: eadẽ uoluptate fruetur ut ait: cum flaccus amicus fuerit reuersus ex cypro. Gẽma lactea. i. cãdidus lapis. Actnæis oris. i. ab oris siculis. Gẽma lactea: felices dies: gẽma lactea & cãdido lapide: ifelices atro notare & ad sũmũ uitæ dinumerare est tharcũ iuẽtũ: sed & cretẽses idẽ egerũt. Ora. Crassa ne careat pulchra dies nora

Defluat: hauriatur. Lento limo: nam amphoræ erãt fictiles. Splẽdescat: poliaṫ. Tã cãdida: tã plẽa uoluptatis. Mero tã iusto calere. i. quãdo potero tã iuste ebriari. Cytheria dicata Veneri: nã illic Venus colebaṫ ad phaõ: & palephaõ:

Ad Titullum.

Titulle moneo: uiue semper: hoc serum est
Sub pedagogo cœperis: licet: serum est
Ad tu miser titulle nec senex uiuis.
Sed omne limen conteris salutator.
Et mane sudas urbis osculis udus
Foroque triplici sparsus ante equos omnis
Aedemque martis: et colosson augusti:
Curris per omnes tertiasque quintasque
Rape: congere: aufer: posside: relinquendum est.
Superba densis arca palleat numis
Centum explicentur paginæ calendarum
Iurabit heres: te nihil reliquisse
Supraque pluteum te iacente uel saxum
Fractus papyro dum tibi torus crescit:
Flenteas superbus basiabit eunuchos.
Tuoque tristis filius: uelis nolis.
Cum concubino nocte dormiet prima.

Ad flaccum.

Priscus ab ætneis mihi flacce terentius oris
Redditur: hãc lucem lactea gemma notet.
Defluat et lento splendescat turbida limo
Amphora centeno consule facta mimor?
Continget nox quando meis tam candida mensis:
Tam iusto dabitur quando calere mero?
Cum te flacce mihi reddet cythereia crypros:
Luxuriæ fiet tam bona causa meæ.

Ad Cestum.

Quãta tua est probitas: quãta est præstãtia formæ
Ceste puer: puero castior hyppolito.
Te secum diana uelit: doceatque natare

Quãta. Cesto formã eã i esse ait: ut pudorẽ quẽdã uirginalẽ præ se ferat: adeoq; careat oĩ suspitõe libidinis: ut nec Diana eum timeat: nec Athis puer præponi posset a Cybele: & basia posset dare Iouĩ sine Iunonis suspitione: quod non potuit Ganymedes. Quanta est infantia formæ: idest piæ simplicitatis infantilis indoles. Castior Hypolito: castitatem hypoliti & fabulæ & historiæ testantur qui nouercalem concubitum repudiauit. Diana: quæ repudiat adolescentes: & Acteonis oculos ulta est. Tres Athes fuerunt duo filii Crœsi: quorum natu maior in uenatione ab Adrasto: auctore Herodoto interfectus est. Iunior imminente percussore patri os aperuit ante mutus in hæc uerba: homone iterfice Crœsum. Athis item puer phrygius dilectus est a Cybele: qui deæ immemor & datæ fidei

cū ſagaritide nympha priores amores uiolauit: unde uel ſtatim i furorē uerſus: ut ſcribit Ouidius: uel cū aquas galli fluminis potaſſet: ut Catullo placet: pudēda abſcidit: ſenſus poetæ eſt Cybelē mal le Ceſtū puerę nō mutilatū ueluti Athim: ſed totū: quā Athim ipſū. Mallet te habere phryga. i. mal let te hēre phrygū. i. nō mutilatū. Tu poteras ſuccedere lecto ganymedco: ſine ſuſpitōe lunonis.

Pars maxillarum: Exquiſitæ elegantiæ hominem derídet qui in facie expolienda uolſellis: forpicibus & cultro utebatur: cum alii tantum cultris eſſent contenti: alii forpicibus: & iuniores uolſellis: ſed cum cuiuſlibet ætatis inſtrumentis utatur: non poteſt unum caput uideri.

Tonſa: forpicibus quibus uti ſolēt grādiores adoleſcentes. Raſa: cultro: quo utuntur uiri. Vulſa: uolſellis: qui utūtur iuniores. Vnum caput: & nō tripliciſ ætatis: ſimul eū oſtendit eſſe inſanū.

Te cybele ſecum uellet habere phryga.
Tu ganymedeo poteras ſuccedere lecto.
Securus domino baſia ſola dares.
Fœlix quæ tenerum uexabit ſponſa maritum:
Et quæ te faciet prima puella uirum.

In uarie ſe tondentem.

Pars maxillarum tonſa eſt tibi: pars tibi raſa eſt.
Pars uulſa eſt: unum quis putet eſſe caput?

De Abolla Criſpini.

Neſcit cui dederit tyriam criſpinus abollam:
Dum mutat cultus induiturque togam.
Quiſquis hēs hūeris ſua munera redde precamur
Non hoc criſpinus te: ſed abolla rogat.
Non quicunque capit ſaturatas murice ueſtes:
Nec niſi delitiis conuenit iſte color.
Si te præda iuuat: fœdique inſania lucri
Quo poſſis melius fallere: ſume togam.

Ad Cæſarem Domitianum.

Quanta gigantei memoratur menſa triumphi
Quantaque nox ſuperis omnibus illa fuit.
Qua bonus accubuit genitor cum plæbe deorū:
Et licuit faunis poſcere uina iouem:
Tanta tuas celebrant cæſar conuiuia laurus:
Exhilarant ipſos gaudia noſtra deos.
Veſcitur omnis eques tecū: populuſque patreſque
Et carpit ambroſias cum duce roma dapes.
Grandia pollicitus quanto maiora dediſti:
Promiſſa eſt nobis ſportula recta: data eſt.

De Phiala Ruffi.

Quis labor in phialas docti myos? an ne myronis
Mentoris hæc manus eſt? an polyclete tua?
Liueſcit nulla caligine fuſca: nec odit:

Neſcit: Criſpinus de quo ſupra ſatis multa: nuper furto amiſerat abollā: cū togam ſumeret: furem hortatur Martialis ut abollam reſtituat: quæ cum ſit magni precii: non poterit non deprehendī ubique: quod ſi uult furto impune frui: ſumat potius togā: quæ facile poterit latere. Abolla: utebātur externi reges: ea erat magni ſplendoris & precii: hoc īdicat Sueto. quod ſupra dictum eſt. Tyriam: purpuream: Iuuena. Criſpinus tyrias humero reuocante lacernas. Quiſquis habes: o fur: accipe togam quæ poterit latere in te. Fallere: non deprehendi: Lucri fœdi: ideſt furti.

Quanta: Domitianus congiarium populo dedit: & inter ſpectacula epulū largiſſimum: cum ciues ſportulam nūmorum tantum expectarent: quam alias habuerant: eo epulo ipſe primus cœpit ueſci ciuibus omnibus & omni ordine diſcumbente: hoc carmine celebrat Papinius. Datum autem fuit ob recentem uictoriā de ſarmatis: anteponitur hoc mēſæ Iouis: qua reliquos deos accepit poſt triumphum giganteum. Tuas laurus: ideſt tuam laurum: non appellauit triūphum: nam laurum tantum intulit Ioui capitolino. Omnibus ſuperis: nam oēs dii pariter accubuerūt. Noſtra gaudia: quæ declaramus ex laurea ſarmatica.

Omnis ordo: ideſt equeſtris ſenatorius. Veſcitur: omnis ordo: idem uerſus apud Papinium Vna ueſcitur omnis ordo mēſa: parui fœmina: plæbs: eques: ſenatus. Promiſſa ſportula: uidebaris daturus ſportulam ut bis antea conſueſti: dediſti cœnam præter cōſuetudinem ita lege. Recta data eſt: ideſt cœna ad differentiam ſportulæ: cœna recta dicebatur ſuo apparatu ab amico domi: in ſportula dabantur quadrātes: unde obſonia ad cœnam domum referebātur. Suet: ſportulas ad cœnas rectas redegit de Domitiano. Quis labor: Phialā miſſam a Ruffo carmine celebrat. Phialæ: uaſa argentea elaborata. Myos: ſculptoris. Hæc manus mentoris: qui primus claruit argento celando. Policletus: ſtatuarius fuit Ageladis diſcipulus qui quātum reliquos ſuperauit ī forma hominum ad ueritatem effingendam: tantum abfuit ab auctoritate reddēda formæ numinū quod datum eſt Phidiæ & Alcameni. Liueſcit: liuida eſt. Nulla caligine: fumi ex igne: Et liueſcit nulla caligine fuſca. Nam ex electro conſtabant phialæ non ſucino dico: ſed quod ex auro fiebat argento addito: ex quo helena ſacrauit calicem in templo Mineruæ lindiæ.

Odit focos exploratores:ideſt nec ſigna habet foci quo exploratū eſt eius argẽtū:nã electri natura eſt ad lucernarū lumina clarius argẽto ſplẽdere:Ita locū illū luue.ſumus ĩterpretati Viro tenet phialas:appoſitio eſt cruſtas heliadū:ideſt quæ cõſtãt ex lamina heliadū electri:ſubtiliſſima enim materia & ut ita dicã cruſta electri phialæ erãt formatæ:Mar.de prætoritia folium mihi paule corona mittis:& hoc phialæ nomẽ habere iubes. Electra:cãdida ſiue nigra ĩ precio nõ ſunt:fulua probantur:ut Pli.ea ĩgẽti luce radiãt:tamẽ minus pura ſunt hac phiala. Flauo metallo:electro. Puſtula: bractea ex argẽto puriſſimo:unde argẽtū poſtulatū ſupra:Argẽti tibi librã poſtulati:quẽadmodū micã nitellam dicimus ĩ auro & argẽto. Felix:elaborata.

Opus artificū ĩ phiala.Nõ cedit:uincitur a materia. Stat caper:in hac phiala erat caper:nã ĩ phiala ſculpebãtur nõnũ quã capri quoniã animal ſenſũ baccho: & obſcena ĩterdũ.Stratonicus in phiala ſatyr& ſomno grauatum colocauit:de capro luue.Argẽtũ uetus & ſtãtẽ extra pocula caprum. Vellere æolio,aureo quale habuit aries. Phryxi filii:Athamantis filii Aeli. Soror: aele:quæ ĩ mare ſe deiecit. Tonſor cyniphius:cilix qui tõdet capellas. Amor aureus:ideſt cupido in auro effictus.Lothos:ideſt tibia.

Vel palladia:quod eo ſit uſa Pallas:uel quod lothos in africa naſcitur:non procul a tritone lacu Palladis. Sic:eodem more.Methinna:oppidum Leſbi:patria Arionis:ut ſcribit Strabo:de Arione hiſtoria eſt apud Herodotum in primo: & apud Aulum Gellium. Non tacitum onus:ſed ſonantem Arionem. Onus: Arionem.Languida:placida. Imbuat: ideſt primo uino tingat. Munus:phialam. Certa manus:quæ recte miniſtrat id quod uult.Puer:cupido. Det:quãdo hilarius:bibebãt antiq & tot cyathos ſumebant:quot litteræ erant nomĩnis amĩ corum:ſupra:Nouia ſex cyathis:ſeptem iuſtina bibat. Inſtãtis littera:ideſt munus elementorum. Inſtans auctor fuit muneris:quia ille miſit hanc phialam.

Si theletuſa:quando expectabant amicas partius bibebant:quo ad ille uenirẽt ſupra de Ruffo dixit. Dominæ:thetuſæ. Tuo triente:ideſt ego potabo quattuor cyathos:ideſt epotis quattuor cyathis. Si dubium eſt:an ſit uentura amica. Vtrunque nomen:ideſt Inſtantem & Ruffum.i.xi.cyathos.

Formoſam:Cæcus amabat puellã formoſam:formoſa inquit eſt ſed utcũque res ſit:plus amat quam uidet:an hoc:alludit ad illum cæcũ luuen alis:Qui nũquã uiſæ flagrabat amore puellæ:Cuius etiam meminit Plinius in epiſtolis:ſed placet hunc eſſe alium quemadmodum ſupra eſt. Codrus qui cæcus amabat.

Exploratores nubila maſſa focos.
Vera minus flauo radiant electra metallo:
Et nimium felix panſula uincit ebur.
Materiæ non cedit opus:ſic alligat orbem:
Plurima cum tota lampade luna nitet.
Stat caper æolio thebani uellere phryxi
Cultus:ab hoc mallet uecta fuiſſe ſoror.
Hunc nec cyniphius tonſor uiolauerit:et tu
Ipſa tua paſci uitæ liee uelis.
Terga præmit pecoris geminis amor aureus alis:
Palladius tenero lotus ab ore ſonat.
Sic mityleno gauiſus arione delphin.
Languida non tacitum per freta uexit onus:
Imbuat egregium digno mihi nectare munus:
Non grege de domini:ſed tua ceſte manus:
Ceſte decus menſe miſce ſetina:uidetur
Ipſe puer nobis:ipſe ſitire caper
Det numerum cyathis inſtantis littera ruffi:
Auctor enim tanti muneris ille mihi.
Si theletuſa uenit:promiſſaque gaudia portat:
Seruabor domine ruffe triente tuo.
Si dubia eſt:ſeptunce trahar:ſi fallit amantem:
Vt iugulem curas:nomen utrunque bibam.

epigr. 49.

De Aſpro.

Formoſam plane ſed cæcus diligit aſper:
Plus ergo ut res eſt quam uidet:aſper amat.

Ad Cecidianum.

Tonſorem puerum:ſed arte talem:
Qualis nec thalamis fuit neronis:
Druſorum cui contigere barbæ.
Aequandas ſemel in genas rogatus:

Tonſorem:Tonſorem ruffo miſerat quem ille tamdiu detinuit barba tondenda:ut qui imberbis erat ſit reuerſus barbatus .huius tõſoris mollitiem anteponit puero. Neronis:qui duos habuit ĩ delitiis:Sporum quem habitu iuſtæ ſponſæ duxit uxorem: Doriphorum cui ipſe nupſit quem Tranquillus appellat Doriphorum. Tacitus Pythagoram his uerbis:Pythagoræ ex grege contaminatorum nupſit:& infra.Qualis Pythagoras dabat Neroni.Suntque qui legant: Thalamus Neronis ut thalamus ſit tonſoris nomen:ſed non placet. Talem artem:tondendi. Barbæ druſorũ.i.Neronũ. In genas æquãdas.i.barbã æquãdã. Barbatus eſt reuerſus & ĩdicat detinuiſſe & mẽſes & annũ.

Cēſura ſpeculi.i.ſpeculo cēſore. Epaphæreſis:numerus criniū excogitatus a mollioribus:quí cō/ficiebatur ſucciſa uariis in locis coma:cum alienum ab hac mollicie oſtendit Scipionem:Syliusita canit.Martia frons facileſque comæ:nec pone retroque cæſaries breuior; intelligens ut puto de hac epaphæreſi. Longam:ideſt dum diu tondes.

Auditur:Domitianus conficiendis feris delectabatur:quod teſtatur Trāquil.idē aſſumpſerat ſibi nomē Alcidæ maioris:cuius factū ut imitaretur nuper i harena proſtrauit Leonē:quod olim Nero facere ſtatuerat:feræ magnitudinem admiratur:& fortitudinē imperatoris laudat poeta. Tātus:ideſt tātus timor. In harena auſonia:in theatro Domitiani. Per auia maſſyla:ideſt per ſaltus maſſyliæ:partis libyæ:& leuitate equorū & ferarū multitudine nobilis. Pallidus:timens. Sine mēte pecus:ideſt attonitū. Iura:ideſt ſupercilium. Nomas:picta marmore itelligit hunc leonē ſuperaſſe omnes numidicos leones. Nomas enim græce:latine numidia eſt. Picta marmore:ppter marmor quod ex numidia afferebaſ.Id genus marmoris.M. Lepi. collega Catulli i conſulatu primus romæ oſtendit. Nomas picta marmore.i: numidici leones eligerēt hūc regē & darent coronam:nam quod de figura marmorea romæ aiunt:nec conuenit nec uerum eſt:ſupra tamē.Eſt locus marmoreis feris diſtinctus:Exornāt pictæ qua plato nona feræ:ſed nō cōuenit. Lunatæ:tortæ. Stetit:inhorruit. Iubæ:iubati enim leones generoſiores habebantur.

Quam decuit:quam par fuit. De magna morte:manu imperatoris. A iugis cybeles:nam currus cybeles uehitur leonibus quod Virgilius cecinit & Lucretius.Hāc ueteres graiū docti cecinere poetæ Sedibus i curru biiugos agitare leones

Frater:Titus qui relatus eſt in numerū deorum. Vel pater:ideſt Veſpaſianus.

Ab aſtro herculeo:ideſt a leone interfecto ab Hercule:qui in cœlo eſt aſtrum.

Formoſiſſima:In Catullam quæ cū ob elegantiam formæ a multis appeteretur habebatur uiliſſima :optat poeta ut aut minus formoſa fiat ne a tot appetaſ aut magis pudica ne ſit uilis.

Tēporibus:Reddit rationē Flacco mirāti quare i priſtinā dignitatē Roma reſtituta a Domitiano:nō adſint quoque antiquorū poetarū ingenia:quia ſcilicet deſunt mecœnates qui dent munera.

Cedat:uincatur magnificētia. Cū ſuo duce:Domitiano. Tāta tuba:quāta cecinit Virgilius. Tityrus:perſona ſumpta eſt a Teocrito & Virgilio. Id aūt ſignificat hircū magnū lingua libyca ſi Probo credimus:ſed Straboni placet tityros fuiſſe Bacchi ſacerdotes:ut Silenos:ſatyros:bacchas:lenas:thiades:minalōes:nayades nymphas.Tytirus aūt carmie hoc é Virgilius.Miſeræ cremonæ: alludit ad carmē Virgilii Mātua ue miſeræ nimiū uicina cremonæ.Mecœnas: fuit ordinis eqſtris:& a tuſcis regib⁹ducebat originē.

Ruffo ceditiane commodaui.
Dum iuſſus repetit pilos eoſdem:
Cenſura ſpeculi manum regente:
Expingitque cutem:facitque longam.
Detonſis epaphæreſim capillis
Barbatus mihi tonſor eſt reuerſus.

Ad eundem de leone.

Auditur quātum maſſyla per auia murmur:
Innumero quotiens ſilua leone furit:
Pallidus attonitos ad plena mapalia paſtor:
Cum reuocat tauros et ſine mente pecus.
Tantus in auſonia fremuit modo terror harena:
Quis non eſſe gregem crederet?unus erat.
Sed cuius tremerent ipſi quoque iura leones:
Cui diadema daret marmore picta nomas.
O quātum per colla decus quem ſpargit honorē.
Aurea lunatæ cum ſtetit unda iubæ.
Grandia quam decuit latum uenabula pectus.
Quantaque de magna gaudia morte tulit.
Vnde tuis lybie tam fœlix gloria ſiluis:
A cybeles nunquid uenerat ille iugis.
An magis herculeo germanice miſit ab aſtro:
Hanc tibi uel frater uel pater ipſe feram.

In Catullam.

Formoſiſſima quæ fuere uel ſunt.
Sed uiliſſima quæ fuere uel ſunt:
O quam te fieri catulla uellem:
Formoſam minus:aut magis pudicam:

Ad Flaccum.

Temporibus noſtris ætas cum cedat auorum.
Creuerit et maior cum duce roma ſuo.
Ingenium ſacri miraris abeſſe maronis:
Nec quemquam tanta bella ſonare tuba:
Sint mecœnates:non deerunt flacce marones:
Virgiliumque tibi uel tua rura dabunt.
Iugera perdiderat miſeræ uicina cremonæ:
Flebat et abductas tityrus æger oues.
Riſit tuſcus eques:paupertatemque malignam:

Alexis:fictum nomen:ita enim non appellabatur:sed dicebatur Alexander:sed ut carmini cõueni ret nomen est mutilatum:& cum poeta lasciuum carmen scribit in hunc:appellat se Coridonem. Domini:Virgilii. Marmorea:candida in speciem marmoris. Pinguis galathea:idest pingue carmen de galathea. Attonito:amore alexis. Testylis:nomen mulieris:cuius & Virgilius & Theocritus meminit. Excidit:ex animo discessit. Arma utrumque:alludit ad carmen Virgilii. Qui modo uix culicem opere:quod extat:ubi culicis pastoris mortem deflet. Rudi ore:ipolito carmine:huius meminit Papi. Ante annos culicis maroniani. Varros:qui tẽporibus Cæsaris habuit quem amaret. Marsus:amauit Melenem.

Magna:Cõgiarium ter dederat Domitianus quod ne uideat fecisse ut alienos populi animos conciliaret:ea enim ferme de causa congiariũ dari solebat:poeta ait non allici populum ad amorẽ ipatoris muneribus sed allici ad amorẽ munerum dignitate imperatoris qui donat Non propter præmia:idest congiarium

Totiẽs:te uictor. Ducum:qui omnes duces uincis. Et uictor tui:ille se ipsum dicitur superare:nihil agit præter rationem & appetitũ domat:alibi: Ardua res hæc est opibus non tradere mores. An uictor sui ipsius Domitianus:quia iam nõ habet cum quibus contendat:sed secum certat:& se quottidie superat uirtute:qđ & de Crasso scribit Cicero qui quotiens dixit alios superauit eo die seipsum.

Tres habuit:Picens adeo senex erat:ut condito tumulo suo expuerit tres dẽtes ceciderunt in sinu. Nouissima fragmẽta:idest ultimos dentes. Picens:item apud Iuuenalem. Tum picens accipe dixit. Laxi oris:eneruati & languentis.

Licet:conceditur. Præstitit officium:quia sepeliuit ipse suos dentes.

Cum tibi:Artemidorus nomẽ compositum est:significatque dianæ donum:quo nomine erat superbus & elatus:at poeta ait:cũ crassas habeat lacernas:non modo Artemidorum:sed sagarim posse appellari a sagis:hoc est uestibus uilioribus quas gestabat.

Aspicis:In Luscum furacem quem ad furta duos oculos habere ait:& iocatur dum singula eius furta commemorat.

Lacuna:concauitas oculi euulsi. Lippa:stillans:& manans. Ne cõtemne caput:quia habebat unum oculum. Autolyci:Autolycus filius:Mercurii fur notissimus. Eleonem oppidum Parnassi ut Homerus & Crates scribunt:tenuit cum proxima loco furto infestaret. Sectius scribit Autolycum non potuisse tenere:Eleonem in parnasso:cum illic non sit Eleo oppidum:sed Neo. Tam piceata:quia capit quicquid attingit ut pix tunc cum est conuiua. Ligula:instrumentũ argenteum est de qua in distich.

Reppulit:et celeri iussit abire fuga.
Accipe diuitias:et uatum maximus esto:
Tu licet et nostrum dixit alexin ames
Astabat domini mensis pulcherrimus ille:
Marmorea fundens nigra phalerna manu:
Et libata dabat roseis carchesia labris:
Quæ poterant ipsum sollicitare iouem.
Excidit attonito pinguis galathea poetæ:
Thestylis et rubas messibus usta genas:
Protinus italiam concepit et arma utrunque:
Qui modo uix culicem fleuerat ore rudi.
Quid uaros marsosque loquar dictataque uatũ
Nomina? magnus erit quos numerare labor:
Ergo ero uirgilius si munera mecœnatis:
Des mihi:uirgilius non ero :marsus ero.

Ad Cæsarem Do.

Magna licet totiens tribuas maiora daturus
Dona:ducum uictor:uictor et ipse tui:
Diligeris populo non propter præmia cæsar:
Propter te populus præmia cæsar amat.

De Picente:

Tres habuit dentes pariter quos expuit omnes:
Ad tumulum picens dum sedet ipse suum.
Collegitque sinu fragmenta nouissima fracti
Oris:et aggesta contumulauit humo.
Ossa licet quondam defuncti non legat hæres
Hoc sibi iam picens præstitit officium.

In Artemidorum.

Cum tibi tam crassæ sint artemidore lacernæ:
Possum te sagarim iure uocare meum.

In Luscum furem.

Aspicis hunc uno contentum lumine:cuius
Lippa sub arrita fronte lacuna patet.
Ne contemne caput:nihil est furacius illo.
Non fuit autolyci tam piceata manus.
Hunc tu conuiuã cautus uitare memento
Tunc furit atque oculo luscus utroque uidet.
Pocula solliciti perdunt ligulasque ministri.

Subducere:ſubfurari. Fraudare uernã lucerna.i.nõ erubuit eripere lucernã uernæ. Soleas:ſenſus eſt:ſi nõ poteſt furari aliquid alienũ:furantur ſoleas puero ſuo quas cõmiſit cuſtodiendas.nam cœnaturi deponebant ſoleas:alibi:Depoſui ſoleas affertur protinus ingens.Puerum:ſeruum ſuũ.
Arte doloſa:ideſt furto.
Sũma:Claudiã tãtæ magnitudinis eſſe ait:ut ſi uoluerit eſſe par coloſſo domitiani:eã oportet ſic eſſe minorẽ ſexquipede:tã portẽtoſæ magnitudinis fuerũt apud antiquos.Gabara nouẽ pedũ. Puſio & Secũdilla nouẽ pedũ cũ dimidio.

Et latet in tepido plurima mappa ſinu.
Lapſa nec a cubito ſubducere pallia neſcit:
Et tectus lenis ſæpe duabus abit.
Nec dormitantem uernam fraudare lucerna
Erubuit fallax:ardeat illa licet.
Si nihil inuaſit puerum tunc arte doloſa:
Circuit et ſolleas furripit ipſe ſuas.

In Claudiam.

Summa palatini poteras æquare coloſſi.
Si fieres breuior claudia ſexquipede.

In Carinum.

Liuet carinus:rumpitur:furit:plorat.
Et quærit altos unde pendeat ramos.
Non iam quod orbe cantor et legor toto.
Nec umblicis quod decorus et cedro:
Spargor per omnes roma quas tenet gentes.
Sed quod ſub urbe rus habemus æſtiuum:
Vehimurque mulis:non ut ante conductis:
Quid imprecabor o ſeuere liuenti?
Hoc opto mulas habeat & ſuburbanum.

De Picente.

Scribit in auerſa picens epigrammata charta:
Et dolet aduerſo:quod facit illa deo.

De Aulo.

Theſtylon aulus amat:ſed nec minus ardet alexim
Forſitan et noſtrum ſic zacinthon amat.
Inunc et dubita uates an diligat ipſos:
Delicias uatum cum meus aulus amet.

In Clytum.

Vt poſcas clyte munus exigaſque.
Vno naſceris octies in anno.
Et ſolas puto treſue quattuorue
Non natalitias habes calendas.
Sit uultus tibi lenior licebit:
Tritis littoris aridi lapillis.
Sit moro coma nigrior caduco
Vincas mollicie tremente plumas.

Aequare:par eſſe. Coloſſi:palatini: de ſtatua equeſtri Domitiani: quæ erat iuxta pallatiũ:potes & de coloſſo apollinis ítelligere:qui fuit erectus ab Auguſto í parte pallatii. Sexquípede:pede uno cũ dimidio:de ſexquiliora:ſexquiplaga ſexquipede alibí dixímus.

Liuet Carinus:In carinũ íuidum:qui uirtuti nõ íuidebat:ſed uel exiguis diuitiis núc rũpebatur Martiale poſſidente mulũ ſuũ & ſuburbanũ:cũ ille eſſet diſſimus íprecatur poeta tantæ íuidiæ ut ipſe poſſideat mulũ & ſuburbanũ: hoc eſt ad eandẽ deueniat conditionẽ.Carinus cõtrariũ nomẽ eſt íuidéti:nã carinus ſignificat lætũ. Liuet:rũpitur íuidia. Inuidere liuẽtis eſt. Vnde pẽdeat:ideſt unde ſe ſuſpẽdat:hic enim exitus eſt íuidi. Et cedro perũctus:ideſt oleo cedrino:nã ut precioſi libri & bona carmina ſeruabãtur. Rus æſtiuũ.i.rus ad æſtiuã dũ. Mulis:nõ ut ante cõductis ſed meis:& mulũ cõductũ ſcribit Ora.í ſermonibus. Opto habeat mulos & ſuburbanum:ideſt opto amittat diuitias quas habet:& ſit noſtræ conditionis ac fortunæ cui inuidet:ideſt ſit pauper.

Scribit: Cõſules & duces í charta trãſuerſa ſcribebãt:auctor eſt Trãqllus:ſed ſcribere hic í charta aduerſa:ut puto accipiẽ ꝓ eo quod eſt ſcribere in pagina & tergo.Picẽs tã lõga ſcribebat epigrãmata ut & tergũ ípleret:neque placebat:poeta ait nõ eſſe mirãdũ:ſi cũ í charta aduerſa ſcribat:aduerſo quoq; deo faciat uerſus:deſignãs loquacitatẽ Picẽtis. Aduerſo deo.i.nulla gr̃a:nã illi ſcribũt carmina deo aduerſo:qui nõ placẽt:alibi:Carmina qđ ſcribis muſis:& Apollíe nullo.

Theſtylon:Aulus is tãtũ uatibus blandiebaẽ:quorũ pueros amabat: hoc ꝓdit Martialis.Theſtylon:puerum Voconíi. Delitias uatũ:qui ſunt delitiæ poetarũ.

Vt poſcas:Mittebãtur munera amicis: cũ diẽ natalẽ celebrabant Clytus ut frequẽtiora munera colligeret:nouies celebrabat diẽ ſuũ natalẽ í anno:poeta monet niſi deſtiterit tã multos natales celebrare:ſe non putatuꝝ eũ eſſe ſemel natũ hoc ẽ nõ miſſuꝝ uel ſemel munus. Naſceris:diẽ natalẽ celebras: Nõ natalitias calẽdas:ideſt ſingulis menſibus celebras natalẽ:exceptis tribus uel quattuor Tu nobis uideris ſenex: cum celebraueris totiens natalem. Licebit:quamuis.
Moro caduco:præmaturo ut ſupra.

Massam:metā. Alligati:coagulati. Cruda:innupta. Si pudor:pudeat te. Modus:finis. Nasci semel:unum tantum celebrare natalem in anno. Non putabo te natum semel:ideſt ne ipſo quidem die natali munus mittam.

Hic ubi:Domitianus auctore Tranquillo poſt uictoriam ſarmaticam cū multos arcus cū quadrigis & inſignibus triūphorū per regiones urbis crexiſſet:maximū ſibi poni uoluit:hunc celebrat poeta carmine. Fuit etiam conditum templum. Fortunæ reducis:quod reducem ſeruaſſet imperatorem. Fortuna uariis nominibus tēpla habebat:nam erat ædes fortunæ reducis & ut Plutarchi uerba ex quæſtionibus recitemus:Euelpedis atropeæ protogeniæ uiſcaræ. Breuis hæc condita eſt:Seruio tullo erat & tēplū malæ fortunæ íæſquiliis. Fœlix area:locus paratus ad ædificandum:Vel fœlix:ideſt ampla: Vel quia conditum poſtea illic templū. Iubar:radios. Arcus ouans:triumphalis. Stat:erectus eſt. Gemini currus:nā arcus habebant quadrigas:uel propter duplicem triūphū quē hactenus reportauerat ex dacis. Ipſe aureus:ideſt ſtatua domitiani aurea. Non enim paſſus eſt poni ſibi ſtatuam niſi aureā & argenteam:ut Trāquil. tradit. Sufficit:par eſt. Immēſis iugis:quadrigis. Vrbem Martis:dei bellorū. Hos aditus:ideſt triūphales: ideſt ut īperatores agāt tales triūphos.

Auguſto:Sylius poeta tertium conſulatū accepit a domitiāo:cōparat eū poeta cōſulē tertiū cū Pōpeio qui tres conſulatus geſſit:& decus Sylii anteponit rebus oībus:quas tribus illis cōſulatibus geſſit: Pōpeius hac una ratione:quoniā domitianus dederat tertiū cōſulatū lōge maior ſe natu:& cæſare:qui dederūt tres cōſulatus Pōpeio. Auguſto:domitiano.

Biſſenos faſces:cōſulatū. Noto cōſule:ideſt ad Syliū qui bis fuerat cōſul. Sonare:pulſare. Nobili uirga. fores a magiſtratibus uirga lictorē pulſabātur. Papinius de cōuētu ad Stellā. Et multa pulſant limina uirga. Liuius ī ſexto ab urbe:Forte accidit ut lictor Sulpitii:cū is de foro domū ſe reciperet:fores ut mos ē uirga percuteret. Pli. ī. vii. naturalis hiſtoriæ ſcribit Pōpeiū conſulē phibuiſſe lictorē pulſare fores Poſſidonii uenerationē tāti uiri. Purpura fœlix: Pōpeii.

Tertiuſque conſul:ideſt tertius conſulatus. Quod optet:ideſt ut optet datum fuiſſe conſulatum a te. Numerare: cōſulatus ſic datos a domitiano. Ianus pacificus:ideſt annus. Quorum pacificus:ter ampliauit:iunge cum inferioribus:ut referas ad conſulatus Silii. Pacificus:ad differentiam pompeianorū qui ī armis uerſati ſunt:ideſt Sylius mauult ſic:ideſt ſine bellis numerare ſuos conſulatus frequentes:hoc eſt ſæpe tales habere:quorum nomina Ianus pacificus ter ampliauit:nam ter conſul fuerat.

Aut maſſam modo lactis alligati:
Et talis tumor excitet papillas:
Quales cruda uiro puella ſeruat:
Tu nobis clyte iam ſenex uideris
Tam multos quis enim fuiſſe credat?
Natales priamiue neſtoriue?
Sit tandem pudor et modus rapinis:
Quod ſi ludis adhuc:ſemelque naſci.
Vno iam tibi non ſat eſt in anno:
Natum te clyte nec ſemel putabo.

Ad Domitianum.

Hic ubi fortunæ reducis fulgentia late:
Templa nitent:fœlix area nuper erat:
Hic ſtetit arctoi formoſus puluere belli:
Purpureum fundens cæſar ab ore iubar:
Hic lauro redimita comas et candida uultu:
Roma ſalutauit uoce manuque ducem.
Grande loci meritum teſtantur et altera dona:
Stat ſacer e domitis gentibus arcus ouans:
Hic gemini currus numerant elephāta frequenter
Sufficit immenſis aureus ipſe iugis.
Hæc eſt digna tuis germanice porta triumphis:
Hos aditus urbem martis habere decet.

De conſſ. Sylii.

Auguſto pia tura uictimaſque:
Pro noſtro date ſylio camœnæ:
Biſſenos iubet en redire faſces:
Noti conſule nobilique uirga:
Vatis caſtaliam domum ſonare.
Rerum prima ſalus et una cæſar
Gaudenti ſupereſt adhuc quod optet:
Fœlix purpura tertiuſque conſul.
Pompeio dederit licet ſenatus
Et cæſar genero ſacros honores.
Quorum pacificus ter ampliauit
Ianus nomina. ſylius frequentes
Mauult ſic numerare conſulatus:

In Cecilianum.

Horas quinq;:Cecilianum intempestiuum conuiuam accusat qui inuitatus debebat ad nonam horam uenire:nam tunc cœna parabatur:Imperat extructos frangere nona toros:sed ante quintã ꝓperauerat:monet ut celerius etiam ueniat:Vel serius nona:ita enim non cœnabit. Puer nũciat:Nã pueri nunciabant horam dominis. Raucæ cæræ:idest libelli forenses. Distulerint uadimonia:ꝑegerint iudicia:nam tertia hora in foro uersabantur. Feras floralitias:feræ ab ædilibus paratæ ad aliquem ludum lassabantur quarta hora usq; in quintã ad iugũ patritiũ:ubi florales ludi exercebãtur:uel quia mense aprili prætores ludos edebãt feris ad me galesia:quo tẽpore & floralia fiebant:unde floralitiæ feræ dicũtur:hoc ẽ editæ in spectaculum eo mense quo floralia agebãt: hæc una sententia mihi placet. Calida .i. cocta utebant in cõuiuio. Alget.i.ẽ sine igne. Nudo foco:carente lignis. Sero: uel post nonam:uel sero præcedẽtis diei:nã ita quoq; non cœnabis.

Horas quinque puer nondum tibi nunciat et tũ:
Iam conuiua mihi ceciliane uenis.
Cum modo distulerit raucæ uadimonia cæræ.
Et floralicias lasset harena feras.
Curre age et illotos reuoca caliste ministros:
Sternantur lecti ceciliane sede.
Calidã poscis aquam:sed nondũ frigida uenit:
Alget adhuc nudo clausa colina foco:
Mane ueni potius.nam cur te quinta moretur?
Aut cur non sero ceciliane uenis?

Ad Entellum.

Quis corcyræi uidit pomaria regis:
Rus entellæ tuæ præferat ille domus.
Inuida purpureos urat ne bruma racemos:
Et gelidum bachi munera frigus edat.
Condida perspicua uiuit uindemia gemma:
Et tegitur fœlix nec tamen uua latet:
Fœmineum lucet sic per bombycina corpus:
Calculus in nitida sic numeratur aqua.
Quid non ingenio uoluit natura licere:
Autumnum sterilis ferre iubetur hyems.

In Vacerram.

Miraris ueteres uacerra solos:
Nec laudas nisi mortuos poetas.
Ignoscas petimus uacerra tanti
Non est ut placeam tibi perire.

De Nerua.

Quanta quies placidi tanta est facundia neruæ:
Sed cohibet uires ingeniumque pudor.
Cum siccare sacrum largo parmessida posset:
Ore:uerecundam maluit esse sitim.
Pieriam tenui frontem redimere corona
Contentus:famæ nec dare uela suæ.
Sed tamen hunc nostri sit temporis esse tibullum:
Carmina qui docti nota neronis habet.

In Posthumianum.

Quis corcyrei:Laudat rus Entelli tectum lapidibus specularibus:quales hortos habuit Tyberius:& supra commemorauit. Corcyrei regis:alcinoi qui regnauit in insula corcyra. Vindemia: racemi uuarum. Gemma perspicua.i. lapidibus specularibus. Nec tamẽ latet:sed cernitur. Bombicina:ex ueste bombicina.Mulieres bombicina:uiri cœa perlucebãt.Lapidibus specularibus qbus uuæ seruabantur. Sterilis hyems:alibi sterilis.Iubet ferre autumnum.i.fructus autũnales.

Miraris:Vacerra significat stipitem ad quem alligantur equi. Vacerra itẽ significat uecordẽ & insanum:hic nom̃ ꝓprium est cuiusdam qui mortuos tantũ poetas laudabat:ait poeta se nolle laudari idest nolle mori:ut ab hoc laudet. Idẽ uersus est supra si post fata uenit gloria nõ propero.Miraris:laudas. Non ẽ tãti:idest ñ tãti facio ꝑire ut placeam tibi: hoc est:non tanti facio istam laudem ut morte tibi placere uelim.

Quanta:Neruæ coccei igenium & carmen laudat:quem præstãtissimũ ait eẽ poetam si uoluisset aperte se poetam fateri:sed præ modestia silet:aut certe tenue carmen scribit in quo tamẽ a Nerone dictus est alter Tibullus. Permessis: siue permessus fluuius est:qui ex parnasso labitur:unde etiã Olmeus defluit.

Verecundã sitim.i.uoluit parũ gustare. Frontem pieriam.i.poeticam. Tenni corona:idest hederacea:nam poetæ heroici corona querna utebãtur propterea si placet supra.dum scribit ad Collinum:O cui tarpeias licuit cõtingere q̃rcus: nam ille de poetis erat coronatus a Domitiano:corona autem hederacea elegi & tenuiores poetæ utebantur. Proꝑtius Ennius hirsuta cingat sua dicta corõa: Mil folia ex hedera porrige Bacche tua. Nec dare uela:idest non sequi famam. Nero scribit esse alterum Tibullum Neruam. Nero enim carmina cõponebat: quod multis negantibus Tranquillus affirmat ex pugilaribus: quos uiderat.

Quattuor argenti libras mihi tempore brumæ
Misisti ante annos posthumiane decem.
Speranti plures: nam stare aut crescere debent:
Munera uenerunt plusue minusue duæ.
Tertius et quartus multo inferiora tulerunt:
Libra fuit quinto septitiana quidem.
Bessalem ad scutulam sexto peruenimus anno.
Post hunc in cotila rasa selibra data est.
Octauus ligulam misit sextante minorem:
Nonus aculeolos in cocleare tulit.
Quod mittat nobis decimus iã nõ habet annus
Quattuor ad libras posthumiane redi.

Ad Librum suum.

Nondum murice cultus asperosque:
Morsu pumicis aridi politus.
Artanum properas sequi libelle:
Quem pulcherrima iam redire narbo.
Docti patria narbo uotieni.
Ad leges iubet annuosque fasces:
Votis quod paribus tibi petendum est.
Continget locus ille: et hic amicus:
Quam uellent fieri meus libellus.

Ad Instantium:

Instanti: quo nec sincerior alter habetur:
Pectore nec niuea simplicitate prior.
Si dare uis nostræ uires animosque thaliæ:
Et uictura petis carmina: da quod amem.
Cinthia te uatem fecit lasciue properti:
Ingenium galli pulchra lycoris erat.
Fama est arguti nemesis formosa tibulli:
Lesbia dictauit docte catulle tibi.
Non me pelignus: nec spernet mantua uatem:
Si qua corynna mihi: si quis alexis erit.

In malum medicum.

Hoplomachus nunc es fueras ophthalmicus ante
Fecisti medicus: quod facis hoplomachus.

De Gallo lingono.

Dum repetit sera conductos nocte penates
Lingonus a tecta flaminiaque recens.

Quattuor: Argentũ mittebat in saturnalibus: Posthumianus. x. ante annis solebat mittere Martiali q̃ttuor argẽti libras: sed singulis annis tantum detraxerat ut iã ñ haberet hoc. x. áno qđ posset detrahẽ: rogat poeta ut ad quattuor libras reuertat. Tẽpore brumæ hyemis: ideſt saturnalibus. Stare: pmanere i eo dẽ nũero: aut quãtitate q̃ solet. Libra septitiana: libra as: põdus: assipondium ité erat. nã. xii. uncias ualebat. Secundo aũt bello punico: cũ res ad penuriã argẽti rdacta eẽt: patres psoluturi stipendiũ militibus libra minoré eẽ uoluerũt: a deo ut sustẽtatio pondere finiret ex duabus unciis. libra item decem quæ decem uncias ualebat. Septitiana: maioris põderis q̃ octo unciarũ: bes seu des octo uncias significat. Scutula: uasculũ é quod mẽsura par é octo unciis. Ad scutulam bessalẽ. i. octo unciaꝫ. Cotila: uasculũ é q̃uis nõnulli interpretantes carmẽ Homeri de medico q cibũ cotila poscebat i odyssea cotilã concauitatẽ manus exponãt capit aũt cotilla sex uncias ut supra scutula octo. Cotillus autẽ collis est idæ ut demetrius: ex quo labunt Scamãder Granicus & Esapus. Octauo áno misisti ligulã: instrumẽtũ argenteum. Sextante: duabus unciis.

Nondũ: Libellũ alloquit: quẽ dono dat artano aíco reuertẽti narbonẽ i galliã. Murice purpura. i. narbo ciuitas galliæ. Votieni: poetæ prîs. Annuos fasces: magistratus. Quod: reuerti narbonẽ. Talibus uotis: nõ mîore desiderio. Meus: libellus ut possẽ seq amicũ.

Instãti: notũ argumentũ: cynthia amica Propertii uero noíe hostia dicebat. Corynna fictũ erat apud Ouidiũ: cũ puellã cæsareã uellet noíare: duæ aũt fuerunt Corynnæ thebanæ: quaꝫ utraq; fuit eruditissima carmîe: & ꝓpterea suã puellã appellauit Corinnam Ouidius.

Hoplomachus: Hoplomachi dicebãt q armati pugnabãt i spẽm iustæ dimicationis. οπλον: arma significat. μαχη pugna: unde oplomachus: & calicula ꝓculũ: quẽ ab eximia magnitudîe colossũ appellabat oplomacho obiecit: & bis uictorẽ iussit iugulari. In malũ medicũ é distichon: q cũ oli oculis mederetur. hoîes necabat ípitia: nũc factus oplomachus idẽ faciebat. Hoptalmichus dr̃ qui oculis medet.

Dum repetit: Galli sacerdotes cybelis mortui uidebant posse appellari sectis uirilibus: nup aũt q ex gallia uenerat in urbẽ: cũ offensus lapide nocte cecidisset ñ hũit q ignoto opitularet: puer q mollẽ corpis ñ poterat tollere: uespiliones ꝓtereũtes rogauit: ut feretro dominũ suscipẽt: qđ illi cadauere depositio fecerũt: qđ i gallos dr̃ sacerdotes: inqt poeta in hũc mihi optîe uidet cõuenire: ut dicamus o galle mortue: Ligonus: ligones populi Galliæ: dixit lingonũ: cũ alii dixerit ligonẽ. Recẽs: q nup uenerat. A tecta & flãminia: flãminia uia notissima

Expulit offenſo uitiatum pollice talum:
Et iacuit toto corpore fuſus humi.
Quid faceret gallus. qua ſe ratione moueret?
Ingenti domino ſeruulus unus erat.
Tam macer ut minimam poſſit uix ferre lucernã
Succurrit miſero caſus opemque tulit.
Quattuor inſcripti portabant uile cadauer:
Accipit infœlix qualia milie rogus.
Hos comes iualidus ſubmiſſa uoce precatur.
Vt quocunque uelint corpus inane ferant:
Permutatur onus: ſtipataque tollitur alte
Grandis in anguſtia ſarcina ſandapila.
Hic mihi de multis unus lucane uidetur:
Cui merito dici: mortue galle poteſt.

In Gallicum.

Dic uerum mihi marce dic amabo:
Nil eſt quod magis audiam libenter.
Sic et cum recitas tuos libellos:
Et cauſam quotiens agis clientis.
Oras gallice me: rogaſque ſemper:
Durum eſt me tibi quod petis negare:
Vero uerius ergo quid ſit audi:
Verum gallice non libenter audis.

Ad Liberum amicum.

Liber amicorum dulciſſima cura tuorum.
Liber in æterna uiuere digne roſa.
Si ſapis: aſſyrio ſemper tibi crinis amomo
Splendeat: et cingant florea ſerta caput.
Candida nigreſcant uetulo chryſtalla falerno:
Et caleat blando moris amore torus.
Quid ſic uel medio finitus uixerit æuo:
Longior huic facta eſt: quam data uita fuit.

De ludis Stellæ.

Quos cuderet phlegræa ſuos uictoria ludos:
Indica quos cuperet pompa lyee tuos.
Fecit hyperborei celebrator ſtella triumphi.
O pudor o pietas: et putat eſſe parum.
Non ſatis eſt illi turbato ſordidus auro.
Hermus: et heſperio qui ſonat orbe tagus:
Omnis habet ſua dona dies: nec linea diues

eſt: tecta ite uia: quæ in flaminia ducit a recto oppido. idẽ uerbũ eſt apud Tib.

Macer: ſeruus. Caſus: fortuna. Inſcripti: ueſpiliones ad id munus electi.

Permutat onus: qa ſuſceperunt gallũ & reliquerũt cadauer. Galle mortue: ideſt hic mihi uidetur recte dici gallus mortuus: nã & gallus erat: & q̃uis uiueret: tñ p mortuo ferebat: cũ id gallis ſacerdotibus dicat: alludit ex noie galli.

Dic mihi: Feſtiue gallico oſtẽdit eum male agere cãs: & male ſcribere: nam ille poſcebat ut uerũ diceret: Martialis quid ſentiret de ſe reſpõdet eũ nõ libẽter audire uerũ: ideſt non audire ſe uituperari libenter. Amabo: obſecro aduerbiũ. Dic uez: uerba Gallici. Sic: reſpondet Mar. Verũ non audis: quaſi diceret ſi uoluero dicere uerum non audies me libenter: nam te non laudabo.

Liber: Ad libez amicũ pugilẽ: ad quẽ infra ẽ epigrãma: Liber amiclæa frõtem redimite corona. Hũc hortat ad epicureã animi relaxationẽ: hoc ẽ ad roſas ad amomũ ad uinũ: hoc. n. pacto uitã fieri longiorẽ oſtẽdit: & q dimidiũ ætatis ita uixerit plus tẽporis uixiſſe q̃ dii dederit Liber: nomẽ ppriũ. Aeterna roſa. i. in ppetua uoluptate. Splẽdeat: niteat

Amomo: nam crines ſpargebant amomo aſſyrio. Nigreſcat: nã falernum nigrum erat. Caleat amore: nullum enĩ cõuiuiũ aut hic: aut Oratius: aut qcunq; Epicurũ ſectatur ſine amorũ delitiſcelebrat. Vita eſt facta longior: ideſt ꝓducta eſt uita huic qui tali uoluptate fruit

Sic: tali uoluptate. Finitus. i. mortuus.

Vel medio æuo: ſenſus eſt: anni longiores quam dii dederint fieri poſſunt uoluptatibus: numero enim dierum nõ terminat uitam poeta ſed uoluptate.

Quos cuperet: Stella poeta celebrauit Domitiani ſarmaticã uictoriã carmine. Papinius de domitiani aõ erga Stellam Dacas: quæ ẽ gloria maior: Exuuias: lauroſq; dabit celebrare recentes: nõ contẽtus ea laude carminis ob pietatẽ ĩ principẽ: hoc laudat a Martiale nõ ſine laude ſtellæ quẽ diligebat. Triũphi hiꝑborei: .i. uictoriæ ſarmaticæ. Victoria phlegræa: an louis q gigãtes fulmĩauit: an potius Herculis: qd placet. q auctore Strabone gigãtes phlægreos ſupauit in cãpania: placet inq̃ hoc: qm̃ hi duo triũphi Herculis ſcilicet & bacchi celebrant a Sylio: cõiũcto carmie Sylius: qualis odoratis deſcendẽs liber ab indiſ egit pãpineos frenata trigide currus: aut cũ phlægreos cõfecta mole gigãtũ Inceſſit cãpis tãgẽs tirynthi aſtra. Quos ludos. i. q̃les uellet de ſe celebrari Hercules. Pompa: indicus triumphus. Putat domitianus. Illi: Domitiano. Non eſt ſatis: ad liberalitatem. Omnis dies habet ſua dona: ideſt ſpectacula. Diues linea: ideſt diues cauea diuitum & cuneus.

Ceſſat:his ſpectaculis. Panaria:diſtribuit domitianus ſenatoribus & equitibus:plæbi ſportulas cũ obſonio. In ſequẽti die auctore Tranquil. oĩs generis miſſilia ſparſa ſũt:ut etiam Papinius canit: qcquid nobiles ponticis nucetis fœcũdis cadit aut iugis idumes. Ceſſat: qn diripiat quæ ſpargũt.

In populũ:magna pars miſſiliũ cecidit in populũ. Teſſera:ſignificat cubum ut Gellius:ſed a nobis aliter expoſita ẽ alibi. Teſſera itẽ erat genus menſuræ quæ in munere principis maxie cõmemorat. inde fit ut teſſera hic p munere accipiat. teſſera itẽ erat ſymbolũ iter milites. Auis: aues ſparſæ ſũt a Domitiãno:qđ olĩ egerat Nero: Papi. Inter quæ ſubito cadunt uolatu: Immẽſæ uolucrũ p aſtra nubes. Securos:nihil curantes. Papi. Deſunt q rapiãt:ſinuſq; pleni gaudẽt. Abſens: libera uolans. Sortit:deſignat oculis dominũ ad quẽ deuolet. Palmæ:uaria præmia ludorũ ppoſita ſunt a Domitiano certamina mulierũ:pumilionũ:curuũ: pugilũ. Vterq; conſ. ñ mõ alter:ſed uterq;.

Omnia:hæc oĩa cantata ſunt a ſtella: & repetita a Mart. ut adderet hoc qđ. ſ. omnia hæc ſupant hac una re:q; domitianus ea ſpectauerit. ppterea puto potius ſimpliciter intelligendũ epigrãma: ut dicat Stellã ceciniſſe hæc oĩa. ſed præpudore & modeſtia putare ſe nõ ſatiſfeciſſe magnitudini rerũ. Tua laurus. i. tua uictoria ſarmatica. nam de ſarmatis lauream tantum intulit loui capitolino ut ſcribit Taci.

Omnes: Fabulla cum anus eſſet:ne collatis puellis rugæ proderẽtur:uetulas ſẽper habebat comites:eam deridet Mart.

Sic:hoc pacto. Formoſa:ideſt formoſa uideris:aut puella:quia uideris pulchrior inter has comites.

Sanctorum: Laudatur Domitianus q; pugiles commiſerit in theatro:repreſentat enim antiquorũ ſimplicitatem. nam ante armorum uſum pugnis certabant.

Mori:memoria excidere. Veteres ritus:morẽ ueterẽ:mos uetus ut pugiles ſine armis pugnarẽt: qđ a lacedæmoniis acceptum fuit: pfitentibus ludi auctorẽ Pollucẽ. Lucretius: Arma antiqua:mãus ungues:denteſq; fuerũt. Sic:hoc pacto:

Caſa:humilis ædes. Habet numẽ: ẽ ĩ ueneratione. Sub ioue tã culto. i. ſub ioue capitolino culto tua magnificẽtia. Caſa:Iouis antiqui erat in capitolio uetere ut Varro. Renouas q̃ ſũt: præſẽtia ſæcula. Quæ fuerũt. i. priſca & ãtiqua.

Nõ: Gellia uniones tam perdite diligebat ut negaret ſe ampliꝰ uicturã: ſi eos amitteret:optat mãum furacem Annei Sereni:ut uniõibus ſubreptis: Gellia occidat. Sacra myſtica dyndimenes. i. cybeles:per cuius ſacra antiqui iurabãt: ut ſupra:Iuro p berecynthios furores. Dyndimene pprio nomĩe:poſtea Cybele:ut placet Diodoro a monte dicitur:ut Straboni & noſtris placet. Bouem: Iſidem. luuencæ niliacæ:ideſt iſidis ſacra Iſidis romæ erant & per eam iurabant:ut ſupra diximus in eum locum:Iuro per ſyrios tumores. Vniones grandiores margarithæ appellatæ ſunt bello iugurthino a romãis tantũ:ut Helius ſcribit. Acrius:uehẽentius. Duobus natis:filiis.

Ceſſat: et in populum multa rapina cadit.
Nunc ueniunt ſubitis laſciua nũmiſmata nymbis:
Nunc dat ſpectatas teſſera larga feras.
Nunc implere ſinus ſecuros gaudet: et abſens
Sortitur dominos: nec laceratur auis.
Quid numerẽ currus: terdẽaque præmia palmæ?
Quæ dare non ſemper conſul uterque ſolet?
Omnia ſed cæſar tanto ſuperantur honore:
Quod ſpectatorem te tua laurus habet.

In Fabullam.

Omnes aut uetulas habes amicas:
Aut turpes: uetuliſque fœdiores:
Has ducis comites: trahiſque tecum:
Per conuiuia: porticus theatra.
Sic formoſa fabulla; ſic puella es:

Ad Domitianum.

Sanctorum nobis miracula reddis auorum:
Nec pateris cæſar ſæcula cana mori.
Cum ueteres latiæ ritus renouantur harenæ:
Et pugnet uirtus ſimpliciore manu.
Sic priſcis ſeruatur honos te præſide templis:
Et caſa tam culto ſub ioue numen habet.
Sic noua dum condis renouas auguſte priora:
Debentur quæ ſunt: quæque fuere tibi.

In Gelliam.

Non per myſtica ſacra dyndimenes:
Nec per niliacæ bouem iuuencæ.
Nullos denique per deos deaſque
Iurat gellia; ſed per uniones:
Hos amplectitur: hos deoſculatur.
Hos fratres uocat: et uocat ſorores:
Hos natis amat acrius duobus.
His ſi quo careat miſella caſu:
Victuram negat eſſe ſe nec horam.
Hen quam bene nunc papiriane:

Annei ſereni:ſunt q hũc dicãt liquefeciſſe unionẽ aceto ĩ cœna Cleopatræ:ſed falſũ ẽ ipſa enĩ cleopatra eos liquefecit aceto:qđ & Eſopus hiſtrio fecerat:ut luxũ oĩum mortaliũ ſuperet: expertus an uniones palato eẽnt grati:ego Anneũ Serenũ furẽ itelligo:qđ nomẽ cõuenit. Nã Tacitus ſcribit Anneum Serenum damnatum repetundarum.

Dãte:Hoc epigrammate impatori aſſentat:q poetis fauebat. Deũ:te domitiane. Rebus:adminiſtratione impii. Parua:exilia deprimit.n.ſe.Libellos querulos:epithetũ libellorũ. nã eiuſmõi libelli aut pauptatẽ:aut aliqd aliud conquerunt. Non quercus te ſola: an hoc dicit nõ quercus.i.corona querna de ciuibus ſeruatis:& ãplificato impio conuenit tibi:an refert hoc ad carmẽ heroicũ: qm̃ heroici poetæ corona querna cingebãt:qđ Iuppit.uaticinat apud Sllũ cui Huic ſua muſæ ſacra ferẽt meliorq; lira ſubſtitit hebrus:Cui uẽitr hodope phœbo mirãda loquet:Idẽ Quintilianus teſtat in.x.ut ſit ſenſus:Carminis heroici laus nõ te:ſed & corona tenuiorũ poetarũ:qualis ſum hederacea tibi cõuenit.

Annei faceret manus ſereni.

Ad Domitianum

Dante tibi turba querulos auguſte libellos:
Nos quoque quod domĩo carmĩa pua damus.
Poſſe deum rebus pariter muſiſque uacare:
Scimus et hæc etiam ſerta placere tibi.
Fer uates auguſte tuos:nos gloria dulcis:
Nos tua cura prior deliciæque ſumus.
Non quercus te ſola decet:nec laurea phœbi:
Fiat et ex hedera ciuica noſtra tibi.

Liber Nonus.

Væ mihi toranni frater cariſſime:epigramma extra ordinem pãginarum eſt ad Stertinium clariſſimum uirum ſcripſimus qui imaginem meam ponere ĩ bibliotecha ſua uoluit: de quo ſcribendum tibi putaui:ne ignorares auitus iſte q̃s uocatur. Vale et para hoſpitium.

Ad Auitum.

Non te celabis ſublimi pectore uates:
Cui refert ſerus præmia digna cinis.
Hoc tibi ſub noſtra breue carmen imagine uiuãt:
Quãm non obſcuris iungis auite uiris.
Ille ego ſum nulli nugarum laude ſecundus:
Quem non miraris:ſed puto lector amas.
Maiores maiora ſonent mihi parua locuto:
Sufficit in ueſtras ſæpe redire manus.

De Templo Flauiæ gentis.

Dum Ianus hyemes domitianus autumnos:
Auguſtus annis commodabit æſtates.
Dum grande famuli nomen aſſeret rheni:

Quintilianus:Nos tamen ſacra litterarũ colẽtes feras Cæſar:ſi taciti p̃terimus Virgiliano uerſu teſtat ĩter uictrices hederã tibi ſerpere lauros. Diſtinguatur: potius hoc pacto. Nõ quercus.i.nõ corona querna:de ſeruatis ciuibus. Nec laurea phœbi.i.nec laurea maiorũ poetarũ ſola decet te. Fiat noſtra ciuica .i. fiat corona de nobis tenuioribus poetis ſeruatis ex hedera:nã ex hedera ut diximus coronabant tenuiores poetæ:Propt ius:Ennius hirſuta cingat ſua dicta corona:Mĩ folia ex hedera porrige bacche tua.

On te celabis:Stertinius:quẽ alio nomine Auitũ appellat imagĩe Mar. ĩ bibliotecha collocauerat. Autoꝝ olĩ imagines:aut ĩ æde camœnarũ: aut ĩ priuatis bibliothecis collocabãtur .L.Actius poeta maximã ſibi ſtatuã poſuit ĩ æde camœnaꝝ:cũ ipe breuiſſimæ eẽt ſtaturæ:& a ſtudioſis tãtũ hæ imagines collocabãt ut q̃ſq; nomẽ autoris diligebat:ſed multi labẽtibus moribus rõanis:cũ nullã operã uirtuti præſtarẽt: nõ uerebãt autoꝝ imagines penes ſe habẽ inde exit illud ſatyricũ:Quãq̃ plẽa omnia gypſo Criſĩppi ſuenias:Mart.&agit gr̃as Stertinio & edit carmẽ ſubſcribendũ ſtatuæ ſuæ. Non te celabis.i.nõ latebis apud poſteros:& nõ idiges imagie.

Non obſcuris.i.nobilibus. Laude nugarũ.i.iocoꝝ & tẽnuioris carminis.

Dum Ianus:Flauiæ gentis templũ condidit Domitianus: huius meminerunt Euſebius & Tranquillus & Papi.Et quæ tibi templa dicamus ipſe colas: Vaticinatur poeta templum hoc fore perpetuum:ſed diuturnitatem ex his rebus colligit:quibus principi aſſentatur. Luce romana.i.imperio romano:Papi.Stabit dum terra poluſq;:dum romana dies. Dũ Ianus accommodabit hyemes.i.dum erit Ianuarius. Dum Domitianus autumnos:Nã octobẽ mẽſis dictus Domitianus:q eo natus ſit:appellatus ẽt germanicus ſeptẽber:a cognomẽto Domi. q deuicerat Germaniã:dedit ãt nomẽ Domi.qm̃ eo mẽſe ſuſcepat impiũ.Dũ lux germanicarũ calendaꝝ: .i.mẽſis ſetẽbris. Rheni famuli.i.germanoꝝ famuloꝝ:& germãiæ deuictæ.Iuliæ nomẽ:inter deas

rettulit Iuliã neptẽ:quã ꝑdite amauerat Domitianus:eiq; sacra ĩstituit singulis ãnis. Dulce numẽ dulce:ideſt gratiam Domitiani.

Pauper:huius generis amicos repræhendit Iuue.q cũ amicæ multa donẽt:pauperẽ amicum negligũt:optat talẽ amicũ fieri sacerdotẽ cybeles.nã uirilia ipſa tãtæ ĩgratitudinis cãm afferũt. Cum ſis paup amicitiæ.i.paup in amicũ. Siligineis cũnis:ex ſiligine priapi fiebãt & ĩguina ẽt muliebria.Siligineus priapus i diſtichis ẽ his uerſibus:Si uis eẽ ſatur noſtrũ potes eẽ priapũ:Ipſe licet rodas ĩguina purus eris.Cunnis ſiligineis.i.cunnis factis ex ſiligine ſiligo præſtãtioris farinæ genus eſt:ex qua gratiores panes & faciliores ad concoxionẽ:autoꝛ Celſo: huius panis etiam meminit iuuenalis i Virrone. Pingueſcit:fit pinguis. Incenſura niues:quæ uidebãt ĩcẽdere niues: nã niuibus quæ erãt i delitiis colabaꝛ uinũ Incẽſura aũt apta meraphora ab igne. nã falernũ rubẽs ardere uideꝛ & incẽdere niues,ꝑ quas colo niuario attenuaꝛ.

Pulla uenena.i.uina nigra. Cadi torti:apellat cadũ tortũ amphorã hẽntem uinum expreſſũ torculari ad fæcẽ.Nox ẽ empta:nõ tota:quia nõ mãſiſti tota nocte cũ amica. Nõ ſua rura:ſed aliena.

Lapillis erythreis,i.unionibus. Addictus.i.annexus.Annexuſ diciꝛ q ære alieno alicui addictus ẽ.Addicere ãt ẽ uerbũ prætoris ſolẽne:cũ aliquẽ cõdemnaret:tamẽ duciꝛ a creditore. Suffulta: geſtata.Octo ſiris.i. ſeruis.i.octophoꝛꝭ.

Præcide:caſtra. Tuis cultris: ut abſcidanꝛ:cũ tot mala inde eueniant.

Quantũ:recẽſenꝛ hoc epigrãmate ædificata opa a Domitiano plura quã hiſtoria tradiderit:uel Euſebii:uel Tráqlli:& ait poeta cœlũ tantũ debere Domitiano:ut nõ poſſet uno die ſoluere. Cõturbabit:totũ cœlũ:ut ſupra dictũ ẽ.

Decidat:decerteꝛ:cõputet tecũ:& ſummã faciat. Auctio:ſubhaſtatio cœli. Capitolinis tẽplis:hoc dicit qa tẽplũ Ioui cuſtodi erexit. Tarpeiæ frõdis:hoc dicit ꝓpter capitoliũ:ꝙ incẽſũ iſtauraꝛuit.Frondẽ aũt Tarpeiã rettulit ad laurũ quæ i capitolio erat iuxta quercũ unde coronæ certaminibus dabãtur. alibi: Tarpeias Diodorus ad corõas:O cui tarpeias licuit contingere quercus. Matrona tonãtis:luno,ꝑ geminis culminibus. Pallada:Domiti.tẽplũ palladis chalcioecæ erexit. Tuas res agit:nã pallas erat numẽ familiare Domitiani. Alcidẽ: tẽplũ Herculis. Pios laconas: ideſt caſtorem & pollucẽ:qui mutua pietate alterni uiuunt in cœlo. Tẽpla flauia: ideſt gentis flauiæ:quæ condidiſti tu. Ad foꝛlatium eras ſtatua equeſtris Domitiani: iuxta templa flauiæ gentis. Expectes & ſuſtineas:ideſt diferri patiaris.

Germanicarum magna lux calendarum.
Tarpeia ſummi ſaxa dum patris ſtabunt:
Dum uoce ſupplex:dumque ture placabit.
Matrona diues dulce iulium numen:
Manebit altum flauiæ decus gentis.
Cum ſole et aſtris cunque luce romana:
Inuicta quicquid condidit manus cœlum eſt.

In Lupum.

Pauper amicitiæ cum ſis lupe:non es amice:
Et quæritur de te mentula læſa nihil.
Illa ſiligineis pingueſcit adultera cunnis:
Conuiuam paſcit nigra farina tuum.
Incenſura niues dominæ ſetina linquantur.
Nos bibimus torti pulla uenena cadi.
Empta tibi nox eſt fundis:non tota paternis:
At ſua deſertus rura ſodalis arat.
Splendet erythreis perlucida mœcha lapillis:
Ducitur addictus te futuente elíens:
Octo ſyris ſuffulta datur lectica puellæ:
Nondum ſandapilæ pondus amicus erit.
I nunc et miſeros cybele præcide cinædos:
Hæc erat hæc cultris mentula digna tuis:

Ad Domitianum.

Quantum iam ſuperis cæſar cœloque dediſti:
Si repetas:et ſi creditor eſſe uelis.
Grandis in æthereo licet auctio fiat olympo:
Coganturque dei uendere quicquid habent:
Conturbabit atlas et non erit uncia tota.
Decidat tecum qua pater ipſe deum.
Pro capitolinis quid enim tibi ſoluere templis?
Quid pro tarpeiæ frondis honore poteſt?
Quid pro culminibus geminis matrona tonãtis?
Pallada prætereo:res agit illa tuas.
Quid loquar alcidẽ ĩphœbũque pioſque laconas?
Addita quid latio flauia templa polo?
Expectes et ſuſtineas auguſte neceſſe eſt:
Nam tibi quod ſoluat:non habet arca iouis.

In Aeſchilum.

Aureolis futui cum possit galla duobus:
Et plusquam futui si totidem addideris
Aureolas a te cur accipit æschile denos?
Non fellat tanti gallia: quid ergo? tacet.

In Paulam.

Nubere uis prisco: non miror paula sapisti:
Ducere te non uult priscus: et ille sapit.

Ad Domitianum.

Tibi summe rheni domitor et parens orbis:
Pudice princeps gratias agunt urbes.
Populos habebunt parere iam scelus non est.
Non puer auari sectus arte mãgonis.
Virilitatis damna mœret ereptæ:
Nec quam superbus computet stipem leno:
Dat prostituto misera mater infanti.
Qui nec cubili fuerat ante te quondam:
Pudor esse per te cœpit et lupanari.

In Aphrum.

Dicere de libycis reduci tibi gentibus affer
Continuis uolui quinque diebus aue.
Non uacat aut dormit dictum bis terque reuerso
Iam satis est: non uis affer auere. Vale.

Ad Domitianum.

Tanquam parua foret sexus iniuria nostri
Fedandos populo prostituisse mares.
Iam cunæ lenonis erant: ut ab uber̃ raptus
Sordida uagitu posceret æra puer.
Immatura dabant infandas corpora pœnas:
Non tullt ausonius talia monstra pater.
Idem qui teneris nuper succurrit ephœbis
Nec faceret steriles sæua libido uiros.
Dilexere prius pueri iuuenesque senesque:
At nunc infantes te quoque cæsar amant.

Ad Bithinicum.

Nil tibi legauit fabius bithinice: cui tu
Annua si memini: millia sena dabas:
Plus nulli dedit ille quæri bithinice noli
Annua legauit millia sena tibi.

In Cantarum.

Cœnes cantare cum foris libenter:
Clamas et maledicis et minaris.

Aureolis Aeschilus cũ ad gallã meretricẽ iret: cogebat̃ dare denos aureolas: aliis aut duos: aut quattuor soluẽtibus. nã fellabat Galla irrumãtem Aeschilũ: Qui fellat loqui non potest: ex hoc iocatur poeta: ut alibi: Si te pendero Gargili tacebis. Si totidem addideris: idest duos. Tacet: quia tu irrumas: ergo cum sit prostituti pudoris: uendit in commodũ non pudorem: afficitur autem ĩcommodo dum fellat: qa loq non potest. Quid ergo? interrogantis. i. quare cum sit prostituti pudoris exigit tantum? Tacet: respondet Martialis: idest non pudorẽ tibi uendit tanti: sed tacendi ĩcommodũ nam cogitur silere: & ita festiue indicat Aeschilum irrumatorem.

Tibi: Promulgata lege a Domitião: ne spadones fierent infãdæ libidinis diuerticulum inuentum nam pueri intra septimum annum prostituebantur: quod ĩperator edicto prohibuit: hoc laudatur a poeta. Domitor rheni: idest o Germanice. Pudice: quia adulteria prohibuisti. Non est scelus parere: Scelus uidebatur esse parere filium: aut prostituendum: aut castrandum: aut certe parere ex adulterio. Sectus puer: spado fcũs.

Leno: qui conducebat infantes prostituendos a matribus. Lupanari: in lupanari erat libertas: ut posset se unusqsq; ꝓstituer̃: sed tu illic quoq; noluisti licer̃ omnia. Cubiculis: uxoribus: quia erant ante te ꝓmiscua adulteria. Lupanari: id est noluisti eẽ ĩ lupanari ĩfãtes ꝓstitutos.

Dicere: Reduci: reuerso incolumi.

De libycis gentibus: e libya. Non uacat: occupatus est: idest satis ẽ me uenisse ter & quater. Non uis auere: tanquã uiuus: Vale: ut mortuus.

Tanquam: idem argumentum. Raptus ab ubere: idest intra septimũ annũ.

In uagitu: hoc dicit in commiseratiõe pueri: qui non sentiebat coitum. Sexus nostri: uirilis. Prostituisse publice mares. Immatura: libidine. Pœnas infãdas: cruciabantur enim libidine uirorũ.

Ausonius pater: Domitianus. Ephebis: pueris. Sæua libido: uirorum: q uolebant habere eos in delitiis.

Nil tibi: Bithynnicum captatorẽ deridet: qui quot anuis Fabio orbo & diuiti sena milia donabat: moriens Fabius nil r̃liquit Bithinico. At. M. tibi sena milia reliqt quia scilicet nõ dabis ãplius: quæ solebas dar̃ uiuo. Legauit: reliqt tibi testamẽtũ. Ille: Fabi⁹. Dedit: relqt: qa r̃liqt illã annua sena milia: quæ dabas.

Cœnes: Cantarus & alienas sectabatur cœnas: & omnes carpebat: monet Martialis ut assentetur si uult gulæ seruire. Foris: apud alium. Liber: liberi animi.

Nubere:Paula uolebat nubere Priſco diuiti:ſapit inquit Martialis: At priſcus eam meretricem rẽnuit:minus etiam ip ſe ſapit. Sapiſti:cœpiſti conſiliũ bonũ.

Nomen:Earinus libertus fuit germani ci:qui pocula Imperatori miſcebat. Spa do paucis diebus ante legem promulga tam de eunchis. Dicitur autem Earinus quaſi uernalis.nã ἔαρ græce:latine uer. mediam ſyllabam ita corripit:ut & ter tiam & primam:adeo ut numeris carmi nis inſeri non poſſit:hoc cõqueriť Mar. quod cum uelit nominare Earinum nõ poſſit. Nomen:Earinus natus a Vere.

Quo uere:nam uernalis pars optima eſt. Hyblam:flores hyblæos Siciliæ. nã uere & hyblam Siciliæ:& hymettum at ticæ aues populantur. Superbæ alitis: ideſt phœnicis:quæ ex ſurculis turis: & lignis odoratis conficit nidum. Puer Cybeles:ideſt Athis. Quod:nomen.

Parrhaſia:ideſt paletino ab Euandro parrhaſio:ut Silũ & uirgilii carmine ali bi demonſtrauimus. Cõtumax:aduer ſaria:uerſus eſt homeri: cuius initium. αρσε αρες βροτολοιγε. uerba autẽ ſunt Apollinis in Martem:ubi ares ĩ pri mo pede producit primam:& eadem di ctio in ſecunda corripit:græci ergo abu tuntur licentia. Tam diſertis:non licet nobis latinis eadem licentia uti.

Nomen:idem argumentum. Teneri anni:ideſt ueris. Breue uer:ideſt flores uernales in hymetto. Arundine acida lia:ideſt uenerea. Sua acu:menſis apri lis eſt dicatus Veneri:quo uer floret.

Lapillis erythreis:unionibus. Gem ma heliadum:ideſt gẽma ſuccini. Gru es:quæ.V.litteram faciunt:unde uer.

Si daret autumnus:idem argumẽtum: Oporinos ſignificat autũnalem. Chi merinos:hyemalem. Thermos:æſtiuũ.

Hũc:guloſum amicum eſſe non poſſe oſtendit:quippe q cibos ſectetur:non fi dem amicitiæ. Erit noſter: ideſt ſicœ nem:tam bene ueniet ad me.

Deponas animos truces monemus:
Liber non potes:et guloſus eſſe.

In Paulam.

Nubere uis priſco:non miror paula ſapiſti:
Ducere te non uult priſcus:et ille ſapit.

De Earino domitiani.

Nomen cum uiolis roſiſque natum
Quo pars optima nuncupatur anni
Hyblam quod ſapit atticoſque flores
Quod nidus olet alit is ſuperbæ:
Nomen nectare dulcius beato.
Quo mallet cybeles puer uocari:
Et qui pocula temperat tonanti:
Quod ſi parrhaſia ſones in aula
Reſpondent ueneres cupidineſque:
Nomen nobile molle delicatum
Verſu dicere non rudi uolebam
Sed tu ſyllaba contumax repugnas:
Dicunt earion tamen poetæ
Sed græci quibus eſt nihil negatum.
Et quos ares decet ſonare
Nobis non licet eſſe tam diſertis
Qui muſas colimus ſeueriores.

De eodem.

Nomen habes teneri quod tẽpora nuncupat anni
Cum breue cecropiæ uer populantur apes.
Nomen ăcidalia meruit quod arundine pingi
Quod citherea ſua ſcribere gaudet acu.
Nomẽ erythreis quod littera facta lapillis
Gemma quod heliadum police tritã notet.
Quod penna ſcribente grues ad ſydera tollant
Quod decet in ſola cæſaris eſſe domo.

De eodem.

Si daret autumnus mihi nomen oporinos eſſem:
Horrida ſi brumæ ſydera chimerinos:
Dictus ab æſtiuo cherinos tibi menſe uocaret
Tempora cui nomen uerna dedere quis eſt?

In Fictos amicos.

Hunc quem cœna tibi:quem mẽſa parauit amicũ
Eſſe putas fidæ pectus amicitiæ?
Aprum amat etiã mulos et ſumẽ ẽt oſtrea:nõ te.
Tam bene ſi cœnem:noſter amicus erit.

De Cloe.

Inſcripſit:Cloem meretricū nomē apud Ora.ī car.oñdit ſeptē uiros necaſſe:q̄ illa uolēs oñdeř pietatē ſuā ꝓdidit ſcripſit.n.celebraſſe exequias ſeptē uiroꝝ:quo teſtimonio nihil ē apertius eā ſeptē uiros necaſſe. Celebrata.i.ſolēnia & iuſta. Quid ſimplicius.i.quid apertius iſta cōfeſſione.

Cōſiliū:Earinus miſit comā detōſā cū ſpeculo & pixide gēmata: Aeſculapio pergameo:qd' ita teſtat' Papi.ī tertio lib.cū Earinus petiiſſet:ut capillos ſuos:quos cū gēmata pixide & ſpeculo ad Pergameū Aſclepiū mittebat uerſibus dedicarē:Nero ēt ita capillos ſuos dedicauit. Qui ſignat tpa.ī Earinus.Deo ꝓgameo.i.Aeſculapio.

Inſcripſit tumulo ſeptem celebrata uirorum
Se feciſſe cloe:quid pote ſimplicius?

De coma Earini.

Conſilium formæ ſpeculum dulciſque capillos
Pergameo poſuit dona ſacrata deo.
Ille puer tanto domino gratiſſimus aula
Nomine qui ſignet tempora uerna ſuo.
Fœlix quæ tali cenſetur munere tellus.
Nec ganymedeas mallet habere comas:

Ad Aeſculapium.

Latonæ uenerande nepos qui mitibus herbis
Parcarum exoras penſa breueſque colos:
Hos tibi laudatos dominorum uoce capillos
Ille tuus latia miſit ab urbe puer.
Addidit et nitidum ſacratis crinibus orbem
Quo fœlix facies iudice tuta fuit.
Tu iuuenile decus ſerua:ne pulchrior ille
In longa fuerit quam breuiore coma.

Latonæ:ad Aeſculapium de hiſdē capillis.Latōæ nepos:quia Aeſculapius filius phœbi filii Latonæ:Earinus pergameus erat:ut Papinius oſtendit. Exoras:precibus rogas. Nitidū orbē.ī.ſpeculum. Tuta:bene culta.

Ad Cæſarem Domitianum.

Eſt mihi ſitque præcor longum te præſide cæſar
Rus minimum parui ſunt et in urbe lares.
Sed de ualle breui quās det ſitientibus hortis
Cura laboratas antlia tollit aquas.
Sicca domus queritur nullo ſe rore foueri:
Cum mihi uicino matſia fonte ſonet.
Quam dederis noſtris auguſte penatibus undam
Caſtalis hæc nobis:aut iouis imber erit:

Eſt mihi:Domitianū rogat:ut riuum ꝓducat domū ſuā ex aqua martia:quæ erat proxima: hoc ē ut det pecuniā:qua poſſit aquā illā deriuare:cū nulla re īdigeat:niſi aq̄ ad domus amœnitatē: eo ār erit gratior:qm̄ data a dōitiāo:aut ex caſtalio mōte uidebit:aut a loue miſſa

Antlia:inſtrumētū ē ad aq̄ hauriēdā. nam antleo græce: latine ſignificat haurio.Laboratas:ex labore hauſtas. Foueri:irrorari.

In Sabellum.

Laudas balnea uerſibus trecentis
Cœnantis bene pontici ſabelle
Vis cœnare ſabelle:non lauari.

Laudas:Sabelli gullam accuſat:q multis uerſibus laudauerat balnea pontici: non quia ꝓbaret: ſed ut ſuitaret ad cœnam ea aſſentatione.

Ad Domitianum.

Hæc quæ tota patet tegiturque et marmoř et auro:
Infantis domini cōſcia terra fuit.
Fœlix quæ tantis ſonuit uagitibus:er quas
Vidit reptātes:ſubſtinuitque mānus.
Hic ſteterat uenerāda domus:quæ præſtitit orbi
Quod rhodos aſtrifero: quod pia creta polo.

Hæc:natus ē Domitianus ī ſeptima urbis regiōe ad malū punicā:domū poſtea cōuertit ī tēplū flauiæ gētis.Huius edificii fœlicitas laudatur a poeta:alterā domū:qua latuerat apud Cornelīū iuxta uelabꝝ bello uitelliano: loui cuſtodi dicauit:parte īperāte:caſu expreſſo ī marmore:autore Tacito: mox eidē numini cōſecrauit: ſeque in gremio collocauit:

Domini:Domitiani. Quæ patet:ī tēplum flauiæ gētis. Reptātes:ſerpentes ꝑ humum.Hic duæ inſulæ numina texerūt:Cretā louē infantē: ubi natus eſt Rhodos Neptunū:quē īfātē a Rhea matre cōmēdatum Thelechines filii mari: una cū Caphrina Oceāi filia educarūt

Hic:in templo. Rhodos aluit Neptunum & Creta louē cælo:ita hæc domus aluit Domitianum in utilitatem orbis.

Curetes:ex terra orti:ut alii uolũt ab ideis dactylis: nouẽ fuerũt:qui iouẽ ifãtẽ delatum ad antrũ ſacrum lacte & melle aluerũt:domus ueſtigia:ubi hæc acta ſunt:cũ nemore cupreſſeo extare fereba tur in Creta temporibus Diodori. Semiuiri phryges:exitus huius epigrãmatis ſatis oſtẽdit Mar.lo qui de domo:in qua latuit in bello uitelliano:malo tamen ſentire de domo natali.

Credis: diuitias ſe optare ꝓfitetur:nõ ea de cã qua reliqui optãt ad corporis.ſ.uoluptatẽ: ſed potiꝰ us ad munera & ædificia:ꝙ utrunque magni uiri animo igẽtẽ uoluptatẽ affert. Rogaſ opes a diis.

Vulgus:uulgares homĩes & craſſa tur ba.i.plebei. Gleba ſetia.i.ager ſetinus: unde uina optima naſcũtur.Cõficiat cõ ſumat multos ligones. Ager tuſcus ſo/ net:obſtrepet. Cõpede inũera.i.multis ergaſtulis.nã ſerui ĩ ergaſtulis fodebant agros:præſertim ĩ ætruria. luue.Certe ĩ lucanos aut tuſca ergaſtula mittas. Vt mauruſiaci:ſed placet magis mauri libi cis. Mauri orbes dicũtur mẽſæ citreæ ro tundæ:quæ ex atlãte monte magis æſti/ matione romæ fiebãt tãto artificio ut di midiatis orbibus cõiũctis cõmiſſura nõ appareret:hiſtoria ẽ Plini.ſed & Strabo ſcribit menſas nõnũq̃ ex uno ligno mau ritaniæ cõfici romæ. Libyci:dẽtes dicũ tur dẽtes elephãtini:qui citreas mẽſas ſu ſtiebãt:iccirco illud ĩ diſtichis ,quærũt: an poſſint libycas ſubſtituiſſe trabes.

Lãma aurea:foliũ aureũ. Noſtris to ris .i.ĩ nr̃is tricliniis.nã lecti ĩ triclinio ĩ cruſtabãt lãmis aureis & argẽteis:ut ſu/ pra:De fulcro q̃ reor eẽ tuo. Terãtur: uſu:ut.ſ.hẽarn criſtallina pocula.nã cri ſtallina ĩ maximo erant precio:adeo ut trulla cẽtum & quĩquaginta milibus ſe/ ſtertioꝝ empta fuerit a matrefa. & duo calices criſtallini,ĩ delitiis Neronis fuerĩt quos mortuus fregit. Canuſinati.i.Ca nuſina lana iduti. Serui ditiſſimoꝝ ho minũ & prĩcipũ currũ geſtabãt trãquil/ lus de Nerõe.nũq̃ minus mille carrucis feciſſe iter traditur:ſoleis mulaꝝ argen teis:canuſinatis muliõibus. Aſſere:cur rus & lecticæ ligno ꝓmineti: cui ſerui colla ſubiiciũt:luue. Ferit aſſere. Cato ĩ re ruſtica:aſſerculũ dixit lignũ nõ teres ſed ĩ latitudinẽ nominauit extentũ. Li nat:cõtaminet. Lacernas.i.habeã lacer nã. Maſſileũ:maſſili populi libyæ: idẽ maſſeſili dicti ſũt:cũ ſint numidæ:auto re Strabo.equos habẽt:quos uirga nõ fre no gubernãt.Vir.Numidas ĩ frẽos.iccir co appellauit Silius: Hic paſſim exultãt numidæ gens inſcia freni.Quis inter ge minas per ludum mobilis aures quadru pedẽ flectit nõ cedẽs uirga lupatis. Aedi ficare & donare magni animi eſt.

O cui:Carus Cẽturio donatus ẽ ab im peratore corona oleagina aurea. Eã.n. coronã ĩ albano donabat Domitia.ifra: Cuius iuliæ capiti naſcãt oliuæ. Deſtiet ætereus cui ſua ſerta pr̃.Olim ex olea dabaſ his:qui triũphũ ꝓcurarẽt.Carus igitur tãtæ coronæ reuerẽtia Domitiani ſtatuã magno artificio effictã ea coronauit. Auro uirgineo.i.corona aurea pal ladia. Decus palladiũ.ĩ.corona:q̃ donauit Domitia. Papi.de eadem corona:Palladie tua me ma nus ĩduit auro.Comas:illius imaginis. Vltro diſceſſit a me & iuit in comas domitiano. nã hi duo uerſus ſunt ex ꝓſona cari reſpõdẽtis. Libare:cedere:uel liuere iuidere.ut alii habẽt codices. Illa:

Curetes texere ioue crepitantibus armis
Semiuiri poterant qualia ferre phryges.
At te protexit ſuperum pater:et tibi cæſar
Pro iaculo et parma fulmen et ægis erat.

Ad Auctum.

Artemidorus habet puerum:ſed uendidit agrum
Agrum pro puero calliodorus habet:
Dic uter ex iſtis melius rem geſſerit aucte:
Artemidorus amat:calliodorus arat.

Ad Paſtorem.

Credis ob hoc me paſtor opes fortaſſe rogare.
Propter quod uulgus craſſaque turba rogat.
Vt ſetina meos conſumat gleba ligones:
Et ſonet innumera compede tuſcus ager.
Vt mauri libycis cẽtum ſtent dentibus orbes:
Et crepet in noſtris aurea lamma toris.
Nec labris niſi magna meis criſtalla terantur:
Et faciant nigras noſtra falerna niues.
Vt canuſinatus noſtro ſyrus aſſere ſudet:
Et mea ſit culto ſella cliente ſequens.
Aeſtuet ut noſtro madidus conuiua miniſtro:
Quem permutatum nec ganymede uelim.
Vt lutulenta linat tyrias mihi nulla lacernas
Et maſſileum uirga gubernet equum
Eſt nihil ex iſtis: ſuperos ac ſydera teſtor
Ergo quid: ut donem paſtor et ædificem.

Ad Carum.

O cui uirgineo flaueſcere contigit auro
Dic ubi palladium ſit tibi care decus?
Aſpicis en domini fulgentes marmore uultus:
Venit ad has ultro noſtra corona comas.
Albane libare poteſt pia quercus oliuæ.
Cinxerit inuictum:quod prior illa caput.

ſtertioꝝ empta fuerit a matrefa. & duo calices criſtallini,ĩ delitiis Neronis fuerĩt quos mortuus fregit. Canuſinati.i.Ca nuſina lana iduti. Serui ditiſſimoꝝ ho minũ & prĩcipũ currũ geſtabãt trãquil/ lus de Nerõe.nũq̃ minus mille carrucis feciſſe iter traditur:ſoleis mulaꝝ argen teis:canuſinatis muliõibus. Aſſere:cur rus & lecticæ ligno ꝓmineti: cui ſerui colla ſubiiciũt:luue. Ferit aſſere. Cato ĩ re ruſtica:aſſerculũ dixit lignũ nõ teres ſed ĩ latitudinẽ nominauit extentũ. Li nat:cõtaminet. Lacernas.i.habeã lacer nã. Maſſileũ:maſſili populi libyæ: idẽ maſſeſili dicti ſũt:cũ ſint numidæ:auto re Strabo.equos habẽt:quos uirga nõ fre no gubernãt.Vir.Numidas ĩ frẽos.iccir co appellauit Silius: Hic paſſim exultãt numidæ gens inſcia freni.Quis inter ge minas per ludum mobilis aures quadru pedẽ flectit nõ cedẽs uirga lupatis. Aedi ficare & donare magni animi eſt.

O cui:Carus Cẽturio donatus ẽ ab im peratore corona oleagina aurea. Eã.n. coronã ĩ albano donabat Domitia.ifra: Cuius iuliæ capiti naſcãt oliuæ. Deſtiet ætereus cui ſua ſerta pr̃.Olim ex olea dabaſ his:qui triũphũ ꝓcurarẽt.Carus igitur tãtæ coronæ reuerẽtia Domitiani ſtatuã magno artificio effictã ea coronauit. Auro uirgineo.i.corona aurea pal ladia. Decus palladiũ.ĩ.corona:q̃ donauit Domitia. Papi.de eadem corona:Palladie tua me ma nus ĩduit auro.Comas:illius imaginis. Vltro diſceſſit a me & iuit in comas domitiano. nã hi duo uerſus ſunt ex ꝓſona cari reſpõdẽtis. Libare:cedere:uel liuere iuidere.ut alii habẽt codices. Illa:

olea. Pia quercus: loui dedicata. Prior: potius q̃ quercus: uerba sũt. M. his duob⁹ uersibus ultimis.

Quis: idem argumẽtum ĩ statuã Domitiani quæ apud Carũ erat. Phidias: ebore cælando oẽs superauit loue præsertim olympio. nam deos effinxit nemo melius autore Pli. Illa Pallas: dedit tibi hãc imaginem hoc est: nullus potuisset dare tibi effigiem tuam ueris liniamẽtis expressã: nisi Pallas quæ & artificii ẽ dea: & quotidie uersatur cum Do. Idem uersus papi. An te palladiæ talem germanice nobis effinxere manus. Nõ tribuit solã coronã: nam & ex olea erat Palladis arbore & in eius deæ quinquatriis fuerat corõatus: propterea pallas eam coronam dedisse uidebatur sed eã inquit non solũ tribuit: dedit etiam istam imaginem.

Ad eundem:

Quis palatinos imitatus imagine uultus
Phidiacum latio marmore uicit ebur:
Hæc mundi facies: hæc sunt iouis ora sereni:
Sic tonat ille deus cum sine nube tonat
Non solam tribuit pallas tibi care coronam.
Effigiem domini quam colis: illa dedit.

In Afrum.

Dantem uina tuum quotiens aspeximus illum
Lumine nos afer turbidiore notas.
Quid rogo: quod scelus ẽ mollẽ spectare ministrũ
Aspicimus solẽ: sydera: tẽpla deos:
Auertam uultus tanquam mihi pocula gorgon
Porrigat: atque oculos oraque nostra tegam.
Truxerat alcides sed hylam spectare licebat.
Ludere mercurio cum ganymede licet.
Si non uis teneros spectet conuiua ministros
Phineas inuites afer et œdipodas.

De Nerua:

Audet facundo qui carmina mittere neruæ
Pallia donauit gleucina cosme tibi.
Pæstano uiolas et cana ligustra colono.
Hyblæis apibus corsica mella dabat.
Sed tamen et paruæ nonnulla est gratia musæ
Appetitur posito uilis oliua lupo.
Nec tibi sit mirum modici quod conscia uatis
Iudicium metuat nostra thalia tuum.
Ipse tuas etiam ueritus nero dicitur aures
Lasciuum iuuenis cum tibi lusit opus.

In Crestum.

Cum depilatos creste coleos portes:
Et uulturino mentulam parem collo:
Et prostitutis læuius caput culis:
Nec iuuat ullus in tuo pilus crure:
Purgentque seuæ cana labra uolsellæ

Dantem: in Afrũ qui puerum suũ nõ patiebat̃ ĩspici a conuiuis. Notas: designas. Lumĩe toruo. i. toruo aspectu. Ilus fuit filius herculis: sed hic miscebat pocula: ꝙ pulchriores ministri apud antiquos præstant æmulatione Ganymædis qui Iouis pincerna dicitur. Auertã: ironice nimiꝝ. Tanquã gorgon. i. medusa quæ uertebat hoĩes ĩ saxa. Phinea: accusatius græcus: hic ex cõi illa fabula dicit̃ cæcatus ira numinũ: qm̃ filios suasu harpalices occecasset. Grauior historia hẽt phineum Ideam filiam Dardani scitharũ regis adeo adamasse: ut eius suasu filios ex Cleopatra supplicio destinauerit: quo tp̃e Hercules cũ argonautis phineũ obtrũcauit & eius socios: sed ut dixi uulgata historia ẽ cæcum fuisse: & harpiis: quæ dapes fœdabãt filioꝝ Boreæ beneficio liberatã: Oedipodẽ cæcũ fuisse uulgata tradit historia: sed diodorus scribit cognito scelere cõcubitus matrimonii a filiis eũ prohibitũ egredi domo.

Audet: carmen Neruæ iteꝝ laudat: de quo supra. Pallia glaucina. i. uestes uiles Cosmo: qui habet uestes purpureas.

Colono pæstano: illi q pæstũ colit refertũ rosis ĩ lucãia. Mella corsica: ĩ p̃side & mauritãia: uel uenẽatũ gignit̃ ĩ corsica uero uenẽatũ ob multitudinẽ herbaꝝ: q̃ illic sũt amaræ. Apib⁹ hyblæis. i. homini habẽti mel hyblæũ: ꝙ p̃stãtissimũ ẽ. Lupo: pisce preciosissimo & optimi saporis: qui capit̃ ĩter duos põtes: hoc ẽ ꝙ scribit Quint. Et ĩ grãdioribus cœnis uiliores nõnunquam cibi delectant.

Nero: qui ad te scripsit: qui te alterum Tibullum appellauit. Opus lasciuum: elegiacũ. Tuas aures. i. tuum iudicium.

Cũ depilatos: Chrestũ qd̃ nomẽ ũctũ & mollẽ significat accusat: q̃ ĩ cultu corporis muliebres delitias sectabat̃: & suorũ temporꝝ mores quotidie notabat magnis uociferatiõibus: sed cũ catonianã & cẽsoriã linguã hẽret: merito silebat scelus suũ. Pudet enim catonianam fari talia scelera: erat. n. cinædus socraticus & faciẽ colebat ut pædicaretur a draucis.

Mẽtulã parẽ collo uulturino. nã enerua ta ẽ & mollis breuibus pilis: ut uultures nullas ferẽtes plumas ĩ collo. Culis p̃stitutis. i. cinædoꝝ. Leuius: politius. Volsellæ: instrumenta ad depilandum corpus autore Varrone. Seuæ: nam dolorem faciunt: quum uellunt pilos. Coleos: græce significat uaginam: unde & colei testes.

Refibulauit.i.maiore fibula cinxit creſcẽte penne.Rixaris cũ theatro.i.damnas theatrũ & ſæculũ Quod facis:nã ſeruis drauco:& pædicaris. Lĩgua catoniana:ideſt quum tanquã alter Cato de moribus loquaris:non audes fateri turpitudinem tuam:nam tua lingua talia non loquitur.

Dulce:epithaphiũ latini mimmi:cuius meminit Tranquillus in domitiano:is recitandis diei fabulis riſum principi ꝓuocabat. Decus ſcenæ:nam in ſcena riſum mouebat. Plauſus tuus:cui applaudebas o ſpectator. Qui potui feciſſe ſpectatorem:ideſt allicere in theatrũ. Soluere:ad riſũ.

A noſtro theatro:ideſt mea uita nullos mores theatrales habuit obſenos.

Scænicus:mimmus arte nõ uita & moribus.Domino:Domitiano. Deus:tanquã deus cognoſcebat me exercentẽ ſcænicam:& tamen bene moratũ.Mimmi dicuntur phœbi parrhaſiti:quia ſeruſunt poetis Vel dicite me:ideſt eſto dicatis me.Parrhaſitũ phœbi:nam ĩ palatio colebatur Apollo ĩgenti coloſſo.Oratius:Scripta palatinus quæcũque recepit Apollo. Latinus frequẽtabat palatium. & parrhaſitus habebatur:honeſto nomine dicit ſe fuiſſe parrhaſitum: non palatii:ſed Apollĩis:alludẽs ad poetas:quorum ſcripta mimmi recitant. Laurigeri:epithetõ phœbi & poetarũ. Famulũ louis:quia plus eſt ſeruiſſe ioui Domitiano:quã eſſe parrhaſitus phœbi q̃ſi dicat hãc artẽ exercui propter dominũ & non alia de cauſa.

Sæcula.Epitaphium in philenim: cuius uita ſupra deſcripta eſt & nunc loquacitas recenſetur:optat poeta ut leui terra tegatur: ut canes cadauer poſſint effodere. Permẽſa:quæ es menſa. Sæcula neſtorea.i.tria ſæcula:quaſi.ccc.annorũ. Rapti: dicuntur qui ãte tempus moriuntur. Tam cito:ironice dictũ ẽ.

Euboicæ cumanæ. Sibylla cumana a Virgilio dicitur Deiphœbe: aliis nominibus a Varrõe:a phœbo impetrauit ut quot herenas mãu cõplectaretur: tot annos uiueret:iccirco anni pulueris euboici dicũt ãni ſibylle. Quæ lĩgua.i.q̃ loq̃x lingua. Cataſte: loca ſeruoꝝ uenaliũ a κατιςαω:quod ẽ expono: illic puerorũ garritu ingẽs erat ſtrepitus:quẽ ſtultus uincebat garrulitate. Næc quæ turba ſerapi amat.i.turba quæ colit Serapin:an ĩtelligit eos:qui colũt ſacra Iſidis: q repræſẽtãtes Oſirim iuẽtũ clamãt luue.Exclamare libet populus quod clamat oſyri iuẽto:ñ placet:ſed potius placet ut intelligas ſtrepitum eorũ q noctu dieq; cĩbis nauĩgãt ad ſacra ſerapidis:q̃ ĩ ægypto colũtur ea.n. foſſa auctore Strabone plena ſẽper ẽ mulieribus & uiris ĩpudenter canentibus.eundem Strepitũ expõit filius:Vt ſtrepit aſſidue phrygiã ad nilotica lothon Mẽphis:amycleo paſſim laſciua canopo. Cirrita caterua.i. caterua puerorꝝ.Perſius.Then cirratorꝝ cẽtũ dictata fuiſſe.Cirrati ãt capillis cirratis dicuntur.i.tortis. Grege ſtrymõio.i.gruibus:grues.n. obſtrepũt. Deducere lunã.i.excãtare lunã. Rõbo thes:rõbus ĩſtrumẽtũ ẽ ĩcãtatoriũ:cuius figurã deſcribit Theocritus:eo fila torquebãt:Propertius & Oui.In amoribus meminerũt.Lucanus magicã uertiginẽ apellat.Traxerũt torti magica uertigie fili.luue.Vna laborãti poterit ſuccurrere lunæ

Curios camillos quintios numas ancos
Et quicquid uſquam legimus piloſorum
Loqueris ſonaſque grandibus minax uerbis
Et cum theatro ſæculoque rixaris.
Occurrit aliquis inter iſta draucus et
Iam pedagogo liberatus:et cuius
Refibulauit turgidum faber penem
Nutu uocatũ ducis: et pudet fari.
Catoniana creſte quod facis lingua:

Epithaphiũ latini.

Dulce decus ſcænæ ludorum fama latinus
Ille ego ſum plauſus delitiæque tuæ:
Qui ſpectatorem potui feciſſe catonem:
Soluere qui curios fabricioſque graues.
Sed nihil a noſtro ſumpſit mea uita theatro:
Et ſola tantum ſcænicus arte feror.
Nec poteram gratus domino ſine moribus eſſe:
Interitus mentes ſuſcipit ille deus.
Vos me laurigeri paraſitum dicite phœbi.
Roma ſui famulum dum ſciat eſſe iouis.

Epithaphium philenis.

Sæcula neſtoreæ permenſa phileni ſenectæ.
Rapta es ad infernas:tam cito ditis aquas.
Euboicæ nondũ numerabas longa ſibyllæ
Tempora:maior erat menſibus illa tribus.
Heu quæ lingua ſilet:non illam mille cataſtæ
Vincebant:nec quæ turba ſerapin amat.
Nec matutini cirrata caterua magiſtri
Nec quæ ſtrymonio de grege ripa ſonat.
Quæ nunc theſſalico lunam deducere rombo:
Quæ ſciet hos illos uendere lena toros?
Sit tibi terra leuis mollique tegaris harena.
Ne tua non poſſint eruere oſſa canes.

De antiſtio.

Cappadocum:Cappadocia pars minoris armeniæ:ut placet Appiano:uel ipſa minor armenia: ut Ptholemeus:Inde maritum mortuum delatum nigrina uxor ſepeliuit:eius pietas laudatur. nã nõ ſecus defleuit maritũ cũ hũaret:q̃ cũ audiuit mortuũ. Sæuis oris.i. ſæua regiõe cappadociæ. Vias longas.Non ſatis.i.non eſſe longiores uias ut diutius poſſet continere oſſa mariti ſinu. Vrnam ſanctam:ideſt ſepulturam.

Dum . Velius Criſpus:cuius meminit Trãquil.in Domiti.& Tacitus:comes ip̃atoris i expeditione ſarmatica uouit anſerẽ marti p̃ duce reduci:nã anſer dicatus eſt iunoni:ut Li.i dicat in obſidione capitolina tãti meriti apud romanos ex quo cuſtodes capitolii excitauit clãgore aduerſus gallos: ut anſerum alimẽta a cẽſoribus ſingulis annis locarentur:nũc anſerẽ argenteũ dicauit ad pedes martis porrigẽtẽ octo numiſmata roſtro:inde ſũpto argumento poeta ait:anſerẽ oſtendere nõ eẽ amplius opus ferro in toto orbe ope Domiti. cũ pecuniam det deo ne mactetur ferro Marti:ſed tamen ut dixi dicata eſt iunoni. Arctois.i.bello germanico. Pendere:extare hæc numiſmata. Litat: Mar. p̃ tuo reditu cæſare. Opus ferro.i. nuſquam eſſe opus ferro pace data a te & tuis armis.

Cappadocum ſæuis antiſtius occidit oris
Ruſticus:o triſti crimine terra nocens
Rettulit oſſa ſinu cari nigrina mariti.
Et queſta eſt longas non ſatis eſſe uias.
Cũque daret ſanctã tumulus:quibus inuidet urnã
Viſa ſibi ẽ rapto bis uiduata uiro.

De uelii uoto.

Dum comes arctois hæreret cæſaris armis
Velius:hanc marti pro duce uouit auẽ.
Luna quater binos non tota peregerat orbes:
Debita poſcebat iam ſibi uota deus.
Ipſe ſuas anſer lætus properauit ad aras.
Et cecidit ſanctis hoſtia parua focis.
Octo uides patulo pendere numiſmata roſtro.
Alitis hæc extis condita nuper erant:
Quæ litat argento pro te non ſanguine cæſar
Victima:iam ferro non opus eſſe docet.

Qualem uelit amicam.

Hanc uolo quæ facilis:que paliolata uagatur:
Hanc uolo quæ puero iam dedit ante meo.
Hanc uolo quam redimit totam denarius alter.
Hanc uolo quæ pariter ſufficit una tribus.
Poſcentem nummos et grandia uerba ſonantem.
Poſſideat craſſi mentula burdegalli:

Ad flaccum.

Audierit in quo flacce balneo plauſum:
Morionis illic eẽ mentulam ſcito.

In laudem Domitiani.

Iupiter idæi riſit mendacia buſti.
Dum uidet auguſti flauia templa poli.
Atque inter menſas largo iã nectare fuſus
Pocula cum marti traderet ipſe ſuo.
Reſpiciens phœbũ pariter phœbique ſororem:
Cum quibus alcides et pius arcas erat.
Gnoſia uos inquit nobis monumenta dediſtis:
Cernite q̃ plus ſit cæſaris eſſe patrem.

In philomuſum.

Hanc.Palliolum habitus ãcillaris erat luue.Dorida nullo cultam palliolo:ex ſnia Cato.hoc ſcribit:qui ad proſtitutas accedẽdũ putauit omiſſis matrõis:& lanioribus .Burdigalus nomen diuitis fictum a Burdigalia oppido aquitaniæ in de ſũpſit nomẽ qm̃ burdigali dicũtur q̃ ſi bardigalli.i.ſtulti galli.Vult.n.nõ mõ diuitẽ ſignificare ſed ſtultũ.Gallus hoc loco ſyllabam in cõpoſitione mutauit.

Iupiter.In creta erãt ueſtigia domus:q̃ educatus eſt Iupiter infans teſtatur Diodorus.Erat præterea ſepulchrum eiuſdem numinis cũ inſcriptione: ut ſcribit Lactãtius.nuper inquit poeta cum Iupiter tẽpla a domitiano erecta uidiſſet in capitolio:nã ædẽ flauis imperator erexerat:dixit filiis ſuis:ab ip̃eratore plus tributum eẽ a Domitiano patri ueſpaſiãno q̃ ſibi a ſuis qui tumulum in creta erexerant. Idæi buſti.i.falſũ tumulũ i creta:quia illic nõ eſt ſepultus.Ita ẽt appellat Papinius i thebaide. Auguſti:auguſte ædificati. Sororẽ:dianã. Archas.i. Mercurius filius iouis & maiæ. Plus: quia obſequitur patri.Monumenta gnoſia.i.cretenſia. Patrem Cæſaris:ex hoc ego ſenſũ epigrãmatis ita itelligo: iterũ n. dicã:ut laudentur templa flauia:quæ Domitianus dicauerat patri fratri & ſuis:ait igitur Iupiter plus dediſſe Domitiano patri ſuo Veſpaſiano:cui tãtũ templum cõſecrauit:q̃ phœbũ Dianã:Mercuriũ ſibi:qui tumulũ tm̃ i creta ſibi cõſtruxerant Hæc una ſnia mihi p̃batur.

Artibus. Philomusum captatorem cœnæ & deridet & monet: ne loquacitate sua q̃ cœnas solet captare: ueniat sibi conuiua. Pacorus: nomen regis parthoꝝ: cuius ẽt meminit Plutarchus ī antonio. Arsates: item rex parthoꝝ fuit: quem alii a scythis oriũdũ: alii a bactrianis scribunt. Arscaidæ reges parthoꝝ: nõ ãt pſaꝝ ut putauit Seruius: Temporibus Domitiani Volgesus parthis īperauit. Pacoꝝ igit̃ ꝓ quocũq; rege parthoꝝ posuit. Arsacia: parthica. Manũ rhenanã. i. cenomanos & sarmatas simul deuicit Domitianus cõsẽtiẽtes: ut Papi. scribit ī æpicœdio ætrusci. Resignas: aperis. Cattis. Nã Catti & Daci cõiurauerant aduersus Domitianũ. i. ita narras ac si uidisses litteras scriptas a duce dacoꝝ Cattis. Laurũ uictricẽ. i. uictoriã futurã. Syene: in ægypto subdita solstitio æstiuo aquarũ penuria laborat: puteos perpẽdiculares habet nulla umbra. Lucanus: nã quis cãcro torrẽte syenẽ ibit. Fusca: a colore ĩcolarum. Pharioioue. i. pluuia ægyptia.

Quota pupis. i. quot naues: nã carthaginẽses classe ĩminebãt romanis: hoc ãt qd̃ ait si plinio credimus uidebat Strabo ex lilybæo promõtorio siciliæ. Olĩuæ iuleæ. i. corõæ oleaginæ dãdæ a Cæsare: nã uictores ī qnquatriis albãis oleagina corona auro expressa donabat: ut ut mox ostendemus. Destinet: aio proponat dare.

Viderat: Earinus comã deposuerat: ut supra: cum Ganimedes ex cœlo hoc despexisset: poposcit a loue ut ẽt liceret sibi deponere crines: qm̃ eẽt barbatus: q̃ ãt facere id iupiter negauerit poeta ĩdicat.

Phryx puer. i. Ganymedes. Posito nũc crine. i. q paulo ante deposuerat comã.

Alterius iouis: Domitiani. Latet. i. iã subest meis capillis. Vocat uirum: dicit me eẽ egressũ a pueritia. Ipa re. i. necessitas negat hoc. Qui miſceat nectar. i. puer formosus: nã formosi tãtum ad id eligebãtur.

Cũ sis. Gallam anũ meretricẽ ornãtẽ faciẽ medicamẽtis deridet: nam uolebat dare sexcẽta: q̃uis ita ornata uiro quem posset allicere ad se. At ĩquit poeta q̃uis illa sit cõdita multis medicamẽtis & sit mẽtula lusca: tamẽ eã ĩspici qualis sit.

Mædia suburra. i. ex medicamẽtis: q̃ emuntur ī suburra. Absentes: aliẽis medicamẽtis accersitis nigrescãt. Serica: uestes sericas. Tua facies: quã p̃ te fers & pulchritudo quã tibi paras nõ manet tecũ: cũ dormis. Vesperi. n. dormitura ea deponis ornamenta. Inter tuos auos: adeo senex est cũnus. Promittis. ſ. fututoribus. Surda ẽ: non arrigitur. Et licet sit lusca: nã unũ tãtũ hẽt oculum.

Artibus his semper cœnam: philomuse mereris
Plurima dum fingis: sed quasi uera refers
Scis quid in arsacia pacorus deliberet aula.
Rhenanam numeras sarmaticãque manum:
Verba ducis daci cattis mandata resignas.
Victricem laurum quam uenit: ante uides:
Scis quotiens phario madeat ioue fusca syene:
Scis quota de libyco littore puppis eat.
Cuius iuleæ capiti nascantur oliuæ.
Destinet æthereus cui sua serta pater
Tolle tuas artes: hodie cœnabis apud me
Hac lege: ut narres nil philomuse noui.

De Ganymede et Ioue.

Viderat ausoniũ posito modo crine ministrum.
Phryx puer alterius gaudia nota iouis.
Quód tuus ecce suo cæsar permisit ephebo
Tu permitte tuo maxime rector ait.
Iã mihi prima latet longis lanugo capillis:
Iam tua me ridet iuno uocatque uirũ.
Cui pater æthereus puer o dulcissime dixit:
Non ego quod poscis: res negat ipsa tibi.
Cæsar habet noster similes tibi mille ministros:
Tantaque sydereos uix capit aula mares
At tibi si dederit uultus coma tonsa uiriles:
Quis mihi: qui nectar misceat alter erit?

In Gallã.

Cum sis ipsa domi mediaque ornere suburra.
Fiant absentes et tibi galla comæ.
Nec dentes aliter. quã setica nocte reponas:
Et lateas centũ cõdita pyxidibus.
Nec tecum facies tua dormiat innuis illo
Quod tibi prolatũ ẽ mane supercilio.
Et te nulla mouet cani reuerentia cũni:
Quem potes inter auos iam numerare tuos.
Promittis sexcenta tamẽ sed mentula surda est.
Et sit lusca licet: te tamen ille uidet.

Ad Agathimũ.

Summa. Agathinum laudat: qui parmã i theatro ita iactabãt: ut nuſq̃ caderet: ſed modo crinibus exciperetur: mõ pede magna ſpectatoꝝ oium admiratione. Ludas ſũma pericula: cõſtructio græca ẽ qui dant accuſatiuũ his uerbis. i. ludas in ſummo diſcrimine: & tẽtes difficilima quæq;. Sedet: hæret. Pulpita: theatri. Sint lubrica: in quibus ueſtigia non poſſint cõſiſtere. Nĩbo corycio: croco nam croco uino dulci mixto ſpargebantur theatra uaſe quod appellant nimbum. Vela obtẽdebãtur: in theatro ad arcendum ſolem: & uentũ. Lentulus ſpinther primus id oſtẽdit ludis appollinaribus: Cæſar item totũ forum romanũ texit: Marcellus forum Auguſti: ubi lites exercebantur: ne litigantes ſole aut uento offenderẽtur. Vela dicuntur data uẽtis quando ducũtur recta in altũ. Negãtur uero uentis quando iacẽt. Vela theatri negata erant uẽtis quando iacebant. Iccirco uerſus Martialis alibi & pompeiano uela negata noto. Ita accipio ut etiam hũc locũ: nõ aũt uela negata. i. uela iam inutilia theatris qm̃ & ſi noua ſunt tamen negantur uentis: dũ ita operiunt theatꝝ: ut uẽtũ nõ excipiãt: ſed iacẽt excepta. Vnda uinũ ſparſũ cũ croco. Artifici: agathino. Vt peccare uelis. i. errare ut cadat parma tibi.

Summa licet uelox agathini pericula ludes:
Non tamen efficies ut tibi parma cadat.
Nolentem ſequitur: tenueſque reuerſa per auras
Vel pede uel tergo clune uel ungue ſedet.
Lubrica corytio quãuis ſint pulpita nimbo.
Et rapiant celeres uela negata noti.
Securos pueri neglecta perambulat artus
Et nocet artifici uentus et unda nihil.
Vt peccare uelis cum feceris omnia: falli
Non potes: arte opus eſt ut tibi parma cadat.

De natali Cæſoniæ.

Prima palatino lux eſt hæc orta tonanti
Optaſſet cybele qua peperiſſe iouem.
Hac et ſancta mei genita eſt cænoſia ruffi
Plus debet matri nulla puella ſuæ.
Lætatur gemina uotorum ſorte mãritus.
Contigit hunc illi quod bis amare diem.

De uoto philenis.

Tarpeias diodorus ad coronas.
Romam cum peteret pharo relicta
Vouit pro reditu uiri philenis.
Illam lingeret ut puella ſimplex
Quam caſtæ quoque diligunt ſabinæ.
Diſperſa rate triſtibus procellis
Merſus fluctibus obrutuſque ponto.
Ad uotum diodorus enatauit
O tardus nimis et piger maritus:
Hoc in littore ſi puella uotum
Feciſſet mea protinus rediiſſem.

In ponticum.

Pontice quod nunq̃ futuis: ſed pellice læua
Vteris: et ueneri ſeruit amica manus.
Hoc nihil eſſe putas: ſcelus eſt mihi crede ſed igẽs
Quãtũ uix animo concipis ipſe tuo.
Nempe ſemel futuit: generaret oratius ut tres
Mars ſemel: ut gemínos ilia caſtra daret.
Omnia perdiderat ſi maſturbatus uterque
Mandaſſet manibus gaudia fæda ſuis.

Prima: nono calendas nouẽbris natus eſt Domitianus: eodẽ die Cæſonia ruffi nata erat. Ruffus igitur eũdem diem natalẽ & uxoris domitiãi celebrat. Hæc lux: nono calẽdas nouembris. Cibele: Rhea mater deoꝝ. Ruffi: ſanctonici gallici: ſanctones populi galliæ. Debet: quia nata fuit eodem die quo Domitianus. Bis: duabus de cauſis.

Tarpeias. Multi fuerunt Diodori: zonas: orator Diodorus: grammaticus. Diodorus qui hiſtoriã edidit tẽporibus Tiberii: Diodorus citarœdus tpibus ueſpaſiani: cuius arte prĩceps delectatus eum donauit & ingẽti pecunia: & multis donis aureis. Cũ Romã: ĩquit poeta nauigaret & ægypto: Philenis uxor uouit ſi maritus incolumis rediret ſe paſſurã ut ſimplex puella ſibi lamberet cũnũ. Reuerſus ẽ: ſed naufragus: o tardum maritum ait Mar. nã ſi puella mea tale uotũ feciſſet: ſtatĩ a littore ipſo eẽm reuerſus.

Oſtendit enim puellam ſuam ĩmũda fœmora habere: & idigeſ purgãte lĩgua Tarpeius fuit citarœdus Veſpaſiani auctore trãquillo. Pharo: ægypto: Triſtibus procellis: triſti naufragio.

Pontice. Maſturbari a uerbo græco tractũ ẽ: nã ſignificat lenocinio cõciliare: unde ipudice tractaſ mẽbra uirilia dictũ ẽ maſturbari. Oratius ut tres: ſequimus albanus habuit geminas filias: quarum altera nupſit Oratio romano: altera Curatio albano: utraque trigemínos peperit Oratios. ſ. trigemíos: & curatios: ut & hiſtoria Dionyſii tradit: & Pli. in. vii. fieri poſſe ratiõe naturæ affirmat.

Campis. Stella optabat ſúmopere cõſulatũ a Domitiano: rogat poeta Apollinẽ poetarũ numẽ: ut Domitiano ſuadeat hoc efficiat ut ſtella habeat cõſulatũ: uouet iuuencũ auratis cornibus: ex huius deſiderio: ita Venus uaticinatur apud Papiniũ de ſtella apud Violantillã loquẽs. lãque parens latius cuius prænoſcere mẽtẽ. Fas mihi purpureos habitus iuuenique curule. Indulgebit: ebur. Campis murinis: chriſſa oppidũ ẽ iuxta thebẽ ciliciæ: templũ Apollinis ſminthei: cuius meminit Euſtachius in primũ iliados: meminit præterea Strabo ambigitque an idem ſit apollo cilleus & ſmintheus. illud autẽ conſtat ſmintheũ dictũ a muribus uel cõſecratis: uel illic abũdantibus quos ſmintheas appellãt. Cõfirmat hoc Euſtachius ex mure: quẽ ait fuiſſe iſculptũ ſtatuæ ſimulacri illius: nec mirum a muribus appellatũ Apollinẽ nã & hercules conopio apud cereos colitur: quoniã conopas. i. culices extinxerit. Boetii pronopionẽ Apollinẽ colũt: quoniã culices: quos ipſi pronopas uocãt ſuſtulerit Smintheus igitur Apollo latie dicitur muriuus a mure: & cãpi murini dicũt cãpi Apollinis ſminthei. Quod ãt nõnulli legũt cãpis murinis a muría urbe æoliæ nõ cõuenit: nã eã illic fuiſſe urbẽ Homerus qdẽ & ſtrab. & Ptholemeus ſcribũt: ſed illic cultũ Apollinis nõ reperio. Præterea a murina diceret cãpus mirineus non ãt mirinus. ſyllabã a primitiuo mutat a mure murinus corripit: qd' dãdũ ẽ poetæ i uerbo qd' recẽs pro ſmitheo deriuauit: q̃uis Pli. ordeũ murinũ dixerit a muribus: Sic murinis: ita ſcriptũ ẽ i antiquiſſimis codicibus: ſed recẽtiores deprauati Semurinis habẽt. Legatur igitur ſic ſis diues o Apollo cãpis murinis. i. ſic religioſiſſime colaris i. cãpis ſmintheis tibi dicatis: Homerus. Smintehu præclare tendi dominator Apollo. Sẽibus cygnis: nã cygni ſenes dicati ſũt Apollini auctore Cicerone in tuſculanis quæſtionibus: qm̃ uaticinãtur ſibi mortẽ cantu: uatũ ãt deus ẽ Apollo. Et cũ futura prædicere putẽtur corui: eadẽ de cã Apollinis numini ſũt dicati. Sorores: muſæ.

Ipſam crede tibi naturam dicere rerum.
Iſtud: quod digitis pontice perdis: homo eſt.

Ad Apollinem.

Campis diues apollo murinie
Sic ſemper ſenibus fruare cygnis
Doctæ ſic tibi ſeruiant ſorores:
Nec delphis tua mentiatur illi.
Sic palatia te colant amentque
Bis ſenos cito me rogante faſces.
Det ſtellæ bonus annuatque cæſar:
Fœlix tunc ego debitorque uoti:
Caſurum tibi ruſticas ad aras.
Ducam cornibus aureis iuuencum.
Nata eſt hoſtia phœbe: quid moraris?

De ſtatu Herculis.

Hic qui dura ſedens porrecto ſaxa leone
Mitigat exiguo magnus in aere deus.
Quæque tulit ſpectat reſupino ſydera uultu.
Cuius leua calet robore: dextra mero.
Non eſt fama recens nec noſtri gloria cœli.
Nobile lyſippi munus opuſque uides.
Hoc habuit numen pellæi menſa tyranni:
Qui cito perdomito uictor in orbe iacet.

Delphis: ſacerdos tua quæ delphis eſt: & delphis dicit. Doctæ: an pp fortunã: q̃ fortuna ẽt p̃dicebat ſub imagine duarum ſororũ. Papinius. Et prænestinæ poterãt migrare ſorores. Erant & ſorores dodoneæ: ſed placet de fortunis potius. Palatia colãt: nã i parte palatii erat coloſſus Apollinis. Debitor uoti. i. reus uoti. Cornibus aureis. i. frõte aurata: nã auctore Plinio hoſtiarum cornua inaurabantur. Vnde illud Virgilii aurata frõte pro auratis cornibus accipiẽdũ ẽ. Moraris: ceſſas rogare Domitianũ ut det cõſulatum ſtellæ.

Hic. Vindex ciuis temporibus Domitiani notus carmine Papini habebat poculũ: quod tenebatur manu Herculis ex aere. Hic poculum apte apellat Papinius herculẽ epitrapegion: nam epitrapegia dicuntur uaſa quæ ſunt apta menſis. Lyſippus opus efinxerat: fuerat ãt prius hoc alexandri: & de eo loquitur plutarchus: cũ ait nondum empto Herculis ſcypho: poſtea perunerat ad Hãnibalem: tertio ad Syllam. papinius: pellæus habebat Regnator lætis numen uenerabile menſis. De Hannibale: Mox naſamoniaco decus admirabile regi. De Sylla Conuiua Sybillæ Cœnabat ſemper. Sibyllæ: ideſt Syilæ: nam qui primus eſt Sylla: ut docuit Macrobius. Laudatur ergo Hercules epitrapegius a Martiale. Quemadmodum a Papinio: hic deſcribit poculum. Porrecto leone: cum pelle leonis ſtrata ſupra ſaxum. Aere exiguo: & ita Papinius paruitatem admiratur: Dextra: quia in manu habebat pateram. Non eſt recens fama. i. non eſt nuper ſculptus. Cælii noſtri. i. artificii noſtrorum tẽporum. Lyſippi: Papinius de eodem: Seſeque uidendum indulſit Lyſippe tibi. Tyrãni pellæi: Alexandri. Numen hoc. i. poculum: in quo Hercules erat ſculptus. Iacent prius: iacuit in babylonia poſtea delatus eſt i ægyptum: nam Ptholemeus ægyptius urnam abſtulit Perdicæ qua reliquias Alexandri in Macedoniam geſtabat: ut Strabonis noſtrorũq; monumẽtis accepimus: collocauit autẽ in

litcolo aureo:quē Coctas syrus subripuit. Puer:nouē annoꝝ. Iurauerat hūc:hoc falsū ē:nā ita iurat apud Siliū:Hāc mētē piuro nostri p numina Martis p manes regina tuos. Voluit aūt hoc ostēdere Mar. possessū fuisse ab Hānibale. Hic:Hercules. Syllā ponere. i. dictaturā: & hoc falsum ē: Nā Sylla dictaturā deposuit:exterritus quadā umbra ī sōnis:quæ eū uocabat:ut appianus scribit: uel ut idē tulit spōte ciuili metu:sed īgenioſe poeta uoluit ostēdere p hoc fuisse possessū a Sylla. Variæ aulæ:modo Alexādri:modo Syllæ. Priuatas domos. i. priuatā domū Vindicis sine īperio.

Hunc puer ad libycas iurauerat hannibal arās
Iusserat hic syllam ponere regna trucem:
Offensus uariæ tumidis terroribus aulæ
Priuatos gaudet nunc habitare lares.
Vt quæ fuit quondam placidi conuiua molorchi:
Sic uoluit docti uindicis esse deus.

De eadem statuæ.

Alcidem modo uindicis rogabam
Esset cuius opus laborque felix:
Risit:nam solet hoc:leuique nutu
Græce nunquid ait o poeta nescis?
Inscripta est basis:indicatque nomen.
Lysippum lego:phidiæ putaui.

Ad Marcellinum.

Miles hyperboreos modo marcelline triones
Et getici tulerit sydera pigra poli
Ecce prometheæ rupes et fabula montis
Quam prope sunt oculis nunc adeunda tuis.
Videris immensis cum conclamata querelis
Saxa senis:dices durior ille fuit.
Et licet hoc addas:potuit qui talia ferre
Humanum merito finxerat ille genus.

In Gelium:

Gelius ædificat semper:modo limina ponit
Nunc foribus claues aptat emitque seras:
Nunc has nunc illas mutat reficitque fenestras
Dum tamen ædificet quidlibet ille facit.
Oranti nummos ut dicere possit amico
Vnum illud uerbum gelius ædifico.

In panicum.

Democritos zenonas inexplicitosque platonas
Quicquid et hirsutis squalet imaginibus.
Sic quasi pythagoræ loqueris successor et hæres
Præpendet mento nec tibi barba minor.
Sed quid et hircosis serum et turpe pilosis
In molli rigidum clune libenter habes?
Tu qui sectarum causas et pondera nosti.
Dic mihi præcidi panice dogma quod est.

Alcidē. Idē argumētū. Vīdicis:amici
Nescis græce. i. nescis līas græcas. Basis:fūdamētū cuiusq; rei. Lisippu:genitiuus græcus lysippu. Phidiæ putaui: dicit poeta se putasse opus phidiæ ob excellētiā opis:nā phīadas simulacris deorū maiestatē addidit supra cæteros opifices:ī eoq; obtīuit palmā:ut Pli. scribit.

Miles. Marcellinū populare suū eūtē ī Scythiā hoc epigrāmate ꝓseqūt: Caucasus mōs ē īdiæ:ea parte qua uergit ī Scythiā:ī eo Prometheus Iapeti & Asiæ filius ad saxū religatus pœnas formati hominis dabat:aqla uiscera corrodēte. Liberatus aūt ē sagittis Hereulis qđ nunq̄ pmisit Iupiter nisi ea cōditōe:ut annulū ferreū gestaret īdiciū uīculoꝝ:unde nō nulli annuloꝝ originē ductā uolūt:Scribit hoc aperte Probus:sub obscure Pli. ī uerbis. Itē annulus Promethei īdicium supplicii. Monet amicū Mar. īspecturū saxa caucasi:ad quæ si poterit credere religatū Prometheū:poterit etiā sibi ꝓsuadere eūdē finxisse hominē primū. q. d. utrūq; eē fabulosum:de Marcellino supra. Triones hypboreos. i. septētrionē. Et esto q; tuleris. i. ptuleris: Sydera pigra. i. ursā minorē & maiorē. Pigra: q̄ nō occidūt. Fabulas mōtis. i. fabulosus caucasus. Videris īmēsis:dissuadet ne eat. Saxa:caucasea. Cōclamata:cōtusa clamoribus Promethei. Ille:Prometheus. Et licet: poteris tā supra hominē est potuisse perferre Caucasum montē: quā finxisse hominē.

Gelius. Geliū nihil donātē accusat: q sēper aliquid ædificabat ut hac excusatione petētes aliqd amicos reiiceret. Limina:sapides q sustinēt superiores partes hostii:undē sublimis. Quidlibet etiā rem minimam.

Democritos. Pānicus quotidie de grauioribus philosophoꝝ sectis disputabat cū esset nobilissimus: & draucis seruiret ait poeta se extimare eū esse doctissimū philosophū & stoicū & epicureū & academicū: de qbus quotidie loqbat: sed tñ cupere itelligere colere draucos q; dogma sit Democritus auctor epicureæ: Zeno auctor stoicæ:plato academicæ Implicitos:recōditæ doctrinæ. Pythagoræ:unde manauit philosophia. Perpēdet:prolixa est. Hircosis:hircosi homīnes uirilitate maleolentes. Catullus: Vale sub alarum trux habitare caper. Iuue. Hispida membra quidē:& illud. Et de uirtute locuti Clunem agitant.

Hæredē. Gallicus dixerat Martiali ſcripſiſſe hæredē ī quartā partē bonorū: quod & putās & ſperās poeta: miſit multa munera: demū aprū: ad quē multis a gallico ſuitatis ipſe quoq; fuit cōuiua: ſed ne coſta ei quidē data eſt: quid ſquit ſperē de tuo teſtamēto Gallice: cū de meo nihil dederis.

Quis dānet libēter ſua uota. i. qs ē q nolit credere ſua uota & id qđ optat. Fouimus: ſubſtituimus miſſis minoribus. Aprū laurētē: ex apro laurēte. Calidon: urbs ætoliæ. i. puta ueris hūc eē aprū īl lū quē īterfecit Meleager. Callida: aſtuta quæ uenaī cōuiuiū. Hæſi: adductus ſui. Quadrante. i. quarta parte tuorū bonorū. Vncia nulla uenit ad nos refert qa dixit quadrātē.

Hæc ē. Togā miſſā a parthenio: Parthenius ſignificat q hēt uirginalē aſpectū: iā tritā ita cōmiſeraī: ut aliā petat. De hac toga ſupra. De toga facundi mihi gratū munus amici. Partheniana: miſſa eſt a Parthenio. Facundi: de quo alibi. Nā qs abaonio largius ane bibit. Auctoris: Parthenii. Tribules paupes appellāī: q extra cēſū ſūt a ſola tribu appellati. Cōtribules aūt dicūtur eiuſdē tribus. Martialis niueā togā appellat tritā: ſupra. Quiſ qs te niueā dicit hēre togā. Partheniana. i. digna parthenio. Mea eſt: digna me paupere.

Ingeniū. Gaurus Martialis īgeniū laudabat: ſed ita ut puſillū diceret: & ī breui carmine uerſari: poeta ait eum facere maius opus q ſcribit bellū troianū. xx. libris: ſed maiorē eſſe laudē ſuā q faciat puerū Bruti: & lagonē uiuos: q̄ Gauri: q facit gigātē luteū. Puer Bruti paruæ admodū ſtaturæ fuit: & fictilis fiebat. In diſtichis: Gloria tā parui ñ ē obſcura ſigilli Iſtius pueri Brutus amator erat. Huius meminit Pli. ſcribit. n. Brutum huic puero amādo cognomen dediſſe a Sylla nione cognomine iſano fictū fuiſſe æneum. Lagon & caius: pane dulciario effīgebāī: ſpargebāturq; ī theatro diebus ſaturnalitiis a lagone fecit diminitiuū Papinius molles caioli: lagunculiq;: paruæ ſtaturæ pueri hi ſūt ī hiſtoria lagonis pueri meminit Pli. ī ſtatuariis. Luciſcus īqt Lagona pueꝝ ſubdolæ ac fucatæ uernitatis: hi aūt eiuſdem exiguitatis fuerūt. Canopas duoꝝ pedū & palmi in delitiis Iuliæ neptis Auguſti. Andromeda liberta Iuliæ Auguſtæ: Lucius adoleſcēs minor bipedali meſura ī menſa uoce. Syſiphus pumilio Marci Antōii. Pueꝝ Bruti q ſolet eē fictilis: & lagōa: q ſolet effīgi pane dulciario: & fictili ope: aut æneo: ut apud Pli. Facimus inqt res paruas uiuas: tu res magnas luteas & plāemortuas.

Quod. Lucanus extictus ē: de quo ſupra. Si Lucane tibi epitaphiū eſt. Ante mori: ante fratrē. Minor natu: Caſtor ſenis meſibus. Caſtor & pollux ſibi īuicē ſuccedebāt ī cælo: ſenſus poetæ eſt: tāta eſt pietas tua erga fratrem Lucane: ut etiā ſi poſſes redire ad ſuperos:, ut frater tibi ſuccederet ritu Caſtoris & pollucis nolles: imo moneas Caſtorē: ut eadē pietate ī pollucē fratrē utaī: ſinatq; eum uiuere: ipſe apud inferos permaneat.

In Gallicum.

Heredem cum me partis tibi gallice quartæ
Per tua iurares ſacra caputque tuum.
Credimus: quis enim damnet ſua uota libenter?
Et ſpem muneribus fouimus uſque datis.
Inter quæ rari laurentem ponderis aprum
Miſſimus ætola. de calidone putes:
At tu continuo populumque patreſque uocaſti:
Ructat adhuc aprum calida roma meum.
Ipſe ego: quis credat: conuiua nec ultimus hæſi.
Sed nec coſta data eſt cauda ue miſſa mihi.
De quadrante tuo qui ſperem gallice: nulla
De noſtro nobis uncia uenit apro.

De partheniana toga.

Hæc eſt illa meis multum cantata libellis
Quam meus edidicit lector amatque togam:
Partheniana fuit: quondam memorabile uatis
Munus: in hac ibam conſpiciendus eques.
Dum noua: dum nitida fulgebat ſplendida lana
Dumque erat actoris nomine digna ſui.
Nunc anus et tremulo: uix accipienda tribuli:
Quam poſſis nineam dicere iure tuo.
Quid non longa dies: quid non conſumitis anni?
Hæc toga iam non eſt partheniana: mea eſt.

In Gaurum.

Ingenium mihi gaure probas ſic eſſe puſillum
Carmina quod faciam quæ breuitate placent.
Confiteor. ſed tu bis denis grandia libris
Qui ſcribis priami prælia: magnus homo es:
Nos facimus bruti puerum: nos lagona uiuum
Tu magnus luteum gaure giganta facis.

De Lucano et Tullo.

Quod ſemper ſuperos inuito fratre rogaſti:
Hoc lucane tibi contigit ante mori.
Innuidet ille tibi: ſtigias nam tullus ad undas.
Optabat: quamuis ſit minor: ire prior.
Tu colis eliſeos nemoriſque habitator amæni
Eſſe tuo primum nunc ſine fratre cupis.

Et si iam nitidis alternus uenit ab astris
Pro poluce mones castora: ne redeat:

Ad Quintum.

Si credis mihi quinte: quod mereris
Natales ouidii tuos apriles:
Vt nostras amo martias calendas.
Felix utraque lux diesque nobis.
Signandi melioribus lapillis
Hic uitam tribuit: sed hic amicum
Plus dant quinte mihi tuæ calendæ.

Ad eundem

Natali tibi quinte tuo dare parua uolebam
Munera tu prohibes imperiosus homo es.
Parendum est monitis: fiat quod uterque iubemus
Et quod utrunque iuuat: tu mihi quinte dato.

Ad cognatum.

Si mihi picena turdus palleret oliua.
Tenderet aut nostras silua sabina plagas:
Aut crescente uadis traheretur arundine præda
Pinguis: et implicitas uirga teneret aues:
Cara daret solenne tibi cognatio munus
Nec frater uobis: nec prior esset auus.
Nunc sturnos inopes fringuillarumque querelas
Audit et arguto passere uernat aget.
Inde salutatus picæ respondet arator.
Hinc prope summa rapax miluus ī astra uolat.
Mittimus ergo tibi paruæ munuscula cortis
Qualia si recipis: sæpe propinquus eris.

Ad Flaccum.

Luce propinquorum qua plurima mittitur ales:
Dum stellæ turdos dum tibi flacce paro:
Succurrit nobis ingens oneroſaque turba:
In qua se primum quisque meumque putat.
Demeruisse duos uotum est offendere plures
Vix tutum: multis mittere dona: graue est.
Qua possum sola ueniam ratione merebor.
Nec stellæ turdos: nec tibi flacce dabo:

De Splendophoro.

Splendophorus libycas dīi petit armiger urbes:
Quæ puero dones tæla cupido para.
Illa quibus iuuenes figis molleſque puellas:
Sit tamen in tenera leuis et hasta manu.
Loricam clypeumque tibi galeamque remitto:

Alternus: uice sua.

Si. Qu. Ouidius natus erat mense aprili: Martialis mense martii. Quod: quā rem: ut amē tuum natalem æque ac meum. Lapillis: Persius hunc macrine diem munera meliore lapillo.

Si mihi Picena. Munera cortis sūt gallinæ: & alia altilia: ea nō ferme mittebātur nisi a rusticis: mittuntur autem nūc a Martia, caro cognato suo. Qua ī re ne subrusticus uideatur causas affert quare mittat: quia scilicet non habeat alia: mittit autem hæc: quoniam dies festus cognatos celebrat: nam cognati quodā die conueniebant: mittebantque mutuo munera eum diem charistia appellantes a χαρισ: quod significat gratiam: ad grātiam enim: & amorem seruādum id agebant. Ouidius auctor est ī fastis fringuillæ aues. Voce: fringuare. Martius in Cassina. Quid frīguatis. Vernat amœnus est: & uergit. Arguto: canoro. Picæ: aui: nā pica salutatoria est: ut in distich. Et apud Persium. Sæpe propinquus. i. sæpe accipies tāquam propinquus nam die etiam quo charistia non agētur mittam munera.

Luce: locatur in Stellam & Flaccū poetas quibus die propinquorum statuerat mittere turdos: sed tam multi poscebāt ut turius putet non mittere duobus quā multos offēdeř. Propīquoq: affiniū cū charistia aguntur. Demereri: est beneficio conciliare. Columella: Demerenda est uxor aliquo beneficio rusticano. Merebor ueniam. i. a nemine accusabor.

Splendophorus: Splendophorum Domitiani Tyronem euntem in Libyam carmine prosequitur: appellans Cupidinem ut tæla paret digna tanto puero.

Armiger: tyro. Remitto tibi clypeum: idest sino ut non des clypeum.

Tutus:illæsus uulneribus. Parthenopeus:filius Meleagri:& Atlátæ formosissimus:qualis describitur a Papinio in quarto thebaidos:Iturus ad bellum theba.Pulchrior haud ulli triste ad discrimẽ ituro Frons fuit in siluis:qualis bellis iam casside missa.Parthenopeus erat. Lubrici dicuntur uultus iuuenum.Vel a similitudine locorum lubricorum.Vel quia multos in errorem impellant. Lubricum ætatis a Quintiliano dicitur:cum nõdũ quis ad ætatẽ peruenit adultã sed facile labi potest:

Nil:Ansæ dicuntur partes quibus uasa capiuntur:uetera corinthia dicit quoniam æs corinthium quod in maximo precio habebatur iam pene obsoluerat:et noua uasa ex alio ære fiebãt. Nec crus compede:crus serui in ergastulis. Lubricum:attritum:

Decenni compede:idest uinculis decẽ annorum. Recutita:noua cute restituta. Mulæ ruptæ iam deficientis.Recutiti etiã dicuntur iudæi circunsecti.Persius.Recutitaque sabbata palles.

Salebræ:saxa eminentiora:& orationem incultam salebras dixerunt auctore Festo. Lapilli:supra:Tritis littoris aridi lapillis. Vinea tusca:in ergastulo ætruriæ:supra:Et sonet innumera compede tuscus ager. Tribulis:Et tremulo uix accipienda tribuli. Muliones:dicebãtur esse darii:nam primi muli fuerũt qui currum ueherent.Iccirco apud Suetoniũ mulionibus canusmatis:idest esse dariis expone. Dens apri:nam dentes aprorum crebra elimatione atteruntur.

Nympha.Cesius sabinus umber amicus erat.M.supra:Nosti si bene Cesium libelle mõtanæ decus umbræ sabinum: hic domum fonte amœnissimo excoluerat:poeta mittit carmina emendanda: alloquiturque fontem Cesii: sed tamen ex hoc dicit omnes posse ĩtellig ere quãti faciat carmina sua:cũ ea mittat ad fontem quasi mergẽda. Pio munere:idest munere suæ pietatis. Sarsina:oppidum umbriæ lactis abũdans. Sollicitos:qui timent iudicium Cesii. Fueris unda pegasis:idest ego putabo te fontem pegasẽum. Nympharum: aquarum. Quid debeat fieri libris:ut imergantur: nam ut sæpe est dictum quum carmen deprimit aquis mergendum dicit: quanti inquit mea carmina faciam quænunc mitto:ex hoc potest cognosci quod ea dico nymphis:idest aquis:de quibus hoc epigrammate est locutus.

In septis:Mamurra temporibus Cæsaris floruit natus formiis: ut Cornelius scribit:& eques romanus.hic laceratus ẽ carmine Catulli ueronensis.In quẽ carmẽ extat Hic Mamurra alius deridetur a.M.quod gloriabundus obierit omnia septa:ubi res erant uenales præciosissimæ singulorumque precia poposcerit: tanquam empturus:sed tandem discedẽs emerit duos calices:& ipse tulerit secum carens puero:In septis:idest campo martio. Roma aurea: idest diuites romani. Vexat opes:expendit iactat.Pueros molles:qui uenales erant. Primæ casæ:idest tabernæ expositæ & uiles. Prostituere:habent uenales.

Tutus ut inuadat prælia nudus eat
Non iaculo:non ense fuit læsusque sagitta:
Casside dum liber parthenopeius erat.
Quisquis ab hoc fuerit fixus morietur amore:
O fœlix:siquem tam bona fata manent:
Dum puer es redeas.dum uultus lubricus et te:
Non libyæ faciat:sed tua roma uirum.

In Edilum.

Nil est tritius edili lacernis:
Non anse ueterum corinthiorum.
Nec crux compede lubricum decenni:
Non ruptæ recutita colla mulæ.
Nec quæ flamineam secant salebræ:
Nec qui littoribus nitent lapilli.
Nec tusca ligo uinea politus:
Nec pallens toga mortui tribulis:
Nec pigri rota quassa mulionis.
Nec rasum cauea latus bisontis
Nec dens iam senior ferocis apri.
Res una est tamen:ipse non negabit:
Culus tritior edili lacernis.

Ad nympham.

Nympha sacri regina lacus cui grata sabinus:
Et mansura pio munere templa dedit.
Sic montana tuos semper colat umbria fontes:
Nec tua baianas sasina malit aquas.
Excipe sollicitos placide mea dona libellos:
Tu fueris musis pegasis unda meis.
Nympharũ tẽplis quisquis sua carmina donat:
Quid fieri libris debeat ipse monet.

In Mamurram.

In septis mamurra diu multumque uagatus:
Hic ubi roma suas aurea uexat opes.
Inspexit molles pueros oculisque comedit:
Non hos quos primæ prostituere casæ.

Cataſtæ:officinæ: Mea turba:ideſt pauperum. Satur:inſpectis pueris. Opertos orbes.ideſt mẽſas citreas. Popoſcit:a magiſtro. Ebur:dentes eburneos:quibus menſæ ſuſtentabantur.Pinguæ:lubricum. Teſtudo:animal notum.Teſtudo item genus ædificii.Cicero.Galbam omnibus excluſis commentatum in quadam teſtudine cum ſeruis litteratis fuiſſe. Operiebantur autem lecti diſcubitorii teſta teſtudinis ſecta in lammas:quod Caius Aruilius Pollio primus inſtituit.Feneſtella ſcribit tẽporibus Tyberii triclinia teſtudinea ueniſſe in uſum:antea fuiſſe lignea:& rotunda. Exaclinon: ſignificat lectum diſcubitorium:qui ſex capiat:ut triclineum qui tres.Teſtudineum:dicitur a forma:ut dixi teſtudinis: Nã antea erant rotunda:poſtea quadrata:demum teſtudinea:ſimul teſtudineũ a lammis teſtæ teſtudinis quibus operiebatur. Suo citro:ideſt ſuæ mẽſæ citreæ

Sed quos arcanæ ſeruant tabulata cataſtæ.
Et quos non populus nec mea turba uidet.
Inde ſatur menſas et opertos exuit orbes:
Expoſitumque alte pingue popoſcit ebur.
Et teſtudineum menſus quater exaclinon:
Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo.
Conſuluit nares:an olerent æra corinthon:
Culpauit ſtatuas et polyclete tuas.
Et turbata breui quæſtus cryſtallina uitro:
Myrrina ſignauit ſepoſuitque decem.
Expendit ueteres calathos:et ſiqua fuerunt:
Pocula mentoria nobilitata manu.
Et uirides picto gemmas numerauit in auro.
Quicquid et in niuea grandius aure ſonat.
Sardonicas ueros menſas quæſiuit in omnes:
Et precium magnis fecit hyaſpidibus.
Vndecíma laſſus cum iam diſcederet hora:
Aſſe duos calices emit:et ipſe tulit.

De Corona roſea.

Seu tu peſtanis genita es:ſeu tyburis aruis:
Seu rubuit tellus tuſcula flore tuo.
Seu preneſtino te uillica legit in horto.
Seu modo campani gloria ruris eras:
Pulchrior ue noſtro uideare corona ſabino.
De nomentano te putet eſſe meo.

De Platano cordubenſi.

In tharteſiacis domus eſt notiſſima terris:
Qua diues placidum corduba bætin amat.

Corinthium æs:ut dictũ eſt in magno erat precio:ſed poſtea promiſcuum fuit ut quæ corinthia nõ eſſent corinthia tamen dicerentur:unde porticus Romæ a Cneo Octauio ſtructa ad circum flaminium corinthia dicta eſt a capitulis colũnarũ æneis:quãuis corinthia non eſſent Polycletus in ſtatuis uſus eſt ære non corinthio ſed deliaco:auctor eſt Plinius:ic circo culpatur hic a Mamurra. Conſuluit nares:an uaſa ærea eſſent corinthia Culpauit:quia erãt ex ære deliaco:quo ille eſt uſus:ut ſcribit Pli. Turbata:uitiata modico uitro. Myrina:uaſa humor erat denſatus ſub terra ĩ ſpeciem uitri maculoſi:& non nihil commendabatur odore auctore Plí.Calathus ſignificat calicem uinarium.Virgi.Vina nouũ fundam calathis aruiſia nectam:& in diſtichis calathi: Nos ſatyrus nos bacchus amat. Veteres:archetypos. Et uirides & ponderauit calices gemmatos:Calices enim apud antiquos ſmaragdo inſerta ornabantur:de his ĩ diſtichis gemmatũ ſcythicis ut liceat ignibus aurum.Scythicis ignibus:ideſt ſmaragdis:nam ſmaragdi ſcythici reliquos ſuperant:cum habeant maiorem aſperitatem:& minus uitii. Virides gemmas:ideſt ſmaragdos. Ab aure niuea:de eléchis & crotalis ĩtelligit:nam crotala grandiores margaritæ ex conchis auribus mulierum addebantur ut ſonitu delectarent.Virg.Criſpũ ſub crotalo docta mouere latus. Idẽ Plinius de margaritis. Veros:non uiciatos.Sardonice uſus eſt primus ſuperior africanus. Fecit precium:obtulit precium. Hyaſpides:lapides tantæ magnitudinis:ut Pli. teſtetur ſe uidiſſe hyaſpidem duodecim unciarum:unde imago Neronis thorachata ſit expreſſa. Laſſus:longa luſtratione. Ipſe tulit:quia carebat puero:ſupra:Nunquam nequior fuit clauis. Seu tu:Poetis roſaceæ coronæ mittebantur ad menſam exhilarandam:ita nunc mittitur corona a.M. Ceſio:cui dicit fore gratiorem ſi putauerit roſam illam natam eſſe in ſuo agro nomentano.erat enim amicus ceſius Sabinus putet te de nomentano meo. Ruris campani:ubi erant pulchræ.

In Tharteſſiacis.Platanũ celebrat carmẽ quæ dicitur plãtata fuiſſe ĩ agro cordubenſi a cæſare: de hac nihil ĩ hiſtoria extat quãuis legamus platanũ fuiſſe ĩ lycia modo domicilii cõcauã & caliculæ in agro ueliterno:& in creta ſub qua fuerunt Iuppiter cũ Europa concubuiſſe:& delphis quæ facta dicitur manu agamẽnonis:hæ ſunt platani memorabiles:de platano aũt cæſariana nihil extat præter hoc carmen. Tharteſſiacis:hiſpanis:Betis tharteſſus dictus eſt ut Stra.ſcribit. Corduba:oppidũ bæticæ. Amat:proximum habet:Lanæ bæticæ fuluæ ſunt in ſpeciem auri ſine ullo medicamẽto.

Metallo natiuo:ideſt naturali & inſito colore. Bractea:lammina auri. Linit:uidetur línire & inaurare. Pecus heſperium:ideſt oues hiſpanas. Stat:ſurgit. Dextera fœlix:uictrix. Auctorem: plantatorem. Syrinx:nympha archadiæ:quam Pan perſecutus eſt uſque ad Iadonẽ flu. ubi illa ope aliarum nympharum conuerſa eſt in calamos paluſtres unde Pan phiſtulam compoſuit. Sera phiſtula:ideſt ſyrinx. Lyæo Baccho celebrante conuiuia. Mero effuſo:ideſt affuſo uino:nam platani auctoribus Pli. & Macrobio uino aluntur:deo ut Hortenſius petierit a Cicerone diem actionis commutari:quoniam ipſe erat eo die iturus in tuſculanum ad platanos ſuas uino irrigandas. Externis:non uiſitatis. Dicere nemoroſas:quia ſpõte proueniebãt.

Perpetuos honores:ideſt perpetuam uiriditatem:nõ manus Pompeii uicti: ſed Cæſaris uictoris.

Tinctis:Phileniſ quid ageret illi duo uerſus docuerunt:Dii mentem tibi dent tuam Phileni cum nos lingere: quæ putas uirile: hæc purpureis ueſtibus utebatur quæ male olebant apud antiquos: ſupra:Quod bis murice uellus inquinatum:utebatur igitur iis philenis:nõ propter colorem ſed propter odorẽ:cui lingendis cunnis erat aſſueta.

Ad cœnam:locus eſt phœbũ paſci mẽtula:quoniam eius cauſa inuitatur a cinædis:qui ita paſcitur:non poteſt habere purum os:nam hic mẽtula uidebatur paſci & mentulam deglutire.

Herculis:Germanicus ſtrauit uiam appiam ea parte qua paludes intercludebãtur:uel harenæ:ut ſcribit Papi. & quæ nunc ſolidum diem terebat:Horatæ uia facta uix duarum:carmen eſt Papi. Herculeſ autem traiecturus armenta Gerionis uiã. vii. ſtadiorũ muniuit iuxta auernum ad littus germanicus Hercules maior appellabaſ. In hoc opere præſertim herculem appellat quoniam ita appiam quam Papi. domitianam nominat ſtrauerat:quemadmodũ Hercules olim uiã herculeam ad auernum:poeta nunc tantum hic templi Domitiani meminit: in quo ſub nomine Herculis colebatur: & alibi: Appia. quam ſimili uenerandus in Hercule Cæſar. Papi. ſolus longiore carmine ſtratam uiã proſequitur. Erat autẽ hoc templum in hac uia ad octauum lapidem. Deſcẽdere:quia colebatur ſub nomine magni Herculis:quẽ uult aſſentando uideri eſſe iferioris numinis quã ſit Domi. Regna triuiæ:nam ſacerdotes triuiæ arcinæ reges dicebãſ:ut apud Flaccum in argonautis:Immitis aritia regi:Et Papinium in ſiluis: Et Tranquil: regem nemorenſem appellat illũ ſacerdotẽ in Caligula:Lõga extat apud Stra. hiſtoria de ſeruis inter ſe pugnantibus: de eo ſacerdotio Oui. in faſtis meminit. Regna nemoroſa:quia diana dicebatur illic nemorenſis. Hunc maiorem:ideſt Do. Securus homo:ideſt nihil magni cogitans aut optans. Illi:ideſt herculi minori:quaſi dicat magna hic petũtur:ab Hercule minore parua.

Vellera natiuo pallent ubi flaua metallo:
Et linit heſperium bractea uiua pecus.
Aedibus in mediis totos amplexa penates:
Stat platanus denſis cæſariana comis:
Hoſpitis inuicti poſuit quam dextera fœlix:
Cœpit et ex illa creſcere uirga manu.
Auctorem dominumque nemus ſentire uidetur.
Sic uiret:et ramis ſydera cella petit.
Sæpe ſub hac madidi luſerunt arbore fauni:
Sæpe ſub hac latuit ruſtica fronde dryas.
Dumque fugit ſolos nocturnum pana per agros:
Terruit et tacitam fiſtula ſera domum.
Atque oluere lares comeſſatore lyeo:
Creuit:et effuſo lætior umbra mero:
Heſterniſque rubens delecta eſt hærba coronis:
Atque ſuas potuit dicere nemo roſas.
O dilecta deis o magni cæſaris arbor:
Ne metuas ferrum ſacrilegoſque focos.
Perpetuos ſperare licet tibi frondis honores:
Non pompeianæ te poſuere manus.

De phileni.

Tinctis murice ueſtibus quod omni:
Et nocte utitur et die philenis
Non eſt ambitioſa nec ſuperba
Delectatur odore:non colore.

In phœbum.

Ad cœnam inuitant omnes te phœbe cinædi:
Mentula quẽ paſcit nõ puto purus homo eſt:

De ſtatua Do.

Herculis in magni uultus deſcende re cæſar.
Dignatus latiæ dat noua templa uiæ.
Qua triuiæ nemoroſa petit dum regna uiator:
Octauum domina marmor ab urbe legit.

De eadem ſtatua.

Ante colebatis uotis et ſanguine largo:
Maiorem alcidem:nunc minor iſte colit.
Hũc magnas rogat alter opes:rogat alter honores
Illi ſecurus uota minora facit.

Alcide:Idem argumentum. Agnoscende:digne ut agnoscaris. Hercules romæ erat ī foro boario triumphalis ita dictus:quoniam per dies triumphi habitu triumphali īduebatur. Erat item eius colossus in capitolio. Argolico tyranno. Euristeo regi argolico. Euristeus Stellenī filius fuit qui Perseo successit in regnum mycenarum:sed argiuum tenuit:occubuit ad maratonem in prælio aduersus filios herculis qui seruitutē patris ulciscebātur:caput eius corithi est sepultū:reliquæ partes corporis targeti:auctor est Stra. Lychas:qui pertulit tibi tunicā a Deianira sanguíne Nessi uenenatū.

Ad Herculem de eadem statua.

Alcide latio nunc agnoscende tonanti
Postquam pulchra dei cæsaris ora geris.
Si tibi tunc isti uultus habitusque fuissent:
Cæsserunt manibus cum fera monstra tuis:
Argolico famulum non te seruire tyranno:
Vidissent gentes:sæuaque regna pati.
Sed tu iussisses eurystea:nec tibi fallax:
Portasset nesi perfida dona lychas:
Oetei sine lege rogi securus adisses:
Astra patris summi:quæ tibi pœna dedit.
Lyda nec dominæ traxisses pensa superbæ:
Nec styga uidisses tartareumque canem.
Nunc tibi iuno fauet:nunc te tua diligit hebe:
Nunc te si uideat nympha remittet hylam:

Ad Fabullum.

Vxor cum tibi sit formosa pudica puella:
Quid tibi natorum iura fabulle trium:
Qnod petis a nostro supplex dominoque deo.
Tu dabis ipse tibi:si potes arrigere.

In Eschilum.

Lasciuam tota possedi nocte puellam:
Cuius nequitias uincere nemo potest.
Fessus mille modis illud puerile popposci.
Ante preces totas primaque uerba dedit.
Improbius quiddā ridensque rubensque rogaui.
Pollicita est nulla luxuriosa mora.
Sed mihi pura fuit:tibi non erit æschile si uis:
Accipe et hoc munus conditione mala.

In magistrum ludi.

Quid tibi nobiscum est ludi scelerāte magister
Inuisum pueris uirginibusque caput.
Nondum cristati rupere silentia galli:
Murmure iam sæuo uerberibusque tonas:
Tam graue percussis incudibus æra resultant.
Causidicum medio cum faber aptat equo.
Mitior in magna clamor furit amphitheatro:
Vincenti parmæ cum sua turbata fanet.

Securus:sine ulla ui. Oetæi rogi.i.rogi quo cōbustus est ī Oeta mōte. Pœna:mors grauis:quia uiuus combustus fuit.

Lydia:Hercules omphale paruit:ī cuius gratiā uenisse dicitur. Styga:nec adiuisses iferos. Hebe:Iunonis filia sine patre:uxor data herculi post deificationē ut scribit homerus. Hebe quæ fuit filia Iunonis:& habuit odio te:amasset te.

Videat:te:Isto ore:cæsariano.

Vxor:hic petebat ius triū natorū a domitiano:cū haberet pulcherrimā uxorē idē supra dictum est ī Dētonem:Nescio quid te nō belle dente fateris. Deo adverso:domitiano nolēte permittere.

Lasciuā:Eschilus erat irrumator quod supra dixit:Aureolos cur accipit eschile denos:nuper Martialis ait se popposcisse irrumationē a puella:quod illa quidem pollicita est:sed poeta renuit cū pauper sit:nam fellatricibus maius dabatur præmiū:monet Eschilū qui non dubitat id precii dare:ut hanc accipiat etiā si uelit.

Nequitias:blāditias. Popposci:puerile .i.nates. Quiddā iprobius.i.irrumationē. Pura fuit:eā non attigi:ne cogerer maius dare. Mala cōditione:idest magno precio ut supra soluerat.

Quid tibi:Accusat uociferationē magistri triuialis:qui mane pueros obtūdebat uerberibus & uoce:qui cum interpellet ei somnum pacisc itur:ut tantum accipiat:si uelit silere quātum lucratur pro sua uociferatione. Virginibus:quæ eruditur. Hora Discipularum iter iubeo plorare cathedras. Rupere silētia:idest cecinere. Medio equo:statuas equestres ponebāt sibi ipsis causidici in uestibulis suarum ædium ut a clientibus conducerentur & haberentur ī precio. Nemo.n. conducebatur ad causas agendas ut conqueritur Iuue. Nisi stemmata & statuas haberet inuestibulis:notat igitur mores suorū tēporū Martialis:aitque sceleratū magistrū ludi tāto murmure obstrepere quāto resonat officina fabrorum:cū statuā equestrem facit causidico Iuue. Emilio dabitur quātū petit:& melius nos egimus quare huius enī stat currus æneus: alti quadriiuges in uestibulis: atque ipse feroci bellatore sedens curuatum hasti. Ie minatur Eminus:& statua minat præ lia lusca. Equo medio:equestri statuæ.

Parma:nomen proprium pugilis pugiles autē & aurigæ habebāt suas factiones ut meminit Trāquillus magnū ergo uictorem factiosi sequebantur.

Peruigilare:usq; ad lucē:uicēti parma:placet de agathino itelligas:q fæpe parma uiccbat i theatro.
Dixerat:In Cecilianum est epigramma:qui ut se bonum uirum iactaret usurpabat, Ciceronis uer
bum;O tempora:o mores. Cicero autem eo uerbo usus est aduersus Catilinam coniuratum i patria
& cum arma ciuilia mouerentur. M. in assentatione Domitiani ait Cecilianum sibi suis moribus di
splicere non alienis. Strueret:moliretur. Nefas:excidiū patriæ:Cicero i Catilinam:O tempora o
mores. Senatus hoc intelligit consul uidet:hic tamen uiuit. Gener & socer:Pōpeius & Cæsar. Cæ
de:idest sanguine ciuili. Nulla feritate
ducum:ut fuit sub Cæsare & Pompeio:
Sordent tibi:idest uidentur sordida &
displicent. Tui mores:perditi.

Massili:Leo & Aries adeo conuenerāt:
ut & terroris aries & feritatis leo obliti
eodem uescerentur cibo. Leonem man
suetum temporibus Domitiani fuisse:&
epigramma alibi docuit:& Papinii car
men testatur maiore merito utrūque di
gnū ait poeta:ut hic ,p leone nemeo iter
astra sit:Ille pro ariete Phryxi. Iugi mas
sili;nam massilia habebat ingentē famā
leonū. Posuere:idest mittes facti sunt.

Venti ponunt quando cessant:& feræ
ponunt cū mitescūt. Cauea:locus erat
quo feræ seruabant. Dapes socias:idest
cōiunctas. Licet ipse uideas idest tu ipse
potes uidere. Fœtu nemorū:idest præ
da ferarum:qua solēt uesci leones. Ru
dis:agna satiat feram idest leonē. Ter
ror nemeæ:idest leo nemeus:q iter astra
est:quem auctore Hyginio:illic colloca
uit antiquitas:uel quod sit princeps fera
rū:uel quod primo certamine iterfectus
sit ab Hercule inermi. Portior Helles:
aries qui traiecit Hellē haureā pellē ha
buit ut hesidous & Pherecides scribunt:
unde i reliquos fabula manauit. Herato
stene aūt auctore eā detraxit Iason:mox
iter astra emolauit; hāc nōnulli scribūt
esse i Orchomeno Boetiæ oppido. Her
mippus auctor est arietā iter astra illum
esse qui Libero patri per exusta libyæ du
centi exercitum fontem indicauit.

Liber:Ad Liberum pugilem:cuius su
pra meminit:is miserat res aptas prādio
in cista;nihil autem uini:cū tamen eius
nomine munus dignum sit uinū. Co
rona amyclea:idest laconia:hoc ,ppter
Pollucē qui amyclæus fuit:& inter pugi
les tenuit prīcipatū:quod uersus Home
ri ostēdit:& pugna illa bebricia cātata ab
Apollonio & Flacco iter nostros. Gra
ia uerbera:quia ducebant originem ab
amyclis:patria pollucis. Texto uimine
idest cista:an oliuas dicit ut supra. Oli
uarum breue uimen picenarum: Quic
quid uis accipe missum in cista. Tuo
nomine:quia tu appellaris liber:ad libe
rum bacchum alludit. Dona:idest ui
num quod dignum est baccho. Denti
bus:In Cerdonem sutorem: qui factus
erat diues morte patroni adeo ut mu
nus gladiatorium ediderit; quod supra
indignatus poeta conquestus est. Pel
les antiquas:idest uetera coria.

Vicini somnum non tota nocte rogamus:
Nam uigilare leue est:peruigilare graue.
Discipulos dimitte tuos:uis garrule quantum:
Accipis ut clames:accipere ut taceas?

In policarmum.

Cum futuis policarme soles in fine cacare:
Cum pedicaris quid policarme facis?

In Cecilianum.

Dixerat o mores ō tempora tu llius olim:
Sacrilegum strueret cum catilina nefas.
Cum gener atque socer diris concurreret armis:
Mœstaque ciuili cæde madaret humus.
Cur nunc o mores:cur nunc o tempora dicis:
Quod tibi non placeat ceciliane quid est?
Nulla ducum feritas:nulla est insania ferri:
Pace frui certa lætitiaque licet.
Nō nostri faciūt tibi quod tua tempora sordent:
Sed faciunt mores ceciliane tui.

De Leone et Ariete.

Massili leo fama iugi peccorisque maritus:
Lanigeri mirum qua posuere fide.
Ipse licet uideas cauea stabulantur in una:
Et pariter socias carpit uterque dapes.
Nec fœtu nemorum gaudent nec mitibus hærbis:
Concordem satiat sed rudis agna feram.
Quid meruit terror nemees:quid portitor helles.
Vt niteant celsi lucida signa poli.
Sydera si possent pecudesque feræque mereri.
Hic aries astris:hic leo dignus erat:

Ad Liberum amicum.

Liber amyclea frontem redimite corona.
Qui quatis ausonia uerbera graia manu:
Clausa mihi texto cum prandia uimine mittas:
Cur comitata dapes nulla lagena uenit.
Atqui digna tuo si nomine munera ferres:
Scis puto debuerint:quæ mihi dona dari:

In Sutorem.

Dentibus antiquas solitus producere pelles:

Et mordere luto putre uetuſque ſolum.
Prænestina tenes defuncti rura patroni:
In quibus indignor ſi tibi cella fuit.
Rumpis et ardenti madidus cryſtalla falerno:
Et pruris domini cum ganimede tui.
At me litterulas ſtulti docuere parentes:
Quid cum grammaticis rhetoribuſque mihi?
Frange leues calamos:et ſcinde talia libellos
Si dare ſutori calceus iſta poteſt:

De Effigie Camoni.

Effigiem pueri tantum pictura camoni
Seruat et infantis prima figura manet.
Florentes nulla ſignauit imagine uultus:
Dum timet ora pius muta uidere pater.

De balneo Tuccæ.

Non ſilice duro ſtructuli ue cemento
Nec latere cocto quo ſemyramis longam
Babilona cinxit tucca balneum fecit
Sed ſtrage nemorum pineaque compage
Et nauigare tucca balneo poſſit.
Idem beatas lautus extruit thermas.
De marmore omni quod cariſtos inuenit:
Quo phrygia ſiue afra.quod nomas mittit.
Et quod uirenti fonte lauit eurotas.
Sed ligna deſunt ſubiice balneum thermis.

De Effigie Camoni

Hæc ſunt illa mei quæ cernitis ora camoni:
Hæc pueri facies primaque forma fuit.
Creuerat hic uultus bis denis fortior annis:
Gaudebatque ſuas pingere barba genas
Et libata ſemel ſummos modo purpura cultus:
Sparſerat:inuidit de tribus una ſoror:
Et feſtinatis incidit ſtamina penſis:
Abſentēque patri rettulit urna rogum:
Sed ne ſola tamen puerum pictura loquatur.
Hæc erit in chartis maior imago meis.

De conuiuio priſci.

Quod optimum ſit diſputat conuium:
Facunda priſci pagina.
Et multa dici multa ſublimi refert:
Sed cuncta docto pectore.

Vetus ſolū:an ſolū itelligit terrā i corio q̄ dū fit madida reſoluīt̄ i ſpeciē luti. Putre:reſolubile. Ardēti:qa arde re uidet̄. Pruris:laſciuis. Litterulas: ad cōtēptū ē uſus hoc diminutiuo. Leues:uel ut ſit epithetū calamoꝝ: uel ut nihil habeāt emoluméti.

Effigiē: Canoni uigeſimū ānū natū pr̄ amiſerat:mos aūt erat ut carioꝝ pignoꝝ defūctoꝝ imagines domi ſeruarēt̄.Pr̄ ät Camoni noluit effigiem eius ætatis q̄ mortuus ē:ſed fecit iſātē:Cām affert poeta:qa.i.ſi uideret.xx.annoꝝ adoleſcētē pictū nihil loquētē recorda ret̄ mortuū:qd̄ acerbū eēt:ſed ſi uidet iſātē nō exprimētē uerba:nō miratˉ.Id eni ē iſātis nō loq. Tātū:ſolū. Prima figura.i.primæ ætatis figura. Florētes uultus.xx.annorum. Multa:nihil loquentia.

Nō ſilice:Tuccā deridet q balneum aq̄ꝝ frigidaꝝ:hoc ē caſā ad aquā aquæ frigidæ deriuabāt̄ ex ligno cōſtruxerat thermas aūt aquaꝝ calidaꝝ: hoc ē ubi erāt calefaciēdæ aquæ ex marmor̄ ſine lignis:poeta ait oportere: ut balneum ſubiiciat̄ thermis: ad q̄s calefaciendas thermæ hēbāt locū aquaꝝ frigidarū: qd̄ carmē Papi.oſtēdit i balneis hætruſci:& poeta ſupra: Ritus ſi placeat tibi laconū: Cōtētus potes arido uapor̄ cruda uirgie martiaq; mergi. Strage nemoꝝ.i.ſtrue lignoꝝ. Pinea:cōpage.i. cōiūctis tabulis pineis. Cariſtos op.eu boicæ inſulæ:ide marmora cariſtia. Papi.undoſa cariſtos. Sinas:uicus phrygiæ:unde marmor ſinadicū mittebat̄ Nomas:numidia africæ ,puiciæ.i.marmor numidicū ſupra: marmore picta nomas. Eurotas:flumē laconiæ:ut ſcribit Callimachus:fōtes agit ex mōte mænalio cōfūdit̄ alpheo:rurſuſq; diſcedit ripæ eius tauro mōte obūbrāt̄.In laconia aūt marmor uiride effodit̄ qd̄ cūctis ē hilarius:& eurotā Papi. poſuit ,p marmore laconico: Vix locus eurotæ ripis. Fonte uirenti:nam illud eſt uiride marmur.

Hæc:In laudem eiuſdem Camoni.
Prima forma:infantia Creuerat: erat adultus. Suas genas:in quibus pululabant. Purpura:lanugo illa purpurea. Inuidit una ſoror:ut ſupra: De tribus una negat.i.lacheſis. Feſtinatis penſis:īmaturis. Ne loq̄tur.i.qd̄ ex pictura nō appareat eū mortuū anno. xx. Certe chartæ meæ:hoc īdicabūt: & meū carmē teſtabitur.

Quod: Optimū carmen timetrū iābicū:ſubdito dimetro:deridet priſcū: qui longo carmine deſcripſerat quod nā eēt bonū conuiuiū.Idē fecerat olim Varro in manipeis:Quid opus inquit eſt tam longo carmine ego uno uerbo dicam illud eſt optimum conuiuium:in quod non admittitur choraules:hoc eſt ubi aſſit ſobrietas & quieta menſa.

Choraules:citharœdus.

Funera:Venefica uenefico nupserat. Post funera septē uiroꝝ: īterfectoꝝ ueneno. Vult sequi uiros:quos necauit: nam & ipsa interficietur a te qui uenefícus es.

Oderat:Laudat domitiani familiā: cuius moribus tota ciuitas amica sit:cū antea īpatoriæ familiæ supbiā soleret odisse:hoc aūt factū ait moribus principis qui talis ē. Turbā minorē.i.domū palatinā:palatinū supciliū. Tuorum:tuæ familiæ ut sis. Cuiq; cura domus.i.ita diligunt ciues tuā familiā:ut pluris faciant tuos famulos quā suos.

Reuerentia nr̄i.i.tantū ueremur nos ciues tuam familiam:Nemo habe suos mores:sed tuos o Cæsar.

Duxerat : gellius olim pauperrimus uxorem duxerat locupletem & anum: ita eā pascit:& aliis utitur ad coitū. Iocus ē:nā cū uideat̄ dicere Gelliū pascere uxorem & futuere:intelligit eum ex dote comparasse familiam cinædorū: quā pascit & futuit.

Lector:Carmina Mar.a lectoribꝫ laudab ant̄:sed a quodā poeta uituperāt̄: poetā comparat coquo:nam hic carmina:ut ille dapes parat:lectorē & auditorē conuiuis:Nā hi carminibus fruūt̄ ut cōuiuæ dapibus.Ex hac metaphora existit acumē poetæ: & ait se optare fercula suæ cœnæ placere potius cōuiuis: q̄ coquis. Lector: quicūq; legit & audit nr̄os libellos. Exactos:politos.

Dixerat:iocat̄ ī Cinnam: cui astrologus prædixerat mortē ītra paucos menses:hic ne quid hæredi relinqueret:oīa absūpserat falsa fuit astrologi fides:uiuebatq; paup Cinna:at poeta ait astrologū nō mētitū eē:nā periit: cū oīa absūpserit qbus uitā sustentabat. Luxuriosus:deditus luxui.Tuū bis decies.i. uities sextertia. Tabuit:consumptum fuit. Hoc est perire:nā pauperes mortuos solet appellare.M.

Inter:Germanicus harenā histriōibꝫ īterdixit:cōcessit tm̄ artē:ut domi exercerēt:auctor ē Trāqllus:Agit gr̄as principi Mar.q̄ uoluerit offendi aures spectatoꝝ obscenis histrionū dictis. Vicit clara munera.i.supauit spectacula īpatoꝝ dignitate. Spectāt.i.relati sūt īter spectatores:nā histriōes iā spectabāt alios ludos ī theatro non ipsi artē suā illic exercebāt. Cū tua:Norbanū sibi amicū alloqt̄ cui recitata olī diuersis tpibꝫ epigrāmata cū aduersus.L. Antōiū militet ꝑ Domi.in germāia : nūc ī libellū reddacta mittit. Scā fides.i.tu fidelissimꝰ.Sacrilegos furores.i.cōtra.L.āto.

Rheti:& uidelici populi st̄ cōiūcti noricis.Arctos.i. hoīes colētes germaniā. Oris uindelicis:ī septētrione.Esse raptū:īteriisse:nā ægrotauerat Mar.Nec nescio qa nouerat me.

Quod optimum sit queritis conuiuium.
In quod coraules non uenit.

Ad Picentinum.

Funera:post septem nupsit tibi galla uirorum:
Picentine sequi uult puto galla uiros.

Ad Domitianum.

O derat ante ducem famulos turbāque minorem:
Et pallatinum roma supercilium.
At nunc tantus amor cunctis auguste tuorum:
Vt sit cuique suæ cura secunda domus.
Tam placide mentes:tanta est reuerentia nostri:
Tam pacata quies:tantus in ore pudor.
Nemo suos.hæc est aule natura potentis:
Sed domini mores cæsarianus habet.

De Gellio.

Duxerat esuriens locupletem pauper anūque
Vxorem pascit gellius et futuit.

Ad Aulum.

Lector et auditor nostros probat aule libellos
Sed quidam exactos esse poeta negat:
Non nimium curo:nam cœnæ fercula nostræ:
Malim conuiuis q̄ placuisse cocis.

In Cinnam.

Dixerat astrologus periturum te cito cinna:
Nec puto mentitus dixerat ille mihi.
Nā tu dum metuis:ne quid post fata relinquas:
Hausisti patrias luxuriosus opes.
Bis quartum decies:non toto tabuit anno:
Dic mihi:non hoc est cinna perire cito.

Ad Cæsarem Do.

Inter tanta tuæ miracula cæsar harenæ:
Quæ uincit ueterum munera clara ducum.
Multū oculi:sed plus aures debere fatentur:
Se tibi quod spectant:qui recitare solent.

Ad Norbanum.

Cum tua sacrilegos contra norbane furores:
Staret pro domino cæsare sancta fides.
Hæc ego pieria ludebam tutus in umbra.
Illæ tuæ cultor notus amitiæ.
Me tibi uindelicis raptum narrabat in oris:
Nescia nec nostri nominis arctos erat.
O quotiens ueterem non inficiatus amicum:

Dixisti meus est iste poeta meus.
Omne tibi nostrum quod bis trieteride iuncta:
Ante dabat lector:nunc dabit auctor opus.

De Paulo.

Languidior nostri siquando est paulus atili:
Non se conuiuis abstinet ille suis:
Tuo languore quidem subito fictoque laboras
Si mea porrexit sportula paule pedes.

De filio Silii.

Festinata sui gemeret cum fata seueri:
Silius ausonio non semel ore potens:
Cum grege pierio mœstus phœboque querebar
Ipse meum fleui dixit apollo linon:
Respexitque suam:quæ stabat proxima fratri:
Calliopen:et ait tu quoque uulnus habes.
Aspice tarpeium pallatinūque tonantem.
Ausa nefas lachesis læsit utrūque iouem.
Numina cum uideas duris obnoxia fatis:
Inuidia possis exonerare deos.

Ad Lupercum.

Septem post calices opimiani:
Denso cum iaceam triente blesus.
Affers nescio quas mihi tabellas:
Et dicis modo liberum esse iussi.
Zenas:seruulus est mihi paternus:
Signa:cras melius luperce fiet.
Nunc signat meus annulus lagenam

Ad Ruffum.

Dum me captares mittebas munere nobis:
Postq̄ cœpisti das mihi ruffe nihil.
Vt captum teneas:capto quoque munera mitte:
De cauea fugeat ne male pastus aper.

Ad Stellam.

Lege nimis dura conuiuam scribere uersus:
Cogis stella:licet scribere nempe malos.

Ad Flaccum.

Sic in gramine floreo recliuis:
Qua gemmātibus hinc et inde riuis.
Curua calculus excitatur unda:
Exclusis procul omnibus molestis.
Perfundas glaciem triente nigro:
Frontem sutilibus ruber coronis
Sic uni tibi sit puer cinædus.
Bis iuncta trieteride.i.iā sex annis.

Languidior:Paulum dissimulatorē accusat:qui quotiens uolebat iuitare:simulabat se languere:ut amici non uenirent:cum aūt inuitabat accedebat ꝓpere.Nescio quo fato sit inquit:ut mea cœna Paulo lāguēti det pedes ꝙbus acceleret. Abstinet suis cōuiuis.quia eos nō admittit. Sportula mea.i.mea cœna. Dedit tibi pedes:ut.s.uenires.

Festinata:Consolatio est Silii Italici lugentis filium mortuū ab exemplo ꝙ nō modo mortalium hominū:sed deoꝝ etiā filii mortui sint. Potens ore ausonio .i. facūdus. Nō semel:nō uno tātum genere:nam declamauit: & carmina cecinit. Linon & linus meus est mortuus.

Tu quoq; habes uulnus.i.habes luctū amissi filii Orphei. Iuppiter tarpeius: tonās iuppiter palatinus Domitianus: quorū utriusq; filii iouis Sarpedon & Domitiāi ifans ī secūdo cōsulatu mortui sūt. Nefas:tm̄ scelus. Exonerare possis.i.merito debes exonerare .i. leuare deos accusatiōe.Obnoxia:parētia subdita. Fatis:ná fata imutabilia dñr.

Septē:Lupcū iteé accusat supponentē falsas testamēti fabulas:& rogātē Mar. ebriū:ut testamētū signet:at iqt poeta nūc nō signat meus annulus testamentū:sed lagenā ut oñdat se potu & ebrietate occupatū.Diodorus uocat quē iussi esse liberum his tabulis. Blesus: balbutiēs. Signat lagenā:qa ebrius sū: & sū occupatus ī uini lagenis signādis. Ita eludit prauum hoiem & scelus suorum temporum notat.

Dum amicū muneribus conciliauerat Mar.Ruffus a quo cum iam coleretur:nihil mittebat: monet posse fieri: ut fugiat more belluæ quæ non pascit ī cauea. Postq̄ cepisti me.i.postq̄ cepisti me:ut te colerem.

Lege:Hoc distichon est ex medio cōuiuio:iubente Stella ut mar.carmē cōponeret discumbens:tu hoc inquit poeta iubes Stella nimis dura conditione & ut absoluat distichon:nam ad dapes properabat licet inquit etiā uersus malos facere:ut intelligas Mar. hactenus progressum aliq̄diu substitisse demū ꝓpantē ad epistolas & futuisse reliqua .s.licet uersus scribere nempe malos.

Sic in gra.Flaccus in cypro erat:quod supra dixit:Cum te Flacce mihi redderet cythereia cypros:hunc amicum monet.& per uoluptatē epicureā quā seqt rogat declinet æstus cyprios. Nā ægrotationē & mortē afferunt sæpe.

Obserues: diligenter uites. Crepantes mēses.i.mēse augusto. Iuba leōis.i. quādo sol ē ī leone. Gramīe florido.i. in herba floribus distincta. Glaciē: ex niuibus & glacie aquæ cōgelabāt uinū. Coronis sutilibus: rosaceis. Paphus duplex in cypro: nam ē paphus & palepaphus:. ātiqua paphus: utraq; sacra Veneri erat. īde mō paphia: mō palephia dr̄. Calendæ martiæ: Veneri seruiebāt qm̄ colebātur a mulieribus colebātur autem quoniā tunc primū iunonis ædes cœpit coli. Plurima q̄dra: placētæ ī quadras secabant̄ ī sacrificiis cultro: quē scepistā appellabāt. Hoc libum quo ī sacrificiis utebant̄ sectiū appellabant auctore Festo.

Ad cœnam: Hoc apertū ē argumētū: sed dictū ē ī illud cōuiuiū: quo Domitianus post uictoriā sarmaticam totam romam accepit. Inuitator cæsaris: q ī uitaret numen domitiani.

Quæ mala: Cōdilū ingemiscētē diuturno seruitio cōsolat̄: dū ostēdit plura eē īcōmoda q̄ serui domini: non tamē hoc dicit ex animo: sed ut derideat Caium Condyli pr̄onū cui⁹ & uitia & incommoda refert. Lecticula: puum lectū significat: q̄ uel ī bello. uel pauperes domi iacebāt: Liuius de Scipione: Scipio lecticula ī aciē dilatus cōflixit.

Securos: nō pturbaturos. Phœbus: fœnerator. Tortores: dicebātur q plectebāt seruos domi quādo peccabant ī dn̄m. Quod: sēsus ē: hæc cōmoda uident̄ eē ī dn̄o tuo: q uomit mane & lingit cunnū: sed tu nō malles illa cōmoda q̄ tria illa superiora īcōmoda: hoc ē salutationē: æs alienū: podagrā.i.chiragrā. Esse tuus caius ter.i.hr̄e illa tria ī cōmoda: q̄ habet caius tuus.

Addere quid: potus est solutus in uenerationem Domitiani: in cuius nominis litteras pari numero cyathos potat. Eundem potum supra celebrauit Næuia sex cyathis. Immortale: quod non corrumpitur. Rosa sutilis.i. corona ex rosis: quotiens bibebant aptabant coronam capiti: ut sit ut equemus litteras illius. Qui posuit nobile opus: hoc est templum sacræ gentis flauiæ. Germanicus a germania deuicta: hoc nomen æquatur numero poculorum.

Opus.i.ædē flauiam.i.Domitianus.

Orbe odrysio.i.a septentrione: idest germanicus ī quo nomine sunt decem litteræ.

Santonica: Absinthium & santonicū dicebatur a santone oppido galliæ: & ponticum a ponto uinum fiebat quod appellabāt absinthitē ab absinthio immixto libra in q̄draginta sextariis musti: hoc cum aliis medicamentis aptum erat: tū potabatur ab eo qui eēt uictor

Et castissima pruriat puella:
Infamem nimio calore cypron
Obserues moneo: precorque flace.
Messes area cum teret crepantes.
Et fului iuba sæuiet leonis
At tu diua paphi remite nostris.
Illæsum iuuenem remitre uotis.
Sic martis tibi seruiant calendæ:
Et cum ture meroque uictimaque.
Libetur tibi candidas ad aras:
Secta plurima quadra de placenta:

Adulatur Domitiano.

Ad cœnam si me diuersa uocaret in astra:
Hinc inuitator cæsaris: inde iouis.
Astra licet propius: pallatia longius essent:
Responsa ad superos hæc referenda darem
Quærite qui malit fieri conuiua tonantis.
Me meus in terris iuppiter ecce tenet.

Ad Condilum.

Quæ mala sunt domini: quæ serui cōmoda nescis
Condile qui seruum te gemis esse diu.
Dat tibi securos uilis lecticula somnos.
Peruigil in pluma caius ecce iacet.
Caius a prima tremebundus luce salutat:
Tot dominos: at tu condile nec dominum:
Quod debes cai redde inquit phœbus. et illinc
Cinnamus: hoc dicit condile nemo tibi.
Tortorem metuis podagra chiragraque secatur
Caius et mallet uerbera mille pati.
Quod nec mane uomis: nec cunnū condille lingis
Non mauis quam ter caius esse tuus.

Ad Calatissum.

Addere quid cessas puer immortale falernum:
Quadrantem duplica de seniore cado.
Nunc mihi dic quis erit: cui te calatisse deorum
Sex iubeo cyathos fundere: cæsar erit:
Sutilis aptetur decies rosa crinibus ut sit:
Qui posuit sacre nobile gentis opus:
Nunc bis quina mihi da basia fiat ut illud:
Nomen ab othrysio quod deus orbe tulit.

De Hippocrate.

Santonica medicata dedit mihi pocula uirga:

in feriis latinarum quibus quadrigæ in capitolio certabant. Hippocrates medicus tãq̃ bene consulens Mar. miserat absinthitem & popoſcerat: tantundẽ mulſi mitteret. Mulſum erat uinum melle conditum: hoc deridet. Hippocrates: medicina primus claruit. ſecuti ſunt Dyocles: Praxagoras: Cryſippus: hic alter eſt. Os hominis: uerbũ Ciceronis. i. o hoiem ignauum & imprudẽtem. Virga ſantonica. i. abſinthio ſantonico. Tam ſtupidus: hoc eſt ex ſeptẽ Homeri ĩ iliade: ubi arma pmutant a Glauco: q̃ dat aurea cum Diomede: qui dedit ænea. Tã ſtupidus: tã ſtolidus nõ fuiſti o Glauce: Home. hoc Glauco Saturnius mentem abſtulit Iuppiter: qui cũ Diomede tytide arma pmutauit aurea æneis.

Os hominis mulſum me rogat hippocrates.
Tam ſtupidus nũq̃ nec tu puto glauce fuiſti:
Calcea donanti chryſea quid dederas.
Dulce aliquis munus pro munere poſcit amaro:
Accipiat: ſed ſi potat in eleboro.

Chryſſea: aurea Diomedí donanti.

Eleborũ: malos humores emendat: & inſaniam hominis: olim potabatur ad aciem ĩgenii perpurgandam: iccirco Carneades reſponſurus libris Zenonis eleborũ candidum ſumpſit. Sumebaſ aũt tutiſſime in Anticyra inſula. Ouidius. Ibile dixiſſem purgantes pectora ſuccos: Quicquid & ĩ tota naſcitur anticyra. Oratius: Si tribus anticyris caput ĩſanabile. In q̃t igitur Mar. ſiquis popoſcerit munus dulce pro amaro dabo: ſi tamẽ uult potare cum eleboro. q. d. nemo: niſi ſtultus indigens eleboro: poſceret mulſum pro abſinthite.

De Athenagora.

Alphicus ante fuit cœpit nunc olphicus eſſe:
Vxorem poſtq̃ duxit athenagoras.
Nomen athenagoræ credis caliſtrate uerum?
Si ſcio deſpeream quis ſit athenagoras.
Sed puto me uerum caliſtrate dicere nomen:
Non ego: ſed ueſter peccat athenagoras.

Alpicus: Athenagoras: cuius etiam ſupra meminit: Me triſtẽ fecit Athenagoras fuerat chirurgus: ducta uxore cepit lingere cunnum: in hoc aperto nomine iocaſ poeta: cũ alibi mutare ſoleat nomina: ut ſupra. Nõ dicã licet uſq; me rogetis. Quis ſit poſthumus ĩ meis libellis: Et ſupra ĩ nomine Auiti idem fecit. Vt autem ex mutatiõe litteraꝝ riſum moueret ſimul & derideat Athenagoram: non apellat eum chirurgum: ſed alphicum q̃ſi medicũ uitiliginum. nã αλφοσ græce latine ſignificat uitiligine: unde alpheus flu. dictus ẽ: q̃ eius aqua uitiligines ſanat. Mutato igiſ primo elemento alphicus inq̃t fuit Athenagoras: ſed ducta uxore factus olphicus. olphacit cunnum. Nomẽ athenagoræ: nomẽ: utrũ credis illũ eẽ Athenagorã & me appellaſſe uero noĩe ille ẽ: nec fictum ẽ nomẽ: qa neſcio q̃d ſignificet athenagoras: ut potuerim hoc fingere. Nõ ego pecco: qa aperte eum nomino: & qui alphicum & olphicum nouis nominibus dixi: ſed ueſter græcus. quia olphacit. nam peccare eſt errare: ut ipſe de ſe intelligit: peccare item ſceleratum aliquid committere: ut dicit ĩ Athenagoram cunnilingum.

De Herode.

Clinicus herodes trullam ſubduxerat ægro:
Deprenſus dixit ſtulte quid ergo bibis?

Clinicus: Clinici dicebaſ medici q̃ ægrotãtibꝫ medebãt: ad differẽtiã eoꝝ q̃ ĩ gymnaſiis bñualẽtes curabãt. herodes clinicus & fur ſubripuerat uas ægro: quẽ curabat: cũ eẽt depheſus ne uideref furari: ſed cõſuleſ morbo illius dixit ſtulte: q̃re bibis. Trulla: diminutiuũ ẽa trua uaſe: quo aq̃ laua trina ĩ culinã ĩferebaſ: fiebat ex ære corinthio magno p̃cio & argẽto. Corinthiã fuiſſe teſtaſ Plini. Argẽteã Cice. ĩ Verrẽ. Truleũ uas eiuſdẽ formæ: ſed maius. Trullam uas ad bibẽdum.

Ad Iulium.

Rumpitur inuidia quidam cariſſime iuli:
Quod me roma legit: rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia: quod turba ſemper in omni:
Monſtramur digito: rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia: tribuit quod cæſar uterque:
Ius mihi natorum: rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia: quod rus mihi dulce ſuburbe ẽ
Paruaque in urbe domus rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia: quod ſit iucundus amicis.
Quod conuiua frequens: rumpitur inuidia.
Rũpitur iuidia quod amamur quodque probãur:
Rumpatur quiſquis: rumpitur inuidia.

Rumpitur: Monſtramur digito: ut illud Perſii Pulchrum eſt digito monſtrari & dicier hic eſt. Vterq; Cæſar. Titus & Domitianus. Sub urbe: in Ianiculo. Quod conuiua frequens: q̃ ſæpe inuitor. Rumpatur: ut illud Vir. Rumpantur ut ilia codri.

Ad Ouidium.

Vindemiarum non ubique prouentus.

Vindemiarum: Coranus auarus in penuria uini uaſa omnia diluerat multa aqua: In hunc iocatur. Oui. non ubiq; prouentus uini ceſſauit.

Grádis pluuia ꝓfluit: de hac pluuia supra distichō extat. Coranꝰ: corani meminit Hor. alteriꝰ. Marcus. M. Antonius tolosanus: & litteris & forma ĩsignis fuit. alibi: Talis erat Marcus mediis antonius ánis: amicus Mar. optabat eius carmē legere: q̄ cū poeta ex lr̄is cognouisset: misit illi libellū addito hoc epigrāmate. Charta salutatrix: dicebaf̄ charta augusta q̄ utebātur ĩ epistolis scribendis sed hic ꝓ epistola. Palladiæ: ubi studia colunf̄. Tolosa: oppidū galliæ ĩ isthmo ubi a mari narbonēsi oceanus repellit̄. Ex hoc oppido ĩ ꝓuerbio fuit augꝰ tolosanū ĩ eū q̄ infœlix eēt: siue ut Timagines scribit: qm̄ tolosani socii fuerunt gallorꝰ q̄ templū delphicū spoliarunt: ut Trogus scribit: & relatos ĩ patriā thesauros Scipio abstulit tanta ifœlicitate ut quicūq; fuerit participes miserrime uixerit: siue ut possidonius tradit: qm̄ romani lacus locarūt tolosanos ĩ qbus moles argēteas redemptores iuenerūt: unde dictū augꝰ tolosanū. Gellius auri tolosani meminit ut eq̄ sciani. Amica quies: pacis ad differētiā. M. Antonii qui turbulentus fuit. Absentis amici: .i. mei. Auctor: ego q̄ mitto ad te.

Denariis: Bassum accusat: q̄ uelit se coli cū det cœnā uel sportulā triū denariorꝰ: tu fortasse īquit das paruum preciū: qa mea toga est trita: & uideor ĩhonestus comes. At q̄cūq; est: nō emiť a me trib⁹ denariis: quot tu auarus das.

Togatū anteambulonē p̄cedere sellā: idest anteābulare. Plus minus decē: idest circiter decem.

Appia quā: Huius templi ad octauū lapidem: cuius etiam supra meminit: causa fuit q̄ Domitianus coleretur sub imagine Herculis ob uiā appiam stratā ab eo ĩ q̄ erat alloquiť appiam poetam: & anteponit gesta Domitiāi gestis herculis. Appia: quia ab appio cæco strata est. Tres uiæ nobiles: ualeria: latina: appia: sed appia reliquas superabat. Papinius: Appia longarum teritur regina uiarum. Consecrat: sacram facit suo templo. Prioris: antiqui herculis thebani. Domuit libyn. i. Anteium: cuius uxor dicta est Tigena ĩ lybia: sed tamē hic labor non numeratur inter duodecim a Diodoro siculo. Aurea poma: hoc dicit propter aurea poma hesperidum: de quibus dum Diodorus historiam refert multa dicit. Peltatam: amazona. Imperio Euristei balteū menalippæ amazoni Hercules detraxit: nō sine graui pugna ad themischiram op. in qua ceciderunt Aella: philippis: parthoe clara. vii. uictoriis Eribie Celeno phœbe: arthemis: & aliæ multæ: anthiopem rapuit quam dedit theseo.

Amazona: menalippem. Pelta: scuto lunato. Scythico: fuerunt & amazones lybicæ. Addidit leonis terga. i. interfecit leonem: cui abstulit tergus & sibi addidit: & aprum arcadicum in erimantho: ceruam habētem aurea cornua & uelocissimā: ut alii scribunt retibus cepit: ut alii dormientem occupauit: ut alii longa insectatione fessam apprehendit quam retulit euristeo. Stymphalus lacus arcadiæ plaustris: unde labitur erasinus flu. illic tot aues conuenerant. ut totius regionis fluctus popularentur hercules iussu euristei eas substulit tabulæ æneæ tinnitu & sagittis. Vndis: stymphalo lacui.

Cessauit ouidi: pluuia profluit grandis.
Centum coranus amphoras aquæ fecit.

Ad Atticum de. M. Antonio.

Marcus amat nostras antonius attice musas:
Charta salutatrix si modo uera refert.
Marcus palladiæ non inficienda tolosæ:
Gloria quem genuit pacis amica quies.

Ad Librum.

Tu qui longa potes dispendia ferre uiarum:
Liber absentis pignus amicitiæ.
Vilis eras: fateor si te nunc mittere tento.
Grande tui precium muneris auctor erit.
Multum crede mihi refert: a fonte bibatur:
Qui fluit: an pigro quem stupet unda lacu.

In Bassum.

Denariis tribus inuitas: et mane togatum:
Obseruare iubes atria basse tua.
Deinde hærere tuo lateri præcedere sellam:
Ad uetulas tecum plus minus ire decem:
Trita quidem nobis togula est: uiliſque putriſque
Denariis tamen hanc non emo basse tribus.

Adulatur Domitiano.

Appia quam simili uenerandus in hercule cæsar:
Consecrat ausoniæ maxima fama uiæ
Si cupis alcidæ cognoscere facta prioris:
Disce. lybin domuit: aurea poma tulit.
Peltatam scythico distinxit amazona nodo:
Addidit archadio terga leonis apro.
Aeripedem siluis ceruum: stymphalidas undis:
Abstulit: a stygia cum cane uenit aqua.

Hydrā lerneā:reparāte capita ſucciſa ope Iolai oppreſſit. Lerna ē iter argos & micenas: quæ cū luſtrata & purgata eſſet:recepta ē in puerbiū: lerna malorꝝ.i.uſtratio malorꝝ. Vetuit:igne adhibito. Fœcūda mortibus.i.ex morte creſcēte. Reparari:reuiuiſcere. Boues heſperias.i.armēta Gerionis: Geriones autem fuiſſe tres filios Chryſſi ſcri. Diodo. In aemne tuſco:i tyberi. Alcides minor.i. Hercules thebanus. Aſſeruit:ex bello uitelliano. Dom itianus puer una cū Sabino patruo fugit in capitoliū:unde uitelliani iecti ſūt:ſed pugna cōſerta uitelliani uictores irruperūt i capitoliū alios trucidarūt: Atticū & Sabinū i uinculis duxerūt. Sabinū mortuū ad gemonias traxerūt: Domitianus dilapſus fuga latuit apud Corneliū ad uelabꝝ hītu ſacerdotis Iſiaci:hiſtoriā ſupra memoratuimus. Iuppiter apud Siliū:Neu te terruerūt Tarpei culminis ignes: ſacrilegas iter flāmas ſeruabere terris. Aſſeruit:liberauit iectis uitelliāis. Malis regnis.i.a uitellianis. Solus:hoc dicit i grām Domitiāi:q creatus īpator:iactabat ſe dediſſe īpiū pri:&: frī& illos ſibi reddidiſſe. Iuleas habenas.i. īpium romanū. Tertius:poſt prem & frēm.

In ſuo orbe:īpio. Cornua hiſtri pfidi.i.germaniā. Ter:nā bis ſupauit dacos & cattos:ſemel ſarmatas. Sæpe:uolgeſus parthorꝝ rex petiit auxiliū a Veſpaſiano cōtra alanos ſimul rogauit ut unus ex liberis Veſpaſiani mitteretur. Domi.contēdit ut mitteret ipſe ſtudio & cupiditate triūphi parthici:ſed id recuſatū:ne reliq oriētis reges idem peterēt. Recuſatū aūt hoc fuit ſæpe:qa hoc ſæpe cōtēdit muneribus Domi. Sæpe recuſato.i.cū ſæpe recuſatum eēt. huius elocutiōis frequēs uſus ē apud Curtiū: & ſilius eā uſurpauit. Retulit nomē:qa dictus germanicus. Ocia ferro:qa germaniā uicit. Aſtra ſuis:qa dedit templa Flauiæ gēti. Sidera cœlo: qa ſuos retulit iter & ſidera prem frem filium & uxorē. Serta loui: quia laureā coronā itulit ioui capitolino ex uictoria ſarmatica:auctor eſt Tráquillus. Numē herculis:nō ſufficit tātis actis. Cōmodet ora pri tarpeio.i. ſumat Domitianus imaginē iouis:cuius unius numen tantis geſtis par eſt.

Quadringentorꝝ:Idē argumentū tabellas ſcriptas quib apparet me debere tibi. Potius da cētū:ut te putē liberalem.

Quæ noua:laudat Aſili & Pierii gemino rū forma ut magis ſimiles ſint q̄ Caſtor & Pollux & formoſiores Helēa qd ſi eos Paris uidiſſet cū rapuit Helenam:& fuiſſēt tales caſtor & pollux eos helena dimiſſa rapuiſſet. Noua læda: alia ſoror. Tindaris.i.forma Helenæ.

Therapnæis amyclis:caſtori & pollucī.nā Therapnæ oppidū laconiæ.amyclæ pria caſtoris & pollucis. Dona p̄miſſa.i.dona ueneris.i.helenā.

Fœcundam uetuit reparari mortibus hydram:
Heſperias tuſco lauit in amne boues.
Hæc minor alcides:maior quæ geſſerit audi:
Sextus ab albana quem colit arce lapis.
Aſſeruit poſſeſſa malis pallatia regnis:
Prima ſuo geſſit pro ioue bella puer.
Solus iuleas cum iam retineret habenas:
Tradidit inque ſuo tertius orbe fuit.
Cornua ſarmatici ter perfida contudit iſtri:
Sudantem getica ter niue lauit equum.
Sæpe recuſatos parthos duxiſſe triumphos:
Victor hyperboreo nomen ab orbe tulit.
Templa deis:mores populis:dedit otia ferro:
Aſtra ſuis cælo ſydera ſerta ioui.
Herculeum tantis numen nō ſufficit actis:
Tarpeio deus hic commodet ora patri.

Ad phœbum.

Quadringentorum reddis mihi phœbe tabellas:
Centum da potius mutua phœbe mihi.
Quære alium:cui te tam uano munere iactes:
Quod tibi non poſſum ſoluere phœbe:meū ē.

De geminis fratribus.

Quæ noua tam ſimiles genuit tibi læda miniſtros
Quæ capta eſt cygno nupta lacæna alio.
Dat faciem pollux hiero:dat caſtor aſillo.
Atque in utroque nitet tyndaris ore ſoror.
Iſta terapnæis ſi forma fuiſſet amyclis:
Cum uicere duas dona minora deas.
Manſiſſes helenæ:phrygiāque rediſſet in urbem
Dardanius gemino cum ganymede paris.

Inimis uideor ſeraque coronide longus
Eſſe liber:legito pauca:libellus ero.

Inimis uideor ſeraque coronide longus. Decimum librum editum ad iudicium & emēdationem præcipiti ardore emiſſū reuocauit:ſuſpēſūq; habuit lectorē diutius:dū & carmen iam editū emēdat & nouum inſerit. Cum eūdē libꝝ iterū ſit editurus:initio liber

ipſe expectantem lectorem monet: ne ſuſpicetur nimis longum fore q; diu ī manibus fuerit q; ſi id exiſtimat & noua caſtigatione creuiſſe arbitratur monet ut pauca legat. Ita enī fiet: ut breuis uideatur. Coronis: hemiſtichium Home. huius uerbi uſum dedit. nā ita ſcripſit de eo qui arcū pfecerat, aureā aūt coronā addidit. i. extremitatē: In uſū aūt receptū é: Vt coronis diceret qcqd additur in fine. Poeta igit appellat coronidē id quod addidit noua emēdatione: maleq; ſūt ītерpretati q coronidem p fine totius operis ītellexerūt. nā hoc uerbū rettulit nō ad omnes inſequētes libros: ſed ad id qd huic decimo addiderat. Ita autē fuiſſe caſtigatū librum inſequens epigrāma indicat. Home. roſtratas naues corōidas appellat. nā roſtra nauibꝫ addita dīr: uident & appendices. Euſtachius hoc uerbo uſus é ī primum iliados. Sera coronide: ſera appendice.

Ero libellus: uidebor tibi libellus.

Fac me breuē. i. legito pauca. Quā cupis ipſe. i. q̄tū uis tu ipſe.

Feſtinata: Idem ē ferme argumētum: ſed poeta loquit: indicans ſe decimū librū emēdaſſe: hoc accidit: qm̄ ſub morte Domitiani hūc libellum abſoluerat Neruæ ſucceſſoris temporibus nō edidit: Traiano euecto ad īperiū emiſit.

Feſtinata: pperata. Elapſū: qd exciderat. Nota: quæ olim legiſti ī prima editione. Vtrique: Primo carminī: q; nō īdiguit emēdatiōe: & q; nup emendaui. Pigra: cenoſa. Fugies flumina lethes: ille uitat flumina læthes qui celebratur: & non fama mādatur obliuioni: nam λήθη ſignificat obliuionē. & aquæ letheæ obliuionē ducere dicunt: cōtra qui ī nulla pmanet memoria hoīm dr ad īferos deſcēdere: ſupra idē dixit eodē ſēſu. Nec laſſi marmora ſiſyphī uidebit: de libro non interituro. Eris ſuperſtes: uiues. Meliore parte tui: fama ingenii. Marmora meſſalæ: & ſenior & iunior ſtēmatis domeſtici ſtudioſiſſimi fuerunt: adeo & alienas imagies atriis ſuis miſceri paſſi nō ſint: apte igit poeta Meſſalā p quocūq; qui imagines auoꝝ oſtentat: hic dicebatur Meſſala Coruinus: de quo puto ſcripſiſſe Iuuena. de ſtatuis loquētē: Naſūq; minorē Coruini. Marmore aūt caprifico findebāt. Iuue. de mōumētis marmoreis: Ad q̄ diſcutiēda ualent ſterilis mala robora fici. i. caprifici. Mulio: auriga.

Terque quaterque mihi finitur carmine paruo
Pagina facta tibi quam cupis eſſe breuem.

Ad Lectorem.

Feſtinata prior decimi mihi cura libelli:
Elapſum manibus nunc reuocauit opus.
Nota leges quædam: ſed lima raſa recenti
Pars noua maior erit: lector utrique faue.
Lector opes noſtræ: quem cum mihi roma dediſſet
Nil tibi quod demus: maius habemus ait.
Pigra per hunc fugies ingratæ flumina lethes:
Et meliore tui parte ſuperſtes eris.
Marmora meſſalæ findit caprificus et audax
Dimidios criſpi mulio rídet equos.
At chartis nec furta nocent: nec ſecula præſunt
Solaque non norunt hæc monumenta mori.

Ad priſcum.

Vernaculorum dicta ſordidum dentem
Et fæda linguæ probra circulatricis
Quæ ſulphurato nolit empta ramento
Vatiniorum proxineta fractorum
Poeta quidam clangularius ſpargit
Et uult uideri noſtra: credis hoc priſce?
Voce ut loquatur pſitacus cothurnicis

Criſpi: ponit Criſpū p quocūq; diuite ſiue a Vibio Criſpo: de quo Tacitus: ſiue a Criſpo Victrico Neronis: de quo Tacitus. Nec præſūt ſæcula: nō uetuſtate pereūt poemata: nam ſæculis nō cædūt.

Vernaculoꝝ: ī eū poetā ē epigrāma: qui Mar. nomē mētitus carmina emittebat plena maledictis: & pene ſatyrico genere: de quo ſupra ē cōqueſtus: Quid pdeſt cupiāt cū q̄dā nr̄a uideri: Si q̄ licambæo ſāguine tela madēt: Vipereūq; uomūt nr̄o ſub noīe uirus. Multis aūt argumētis pbare nitit ſe nō eē tā fœdi carminis auctorē. Poeta clancularius dr q tenebris delectat: neq; audet ſuū nomē pfiteri ad clāculū: In eūdē ſenſū ſupradixit: Qui phœbi radios ferre diēq; negāt. Verna: nā uernæ ītēperanter iocāt & īepte. Inde fit ut ñ dānē prioré nr̄am ſniam: Nō es crede mihi qd ergo? uerna es: ut ſimpliciter uernā illic ītelligas. i. ſeruū. Dētē ſordidū. i. īpurā reprehēſionē: nā q carpūt: genuinū dētē agitare dīr. Vt illud: & genuinū fregit ī illis. Probra fœda: cōtumelias. Linguæ circulatricis: circulatores dīr q uerboꝝ copia q̄ſtū faciētes pximi ſūt curris: hi magna uerboꝝ licētia uti ſolēt: qd ſupradixit: Hoc qd trāſtyberinus ābulator: hoc ē circulator. Proxineta: negociator. Vatinioꝝ uaſoꝝ uitreoꝝ: nā Vatinius bñuētanus calices uitreos faciebat. In diſtichis: Vilia ſutoris calices munimēta Varini accipe. Is fuit diſtorti corpis ſutrinæ alūnus: ediditq; muuus gladiatoꝝ bñuēti auctore Tacito. Nolit ēpta. i. nolit emiſſe. Rāmēto ſulphurato. i. liginis ſulphuratis: nā ſulphurata ligna uitreis fractis pmutabāt. Pſitacus: bonus poeta. Pſitacus ſupra oēs alites humanas uoces reddidit: ut Pli. ſcrī. celebrat carmīe Oui. & papi. Humanæ ſolers imitator pſitace linguæ. Coturnix: īdocilis ē. Apte igit ſe pſitacū appellat q̄ſi ſalutatorē & bñ ſermocinātē: & poetā clāculariū

coturnicē īdocilē ad uoces humanas. Canus: choraules fuīt: hoc ē tibicen. hic mire placuit Galbæ a quo donatus ē multis nūmis ex priuata pecunia cū eū supra cœnā delectasset. Huius ēt meminit Plutarchus & Trāqllus. Ascaules significat eū qui tibia ex utre utit̄: quæ quidē uilioꝝ ē psonarū & plebis. Trāquillus Vtricularius dixit ī Nerone uerbū ex græco latinū faciēs. Vouerat se peracta uictoria ludis & hydraulē & choraulē & utricularīs. Sensus ē putas ne me uelle uideri auctorē isti us carminis: qd̄ tantū differt a nostris numeris: q̄tū cedit ascaules Cano egregio tibicini. Nigra fa-

Et concupiscat esse canus ascaules.
Procula libellis nigra sit meis fama
Quos rumor alba gemeus uehit penna:
Cur ego laborem notus esse tam praue?
Cum stare gratis cum silentio possim.

Ad lectorem.

Qui legis œdipodem caligantemque thyestē
Colchidas: et syllas: quid nisi monstra legis?
Quid tibi raptus hylas: qd pthenopeus et athis:
Quid tibi dormitor proderit endymion?
Exutus ue puer pennis labentibus: aut qui
Odit amatrices hermaphroditus aquas.
Quid te uana iuuant miseræ ludibria chartæ?
Hoc lege quod possis dicere iure meum est.
Non hic centauros non gorgonas arpyasque
Inuenies hominem pagina nostra sapit.
Sed non uis mammurra tuos cognoscere mores
Nec te scire: legas ethia calimachi.

In Maledicum poetam.

Quisquis stolæue purpuræue contemptor.

ma. i. male parta. Rumor gēmeus: fama clara nō obscura. Vehit: ī æstimationē & laudē. Alba pēna: felici pēna & pura: hoc ē q̄ sua puritate laudant̄ nullius fa-ma dilacerante: qd̄ supra dixit. Gaudet honoratus multo sed noīe lector. Notus eē: asseqū famā. Tā prauæ: tanto alienæ famæ detrimēto & hominū odio. Cū stare gratis silentiū possit: hoc ē cū istud odiū maledici carminis & detrimētum alienæ famæ silēdo possim uitare.

Qui legis: Mamurra Martialis carmē aspernabat̄: qd̄ ī rebus quotidianis uer saret̄: q̄ nihil dignū haberet poetico īge nio & fabuloso. Poeta hāc nō eē cām ait cur mamurra carmē nō legat: sed id acci dere q̄m nolit mox reprehēsionē legē-: quæ ī epigrāmate ē: conscius suæ turpi-tudinis: nā quicqd carpit̄ putaret ī se di ctū. Oedipodē. i. fabulā Oedipodæ & tragœdiā scriptā. Thyesten: tragœdiā thyestæ: auctore Fabio Quītiliano Var rus magna laude scripsit filius pelopis & Hippodamiæ: cui Atreus frater Tantalū filiū epulandū apposuit: Caligātē rettu lit ad historiā fabulosā. nā caligātē lucē scribūt poetæ ea cœna. supra: Fugerit an phœbus mensas cœnamque thyestæ.

Colchidas. i. tragœdiā Medeæ: quā ēt Ouidius composuit. Hylas: raptus a nymphis & ab Hercu. egloga extat The-ocriti: quæ inscribit̄ argonautica. Par

thenopeius. i. historia de parthenopeo filio Meleagri & Atalātæ: q̄ unus fuit ex ducibus thebanis.

Athis: puer Cybelis. Endymion: primus cursū lunæ deprēdit: ūde ē dictus amicus lunæ: q̄ scri-bit Pli. eūdē dormiētē luna amplexu dicit̄ fouisse Ci. Endymion: si fabulas audīr uolumus: nescio qd ī latino obdormiuit: q̄ ē mōs cariæ nondū opinor exprectus: ūde autore īterprete Apollonii lat mius dicit̄ lōgissimus a somno Endymionis: q̄ ī latino obdormiuit. Puer exutus pēnis: Icarus filius Dædali. Hermaphroditus: filius ueneris & Mercurii fuit. Aquas amatrices. i. salmacē. Salmacem fontē ī caria scribit Stra. falso calūniatū. q̄ eius aq̄ molles hoies redderet. Vetruuius huius fabulæ reddit rationē: aitq̄ loci amœnitate id existimatū fuisse: plura sūt apud illū uerba. Ludibria: lusus fabulaꝝ. Miseræ chartæ: q̄ seruit fabulis. Cētauros: fabulosos filios Ixionis & nubis. Gorgonas: hesperides ut Lycophron scribit erant Medusa: Euryale: Steno: Gorgōes: Gorgō: Enio: Pephredo: sed noīa hæc cōfūdunt̄: & p gorgonā Medusā accipimus. Harpyæ: filiæ Plutonis: ut flaccus canit Thiphōis: sed Orpheus Thiphonē ipsū Plutonē appellat carmīe eo noīe īscripto. Hoīem sapit. i. uitā hois: & ea cōtinet q̄ ad hoīem spectāt. Nec te scire: Sēsus ē nō legis carmē meū: ne ī eos tuos a-gnoscas mors: q̄ si fabulosa te delectāt: lege opusculū Callimachi ī lbī: nā illic repies fabulose mul ta dicta: simul reprehensionē mox: sed nec illa leges: q̄m & si fabulosis oblectaris: tn̄ ea oio ffformidas: si q̄ reprēsio cōiūcta ē. illa ergo legis: qa hæc fugis: n̄ qa illis delectaris. Calimachus: grāmaticus: ca limachus itē poeta scripsit ī Apollonīū: rhodiū discipulū suū: quē lbī appellauit: carmē p obscuꝝ: q̄ Oui. apud nos īscriptōe & genere carmīs imitatus ē: multa a Callimacho dicūt̄ ī lbī fabulosa: ut ab Oui. dū illius mores īsectat̄: illud opusculū appellat Mar. ethea. nā ηθος morē significat & to-tū illius opusculū ī moribus uersat̄. Legas ethea Callimachi: sed nec illud leges: qa illud ēt ē ī mo-ribus: ita codex ātīquus hēt: Sūt q̄ legāt: Nec te scire iuuat ethea callimachi. i. tu nō uis legere librū Callimachi de moribus: qd̄ n̄ placet. nā Callimachus nullā obtinuit p̄cipuā laudē: aliquo ope edi to de moribus: ut cū poeta uellet noīare eius opis autorē: hoc ē de moribus: Callimachū dixerit: po tiusq̄ Aristotelē. sed ut dixi ītelligēdū ē de opere Callimachi ī lbim. Quisqs: ī eūdē poetā: in quē supra: Vernaculoꝝ dicta: licet nonnulli imprudenter putauerint hoc scriptum esse in eum: qui in

Martialē ſcripſerat. hic enī nō inuectus ē in Martialē: ſed in alios ſub Martialis noīe: cui poeta extrema ſupplicia impræcat. Stolæ. ī. matronæ. nā matronæ ſtola utebant. autores ſūt Marcel. & Porphirio. Oui. Ecquid ab hac oēs rigida ſubmouimus arte. Quas ſtola cōtingi: ſūptaq; uitta uetat.

Verſu impio: ſatyrico. Per pōtes: ubi ſunt mēdici. Et cliuos: colliū. Rogatores: mēdicos: Raucos aſſidua uoce mēdica. Buccas: fruſtra: ſupra dictū ē. Caninas: dādas canibꝫ. Improbi: hoc dicit qm̄ panes magno diſcrimine apponebant: alii oſtrearii. Artolagani: ſpeuſici: alii furnacei aquatici ſeu pthici. Caninas igit buccas. ī. dā das ſeu obiciēdas canibus: quēadmodū apud Varronē dat paupibꝫ. Solidæ: nā mucida fruſta fariæ dura ſūt. lu. Quæ genuinū agitēt nō admittētia morſū.

Lōgus decēber. ī. lōga hyems male indutus. Fornix: pauper obſtructo forni ce aliquod domiciliū ſibi cōponebāt.

Extēdat: faciat longū: qm̄ nō defēdit.

In ſpōda orciniana. ī. ſandapila. Orciniana ſignificat thecā ex lignis rudibus & īpolitis: periphraſis ē ſandapilæ: ἔρκος ſignificat ſeptū: unde lectus orcinianus. Sādapila dicit ex uimínibus. Litē canū. uolētiū diſcerpere cadauer. Aues noxias. ī. ſectantes cadauera: ut uultures coruos & miluos. Pānus: ueſtis: ita. n. ī paupere dicit: unde pānoſus. Siſyphi ī quieti: nō quieſcētis. Ouidius: Aut petis aut urges rediturū ſiſyphe ſaxū: æoli filius fuit q iſthmum pelopōneſī latrociniis īfeſtauit. Vnde iſthmus ſiſyphius dictus a Silio: Quā q Siſyphio fundauit: nomē ab iſthmo. Garuli ſenis. ī. Tātali q. ptulit ſecreta Iouis mortalibꝫ. Oui. Quærit aquas ī aqs & poma fugatia captat Tātalus: hoc illi garula lingua dedit. Iouis filius fuit ex Plote: tenuitq; paphlagoniā impio. Delaſſet: exerceat omnia ſupplitia ficta a poetis.

Fœlices: Traiānus de Dacis & Sithis triumphauit uicto rege Decibale: Daciā ꝓuinciā fecit: eius ex Germania reditū optat poeta. Vrna: ſors. Ducē: Traianū. Vrna: hoc dicit ī laudē Traiāi: q quæ ab aliis impatoribus olī arbitrio cōſtituebātur ad urnā & ſortes redegit. Ita laudat a Pli. Sors & urna fiſco iudicē aſſignat: licet reiicere: licet exclamare. Hūc nolo: timidus ē. Intelligit igit poeta ſorte datū eē militibus: ut ſequerent Traianū ñ coacti imperio. Nuru latia: mulieribus eūtibus ad ſpectaculū Traiani uenietis.

Dulces moræ: interuenientis. nā extra portā expectabant ueteri inſtituto apparandi triumphi.

Nymphaꝫ: Traianus ī Germania per rhenū nauigauit. Pli. de Traiano: Rhenus & Danubius tantum illud decoris noſtri uehere gaudebant. hunc nomine tybris rogat poeta: ut reſtituat imperatorem. Bibunt: liquefactas accipiunt.

Contumelioſi: quia calcat. Aureus: propter auream harenam. Receptis cornibus: alterum cornu habebant trāſrhenani: alterum erat in īperio romanorū.

Quos colere debet: læſit impio uerſu.
Pontes per orbis erret exul et cliuos
Interque raucos ultimus rogatores.
Oret caninas panis improbi buccas.
Illi december longus: et madens bruma
Clauſuſque fornix triſte frigus extendat.
Vocet beatos clamitetque fœlices
Orciniana qui feruntur ſponda.
Et cum ſupremæ fila uenerint horæ
Dieſque tardus: ſentiat canum litem.
Abigatque moto noxias aues panno.
Nec finiantur morte ſupplicis pœnæ
Sed modo ſeueri ſectus æaci loris
Nunc inquieti monte ſiſyphi preſſus.
Nunc inter undas garruli ſenis ſiccus.
Delaſſet omnes fabulas poetarum
Et cum fateri furia iuſſerit uerum
Prodente clamet conſcientia ſcripſi:

De aduentu Cæſaris.

Fœlices quibus urna dedit ſpectare coruſcum
Solibus arctois ſyderibuſque ducem.
Quando erit ille dies quo cāpus et arbor et oīs
Lucebit latia culta feneſtra nuru.
Quando more dulces lunguſque a cæſare puluis
Tota quæ flaminea roma uidenda uia.
Quando equeset picti tunica nilotide mauri
Ibitis et populi uox erit una: uenit.

Ad Rhenum.

Nympharum pater amniumq; rhene
Quicunque othryſias bibunt pruinas
Sic ſemper liquidis fruaris undis
Nec te barbara contumelioſi
Calcatum rota conterat bubulci.
Sic et cornibus aureus receptis
Et romanus eas utraque ripa:
Traianum populis ſuis et urbi
Tybris te dominus rogat remittas.

De Paula.

Vtraq; ripa:utroq; cornu:ideſt ſic aſſerto & uindicato in poteſtatē utroq; cornu ſeruias romāis qđ cuperes.

Vndenis:locaſ in famam ſibi comunem cū ſcurris:ego inquit ſum notus omnibus:ſed cur īuideatis mihi:cū Caballus urbanitate ſua me notior ſit. Multo ſale:multis facetiis. Nec tamen pteruo: quia abeſt a maledictis. Teſtius:Andremon Caballus dictis:& urbanitate magnā famam eſt aſſecutus.eſt præterea Andremon in fabula maritus Dryopes puellæ cōpreſſæ a phœbo quaſi dicat q ſcurilius iocaſ notior eſt:notās tempora ſua.

Nubere paula cupit nobis:ego ducere paulam
Nolo anus eſt:uellem ſi magis eſſet anus.

De Se.

Vndenis pedibuſque:ſyllabiſque
Et multo ſale:nec tamen proteruo
Notus gentibus ille martialis:
Et notus populis:quid inuidetis?
Non ſum andremone notior caballo.

In Paulum.

Cum tu laurigeris annum qui faſcibus intras
Mane ſalutator limina mille teras.
Hic ego quid faciam?quid nobis paule relinquis
Quid de plæbe numæ denſaque turba ſumus?
Qui me reſpiciat dominum regemque uocabo:
Hoc tu ſed quanto blandius ipſe facis.
Lecticam ſellamque ſequar.nec ferre recuſo.
Per medium pugnas:ſed prior ire lutum.
Sæpius aſſurgam recitanti cārmina:tu ſtas.
Et pariter geminas tendis in ora manus.
Quid faciat pauper:cui non licet eſſe clienti?
Dimiſit noſtras purpura ueſtra togas.

In Calliodorum.

Nil aliud loqueris quam theſea perithoum que:
Teque putas piladi calliodore parem.
Diſpeream:ſi tu piladi præſtare matellam
Dignus es:aut porcos paſcere perithoi.
Donaui tamen inquis amico milia quinque:
Et lotam ut multum terque quaterque togam
Quid quod nil unquam piladi donauit oreſtes?
Qui donat:quanuis plurima:plura negat:

Ad Domitium.

Aemiliæ gentes et apollineas uercellas
Et phætontei qui petis aruą padi.
Ne uiuam niſi te domiti permitto libenter
Grata licet ſine te ſit mihi nulla dies.
Sed deſiderium tanti eſt:ut meſſe uel uua
Vrbano releues colla peruſta iugo.
I precor et totos auida cute combile ſoles

Vndenis:locaſ in famam ſibi comunem cū ſcurris:ego inquit ſum notus omnibus:ſed cur īuideatis mihi:cū Caballus urbanitate ſua me notior ſit. Multo ſale:multis facetiis. Nec tamen pteruo: quia abeſt a maledictis. Teſtius:Andremon Caballus dictis:& urbanitate magnā famam eſt aſſecutus.eſt præterea Andremon in fabula maritus Dryopes puellæ cōpreſſæ a phœbo quaſi dicat q ſcurilius iocaſ notior eſt:notās tempora ſua.

Cum tu:in Paulū commiſerās pauperum conditionē:q; iā nobiliores ita omne captatōis genus occupauerint:ut pauperibus locus non ſit. Intras annum faſcibus:ideſt qui geris conſulatum. De plæbe Numæ:Numa fuit pauper iter reges,i.ſumus pauperes & ignobiles. Dominū & regem:hæc duo uerba ſūt pauperum blandiētiū diuitibus. Pugnas: faciens iter. In geminas māus:hoc datur aſſentatori:ut a facie iactet manus: luue.Nocte dieq; poteſt alienū ſumere uultum.A facie iactare māus laudare paratus,ſi bene ructauit:ſi rectū minxit amicus. Eſſe cliēti:ſeruīr. Veſtra purpura,i.uos nobiliores. Noſtros togatos .i.nos pauperes,iā togatis non eſt opus: qa purpurati eadē officia præſtāt. Dimiſit ob officiis excluſit.

Nil aliud:in Calliodorū q uix exiguo munere dato ſe Pirithoo:aut Piladi parē prædicabat:quoꝝ alter cū Theſeo:alter cum Oreſte inter paria amicorū numeraſ.At poeta negat muneribus quēq; poſſe uideri ueꝝ amicū,nam ueris amicis comunia oīa eſſe oportet. Matellā: ideſt ſcaphiū uas urinaꝝ. Porcos pirithoi:antiqui heroes habebāt porcos: ut Vlyxes apud Home. Vt multū:ad ſūmum uerbū Martia. Plura negat:quia non uult reliqua eſſe communia.

Aemiliæ gēres:Domitium profecturū in æmiliā & uercellas:hoc epigrammate dimittit īuitus:q; cū ei ſit amicus ſed tamen permittit hoc:cū cupiat eū recreāri ex urbanis laboribus una ſaltē æſtate ſimul oſtēdit hūc multis eſſe cariſſimū Gentes æmiliæ:ubi bononia. Vercellas:apollineas:Vercellis Apollinē cultū fuiſſe nūdū legī:licet tamē ſētire cultū illic fuiſſe:uel ex hoc loco Mar.Sūt qui ſentiant uercellas dici apollineas ꝓpter aurum qđ effodiebaſ:quod placet. nā Euſtachio autore aurum dicatū ē Apollini:argentum lunæ.fuiſſe autem foſſū illic aurum teſtaſ Pli. Padi phœthontei:in quem phœton cecidit. Peruſta: atrita. Iugo urbano:ſeruitute urbana. Tanti eſt:tantum ualet apud me.

Quã formoſus:q̃ placibilis. Cũ:pere grinus eris.i.cũ ueneris. Albis amicis: q in urbe mãſerũt. Pallida:turba ami corum. Roma:amici romani. Niliaco ore:ægyptii fuſci ſunt.

Dicit:Manium una educatũ a primis annis alloquitur:cuius gratia ſe in patri am redire fatetur qđ libenter facit:cum non modo ĩ patria cauſa Manii eẽ uel. Ict:ſed in ſcythia ſi opus eẽt. Simplici bus annis.i.puerilibus. Prætextata ami citia:ideſt puerili.nã pueri ãte.xiiii. ute bantur prætexta.Oras auriferas.i.hiſpa niã.Pendentia tecta:ideſt bilbilim:quæ in edicto eſt. Mapalia:caſæ getulorũ: quæ calamis tegũtur. Peni ſicci:qa pe ni carent aquis. Caſas ſcyticas: quæ in paluſtris ſunt:ut Strab. Roma erit:id eſt uidebitur nobis ubicũq; fuerimus,p pter mutuum amorem.

Cum:cathedralitii homines dicuntur molles.Supra:inter fœmineas tota q lu ce cathedras Deſidet.Tales miſtros ha bebat Tucca & multa præterea ad luxũ ſed captus amore mœchæ quotidie ſu ſpirabat. Scis inquit poeta:quare male habeso Tucca:quia eſt tibi bene: nã di tiſſimus es. Ad lumina nocturna: ideſt tu nocturnus. Faſtoſæ:ſuperbæ:& ſper nentis te. Madet:lachrymis tuis. Rhe da:currus erat quo extra urbem uteban tur. Sequebatur:inquit Aſconius uxor Clodii cũ Rheda. Lybis eques:hoc eſt eqs maſſyleus.Erat enim ĩ delitiis equus maſſyleus. In longo puluere dum egre dieris ex urbe. Triclinia ſtrata: paratã cœnationẽ. Tuo unguento:uel croci uel unguento:quo uteris in cœna. Ba ias nolanas:ideſt uillã tuam amœniſſi mam. Trientes ſetini:ideſt cyathi uini ſetini. Venus in meliore pluma: quæ dormit in pluma olorina:& tu in eadẽ dormis.

Cedere:ad Criſpum:te non cedere in amore:ideſt non uincerisin amore erga me. Non caperet:non poſſet cõtinere. Cum tua niliacus:ideſt cum habeas ru ra fertiliſſima.

Dotatæ:Aper diuitẽ uxorem ludo ſi mulato ſagitta necauit.Videtur fortaſſe uobis id comiſiſſe per errorem:quia ne ſciret ludere:immo ſciuit ludere.nã fa ctus eſt diues morte uxoris. Dotatæ:lo cupleti:Dotata ut Marcel.ſcribit: cuius uir rei copia dicitur affluens.

Si donare:Caium deridet:qui ſolis p miſſis uolebat uideri aĩcus & liberalis.

Si inquit promittere:eſt donare ego p mittam tibi multo plura:quã tu mihi:

Quam formoſus eris dum peregrinus eris:
Et uenies albis non agnoſcendus amicis:
Libabitque tuas pallida turba genas.
Sed uia quem dederit:rapiet cito roma colorem:
Niliaco redeas tu licet ore niger.

Ad Manium.

Dicit ad auriferas quod me ſalo celtiber oras
Pendula quod patriæ uiſere tecta libet.
Tu mihi ſimplicibus mani dilectus ab annis
Et prætextatæ cultus amicitiæ.
Tu facis in terris quod non eſt alter iberis
Dulcior et uero dignus amore magis.
Tecum ego uel ſicci getula mapalia peni
Et poteram ſythicas hoſpes amare caſas.
Si tibi mens eadem:ſi noſtri mutua cura eſt
I quocunque loco roma duobus erit.

Ad Tuccam.

Cum cathedralitios portet tibi rheda miniſtros
Et lybis in longo puluere ſudet eques.
Strataque non unas cingant triclinia baias
Et rhetis unguento palleat uncta tuo.
Candida ſetini rumpant cryſtalla trientes
Dormiat in pluma nec meliore uenus:
Ad nocturna iaces faſtoſæ limina mœchæ:
Et madet heu lachrymis ianua ſurda tuis.
Vrere nec miſerum ceſſant ſuſpiria pectus
Vis dicam male ſit cur tibi tucca:bene eſt.

In Criſpum.

Cedere de noſtris nulli te dicis amicis
Sed ſit hoc uerum:quid rogo criſpe facis?
Mutua cum peterem ſeſtertia quinque negaſti:
Non caperet nummos cum grauis arca tuos
Quando fabæ nobis modium fariſque dediſti?
Cum tua niliacus rura colonus aret:
Quãdo breuis gelidæ miſſa ẽ toga tẽpore brumæ
Argen ti quando miſſa ſelibra mihi eſt?
Nil aliud uideo quo te credamus amicum:
Quam quod me corã pedere criſpe ſoles.

De Apro.

Dotatæ uxori cor arundine fixit acuta
Sed dum ludit aper:ludere nouit aper.

In Caium.

Si donare uocãs promittere nec dare cãi:

quæ accipies:quo mõ tu das mihi. Astures:fodiũt aurꝝ ĩ gallatia.Sirius: Astur auarus : Visceribus lacere telluris mergit̃ imis:Et redit infœlix effosso cõcolor auro. Alga erythrea: idest in fũdo maris erythrei.nã Plinio autore margaritæ ab indis urinãtibus ĩ fundo maris rubri colligũt̃. Auis unica:idest phœnix. Aheno agenoreo:idest uase purpuræ.

Saturualitio:Sternebat̃ uia appia a Domitiano:ut supra dictum ẽ:cui operi præfectus erat Macer ad hũc poeta in saturnalibus solebat carmẽ mittere:nũc eo occupato alloquitur musam quasi recusantẽ illuc accedere. Frustra cupis: quia non impetrabis hoc a me:quia oĩo mittam te. Tributo.i.carmine qd̃ soleo mittere in saturnalibus. Solẽnes: quos soleo mittere singulis annis. Nugas:uersus. Obticuisse:siluisse. Mensorũ:mensores dicunt̃ qui de spatiis itinerũ scripserunt:& ratione uiarum: in quo fuerũt Diognetus & Beton Iolius. Item Vispus nonnulla de uiis apd̃ nos tradidit:horum libros legebat nũc Macer:ut appiæ muniendæ rationem pciperet. Vacat:dat operã. Appia qd facies?quasi dicat negligetur appia.

Nec:Nimium studium colendorũ diuitum carpit.nam usq; eo ꝓcessit pauperum assẽtatio:ut etiam si nihil miserit diuites tamen eos colant.In quo genere Marium:auarum accusat:q multos togatos habebat:cum nihil is mitteret: et quod grauius ẽ Marius cũ sit paup nec possit dare colitur:in quo nõmodo hominem deridet: sed etiam togatos eum sequentes. Spondet:pro comitibus.

Sterilem:nihil reddentẽ. Fatuæ togæ:idest fatui togati:qui steriles amicos colũt:non mõ diuites:sed ẽt pauperes.

Nec doctum:Plinium secundum hoc epigrãmate laudat:cuius rei Plinius ipe in epistolis meminit.Mittit autem libꝝ legendũ & monet ut eius domum quærat in æsquiliis. Parum seuerum: uertem in iocis. Breuis est labor:idest tibi peragendum est iter. Subire:ut peruenias ĩ æsquilias. Lubricũ theatri: erat enim Orpheus prope theatrum:uel igitur ex stillicidiis theatri uel ex unguento theatrali lubricus & udus erat. Mirantis:sonum Orphei. Auem regis:aq lam:hæc est illa imago: in quam supra est epigramma: Dic mihi quẽ portes uo lucrum regina tonantem. Pedonis: ille est Pedo:cuius meminit Iuue. Sic pedo conturbat:Matho deficit: Pedonis poetæ meminit Oui.Sydereusq; Pedo: sed hic alter est. Celata penna miore: quam illa qua Ganymedum sustulit Ioui. Ianuam:Plinii. Non tuo tempore:idest intempestiua:& ante calices.

Dat totos dies Mineruæ tetricæ: idest litteris seueris. Centum uirorum:erat enim patronus apud .c.uiros qui erant iudices: ut ipse in epistolis scribit.

Vincam te donis muneribusque meis.
Accipe callaicis quicquid fodit astur in aruis:
Aurea quicquid habet diuitis unda tãgi:
Quicquid erythrea niger inuenit indus in alga
Quicquid et in nidis unica seruat auis.
Quicquid agenoreo tyros improba cogit aheno
Quicquid habẽt omnes:accipe quomodo das.

De Macro.

Saturnalitio macrum fraudare tributo
Frustra musa cupis:non licet ipse petit.
Solemnisque iocos nec tristia carmina poscit:
Et quæritur nugas obticuisse meas.
Mensorum longis:sed nunc uacat ipse libellis
Appia quid facies?si leget ista macer?

De Mario.

Nec uocat ad cœnam marius:nee munera mittit
Nec spondet:nec uult credere:sed nec habet.
Turba tamen non deest:sterilem quæ curat amicũ
Heu quam præfatuæ sunt tibi roma togæ.

Mittit librum suum ad Pliniũ.

Nec doctum satis et parum seuerum
Sed non rusticulum nimis libellum
Facundo mea plinio thalia
I perfer:breuis est labor peractæ
Illic orphea protinus uidebis
Alium uincere tramitem subire
Vdi uertice lubricum theatri
Mirantesque feras:auemque regis
Raptum quæ phryga pertulit tonanti.
Illic parua tui domus pedonis
Celata est aquilæ minore penna
Sed ne tempore non tuo disertam
Pulses ebria tanuam uideto.
Totos dattetricæ dies mineruæ
Dum centum studet auribus uirorum
Hoc quod fæcula posterique possint

Tua hora:rettulit ad illud q̄ supra:Non tuo tẽpore. Rosa;nã rosacea corona in luxu erat. Tũc eo tempore sparso Lyæo.

Scribere:Sextũ deridet:q obscuritate poematũ doctus uolebat uideri & p̄bari.Ait.n. se male scribere carmina:q̄ & grãmaticis placeãt:& sine grãmaticis p̄bent̄:hoc ẽ intelligant̄ a lectoribus:q̄ quæ doctissimo iudice & interprete indigeãt.Fuisse nõ nullos scribit Quit.autore Liuio ; q̄ discipulos iuberẽt orationẽ obscurare q̄ damnat. Claráus & modestus:iurisc̃onsulti fuerũt doctissimi:q̄ cum legũ ĩterpretatõe uersẽtur hos duos nominauit:cũ uellet acutissimos interpretes nominare. Cinna cornelius: Cina cuius nõnulla carmina extant pobscure scripsit. Sic:ista obscuritate. Sine grãmaticis:ideſt sine interprete.

Cur spleniato:Philenim deformẽ: cuius uultũ Mẽtulæ compauit supra eo epigrammate:Nõ basio te Phileni ruffaes:monet q̄re splenis utaẽ & labris ceruſſatis:ne.i.eã basiet. Méto spleniato .i.méto tecto spleniis. Ceruſſa.i.ũguẽto. Iã numerat:Anto.primus dictus toloſanus;cuius meminit Trã.ĩ uitelio et supra poeta Marcus amat nostras:Marcus palladiæ nõ inficiẽda toloſſæ gloria epicuꝝ secutus relaxationi aĩ idulgebat ĩ quo a poeta eiusdẽ sectæ laudaẽ . Iam hoc die natali.nã celebraẽ natalis. Primus:cognomẽ ẽ.nã dicebaẽ Ant. prius autore Sue.Placido æuo:placida uita.

Quindecies olympiadas.i.xxv. ános respicit dies præteritos: q acta uita delectanẽ. Nulla dies ĩgrata .i. nullus dies displicet.Cuius nõ meminisse uelit .i. cuius recordatione nõ delectaẽ. Posse frui priore uita.i.posse capere uoluptatẽ uitæ preteritæ Natales:celebrat natalẽ suũ & cũ.lvii.ánũ expleuerit:ut alii codices habent.xviii.ános:ut alii:xvii.adhuc optat:calẽdis martiis natus. Lux formosior:pulchrior. Et puellæ: ét q̄bus solẽt mitti munera hoc die ab amicis:mihi natalẽ celebranti mittunt munera Martiis ãt calẽdis munera mitti solebãt fœminis:ut supra ex Trãqlo.ĩcita uimus. Quinquagesima liba.i.qnquagesimũ sacrificiũ.Bis annis.i.bis nouenos:ut alii codices hẽnt ter nouenos.

Nondũ piger nimia senecta.i.nondũ decrepitus.Pactis tribus aureis uitæ . Si legis supra ter nouẽos cõuenit fortasse: q̄ nõnulli ex uulgo dicunt de numero aureo:q in nouenũ nnmeꝝ diuidiẽ: ut dicat tribus aureis:hoc est.xxvii. ánis p̄fectis.Si legis bis nouenos:q̄ placet tribus aureis ĩtellige.i.tribus partibus uitæ aureis:quæ sũt iuẽta uirilitas:& senectus.Hæ.n.tres sũt aureæ:& his solis uidemur uiuere cũ ĩfantia:nec ætas decrepita ullã uiuẽdi uoluptatẽ habeãt:hoc ĩ quã placet:qm̃ optima ætas aurea dicta ẽ: deterior argẽtea:pessima ferrea:uel aureis a nũero elemẽtoꝝ noĩs.nã sex ſt ita ter fiẽt.xviii.ita solet a nominũ lĩis numeꝝ duceẽ. Posthac:qdã codex ãtiquus hẽt post ĩs:nec morã nec diẽ rogabo.

Arpinis quoque comparare chartis
Seras tutior ibis ad lucernas
Hæc hora est tua:dum furit lyeus
Cum regnat rosa:cum madent capilli.
Tunc me uel rigidi legant catones:

Ad Sextum.

Scribere te quæ uix intelligat ipse modestus
Et uix claranus:quid rogo sexte iuuat?
Non lectore tuis opus est:sed apolline libris
Iudice te maior cinna marone fuit.
Sic tua laudentur:sane mea carmina sexte
Grammaticis placeant et sine grammaticis.

In Philenem.

Cur spleniato sæpe prodeam mento
Alba ue pictus sana labra ceruſa
Phileni quæris:basiare te nolo:

De.M.Antonio.

Iam numerat placido fœlix antonius æuo
Quindecies ſactas primus olympiadas.
Præteritoſque dies.et tutos respicit annos.
Nec metuit lethes iam proprioris aquas:
Nulla recordanti lux est ingrata grauisque:
Nulla fuit cuius non meminisse uelit.
Ampliat ætatis spacium sibi uir bonus:hoc est
Viuere bis:uita posse priore frui.

Ad Calendas Martias.

Natales mihi martiæ calendæ
Lux formosior omnibus calendis
Qua mittunt mihi munus et puellæ
Quinquagesima liba septimaque
Vestris addimus hanc focis acerram
His uos:si tamen expedit roganti
Annos addite ter precor nouenos.
Vt nondum numina piger senecta
Sed uitæ tribus aureis peractis
Lucos elysiæ petam puellæ.
Posthac nec horam nec diem rogabo.

De Mutio.

Alii ita hẽnt:post hoc horã ego nec diẽ rogabo:qd̃ placet. In matutina: repetitũ ẽ ſpectaculum mutii.Idẽ ſuppliciũ magna aĩ cõſtãtia ſubiuit:nõnulli mirabãt:poeta inqt eũ fortiorẽ uideri potuiſſe:ſi nõ peccaſſet. Abdera:urbs thratiæ cõdita ab Abdera Diomedis ſorore:eadẽ iſtaurata a clazomeniis ueniẽtibus ex Aſia:& dicta clazomene:pria fuit Democriti.Matutina harena: matutino tpe. Plebis abderitanæ:an dicit iſanus es:nã Ci.i na.deoꝝ iſaniã abderitanis iſitã affirmat:an dixit plebis abderitanæ,p thracia:hoc ẽ tu crudeliſſimus:q̃les ſũt thraces:ut cõueniat cũ illo Ora.Quale mollire poſſet ĩpia thracũ pectora.

In matutina nuper ſpectatus harena
Mutius impoſuit:qui ſua membra focis.
Si patiens fortiſque tibi duruſque uidetur:
Abderitanæ pectora plebis habes.
Nam cum dicatur tunica præſente moleſta:
Vre manum:plus eſt dicere non facio.

De Varro.

Varre parethonias latia modo uite per urbes
Nobilis et centum dux memorande uiris.
At nunc auſonio fruſtra promiſſa quirino
Hoſpita lagæi littoris umbra iaces.
Spargere non licuit frigentia fletibus ora:
Pinguia nec mœſtis addere tura rogis.
Sed datur æterno uicturum carmine nomen:
Nunquid et hoc fallax nile negare potes.

Ad diodorum.

Natali diodore tuo conuiua ſenatus
Accubat et rarus non adhibetur eques.
Et tua tricenos largitur ſportula nummos:
Nemo tamen natum te diodore putat.

Ad Ianum.

Annorum nitidique ſator pulcherrime mundi
Publica quem primum uota preceſque canunt
Peruius exiguos habitabas ante penates:
Plurima qua medium roma terebat iter.
Nunc tua cæſareis cinguutur limina donis:
Et fora tot numeras iane:quot ora geris.
At tu ſancte pater tanto pro munere gratus
Ferrea perpetua clauſtra tuere ſera.

Ad Sextilianum.

Quam mihi mittebas ſaturni tempore lancem:

Eſt plus dicere.i.plus laudis ẽ. Tunica moleſta.i. ſatellitibus & apparitoribus moleſtis. Vel tunica moleſta præſẽte:q̃ tunica q̃ deceptus eſt Mutius ĩ ſcriba ĩ ſpectaculo repræſentabãt. Nõ facio ut oſtẽdat laudẽ aĩ eẽ: & nõ corpis: an rettulit hoc ad innocentiã:q̃ placet. nã q Mutiũ repræſẽtabat:ſcelere dãnatus fuerat:cuius laus fuiſſet maior:ſi nõ cõmiſiſſet aliqd cur damnaretur.

Varre:Varrũ cẽturionẽ in ægypto extinctũ hoc epigrãmate deflet & celebrat Vite latia.i.cẽturionatu.nã cẽturiões uitẽ latiã geſtabãt. Pli.Cẽturionũ i manu uitis.Luca.de Sceua cẽturiõe:Latiã longo gerit ordine uitẽ.Siluis:nã uitis honore p̃fũctus latiæ ſubito ſtimularat agreſtis.luue.Poſt hæc nodoſã ſumebat uertice uitẽ:& lege ſancitũ ẽ ſuppliciũ militi:q̃ caſtigare ſe uolenti cẽturiõi uitẽ te nuiſſet. Parethonias:ægyptias. Cẽtũ uiris:qa Cẽturio præerat cẽtum uiris.

Fruſtra ꝓmiſſa:qa oẽs ſperabamus te reditur. Tura piguia:nam uaporem pinguẽ emittũt. Nile fallax:q nõ redidiſti Varrũ.Nũquid potes hoc negare: ut non demus carmen uicturum.

Natali:Diodori ſupra fcã eſt mẽtio & tradita hiſtoria.ls.n.Veſpaſiani tp̃ibus citharœdus imp̃atoris gr̃a floruit: núc celebrat natalẽ:aliter ut ſentio Diodo. magno q̃dẽ cõuiuio & mẽſa:adeo ut & ſenatus diſcũberet:& equeſter ordo: tñ ita ab oĩbus:uel negligebãt:uel habebatur odio:ut nẽo ei munus mitteret: cũ aliis diẽ natalẽ celebrãtibus dona ab aĩcis mitti ſolerẽt.Feſtiue ig̃ poeta ĩ hũc iocat. Accubat:diſcũbit cõuiua, nã ꝓmulgata lege Othonis a Domi.ad miorẽ numeꝝ redacti ſũt eqtes:cũ pauci eſſent:q cẽſũ haberẽt equeſtrẽ:q̃do ita loqtur timidi ĩ diſtichis:Ante frequẽs ſed núc rarus nos donat acius. Nemo natũ ſemel putat.i.nẽo mittit tibi munus ut ſupra. Natũ nec ſemel te putabo.i. nẽo tibi ullũ munus in tuo natali.

Annoꝝ:epigrãma ẽ ĩ laudẽ Traiani: q̃ tẽplũ Iano dederit addito q̃rto foro.Aedes Iani olĩ a Numa cõdita fuit.Domi.foꝝ ꝙ trauſitoriũ appellauit iuxta extruxit:hoc uerbo græco a Trãql.& metodiũ appellat:addito ãt q̃rto foro a Traiano trãſitorii fori uſus ceſſauit:quẽ Ianũ. Primũ:nã calẽdis ianuarii publica ſacra celebrãt Iano: cũ ſit ãni p̃cipiũ. Peruius:uel q̃ referat ad foꝝ trãſitoriũ:q̃ dixius cõditũ a Domitiano:uel pui us hiãs frequẽtibus rimis laxus. Tot fora.i.quatuor fora. Bifrõtẽ Ianũ formauit ãtiqtas:q̃ſi ſuperũ & infeꝝ ianitorẽ:ut Macro.ſcribit ex ſnĩa Baſſi eũdẽ q̃driformẽ:q̃ſi cõplexũ q̃ttuor mũdi cl̃ia ta. Tãto mũere:quãtũ dedit Traianus. Clauſtra ferrea:hoc ẽ ianuas tuas ferreas:ut ſint clauſæ: .i.da nobis pacẽ. nota ẽ hiſtoria fabuloſa uel ex Ouidio:uel ex macrobio.

Quã mihi:locat in Sextilianũ nõ ſine fellis aſpergine:eũ enĩ accuſat:q̃ amore puellæ captus ei

mittat oīa mūera: q̄ olim ſolebat mittere ſibi ī ſaturnalibus: & die eius natali. Iā iqt amas: & poteris puella gratis: q̄ redimis meis muneribus. Dominæ tuæ. i. puellæ tuæ: cuius amore captus es. Tempore ſaturni, i. ī ſaturnalibus: ī qbus mittebant mūera amicis. Syntheſis praſina, i. uiridis: uerbo græco uſus ē: nā praſinos ſignificat uiride: & ſupra uirgā praſinā dixit. Viridē aūt ueſtē in uſu fuiſſe & hic īdicauit: Herbaq; fueras īdutus baſſe colores: huius coloris erat præſertī faſcia pectoralis. Papinius Nūc herbas imitare ſinu: Iuuenalis: Viridē thoraca iubebit auferri, i. indumētū pectoris: nā θῶραξ græce ſignificat pectus. De nīa toga. i. ex q̄ emebas ſyntheſim aīco calē dis martiis. quia ea die natus eſt Mar.

O tēperate: Phormianā uillā Apollīaris amiciſſimi celebrat hoc epigrāmate: ſimul accuſat occupatiōes urbanas: qbꝰ fit ut tāta amœnitate rariꝰ utaſ Apollinaris. O phormiæ tēperatæ, i. cœli tēperati. Phormiæ a lacombus cōditæ ſūt dictæ ab ὁρμίσκω: ideſt ſtatiōis fœlicitatæ: & īter loca amœna numerauit Papīnius oppidū. Martis ſeueri: ideſt romani: Inqetas curas ab effectu: tuſculum amœniſſimū erat uinetis floribus & frequētibus uillis. Papi. Cedant telegoni cedant laurentia turni iugera. Iugera telegoni, i. tuſculum conditū a Telegono. Algidos colles: ideſt albanum & prænēſte inter loca amœna. Domus fortunarum: nam illic duæ fortunæ colebantur ſub imagīe duarum ſororum Silius: Fortunæ prænēſte ſacræ. Papi. Et prænēſtinæ poterant migrare ſorores. Antium datum erat receſſui principiū: ut ſcribit Stra. cū ex laboribus urbanis reſpirarent. Blanda circe: ideſt circei dicti a circe. Papi. cedant uitreæ iuga p fida circes. Caieta dardanis: troiana: nam dicta eſt Caieta a nutrice Aeneæ: quamuis Stra. aliter ſentiat: a curuitate enim putat appellatam caietam: nam la cones curua caieta appellāt papi. Sedes phrygio: quas debet alūno Mittis anus.

Marica: a marte Latini dicta. Nec liris deprauata dictio apd Stra. Et pro liris eris ſcriptū ē mendoſe. Labitur autē ex appenninis montibus præter fluit flagellas deriuatur ī lucum ſacrum: quem miniturnenſes religioſiſſime colūt: huripæ ptæſertim quæ ſilera dicebantur: ut Cice. ſcribit pro lege agraria ameniſſime erant. Salmacis loca in uena lucrina: ego puto hoc referri ad amœnitatem lacus lucrini: nā ſalmacim fuiſſe ad lacum lucrinum nondum repperi. Salmacū tantum in caria fuiſſe noſtrorum monumenta teſtātur: fontem cuius aquis homines molleſcerent: & effœminarentur: q̄uis Strabo ueritatem hiſtoriæ ſecutus falſo id exiſtimari ſcribat: & Vetruuius rationem perquirat altius. Lucrinū lacum molles homines potuiſſe reddere amœnitate & nitore ſuo: nemo eſt qui neget: cum molles baias legamus mollē lucrinū & totū illud litus moliſſimū. Apte igit poeta cū lucrinū uult ſignificare mollē & amœnū: ait Salmacē nymphā ī eo ſe lauiſſe: de cuius nymphæ fonte hi extant uerſus ouidii: Vnde & pulchritudinē & mollitiē itelligas: Quiſqs ī hoc fontis uir uenerit exeat inde. Semiuir & tactis ſubito moleſcat ī undis. Præterea uidet hic ſtagnū lucētis ad imū: Vſq; ſolū lymphæ. Nec ſalmacis, i. amœnitas lucrini. Hic in phormio. Stringit: uentilat. Sūma Thetis, i. maris ſupficies. Sed uiua, i. mouetur. Venit frigus ſalubre, i. uentus ſalubris. Non amātis æſtatē, i. nequeuntis ferre calorem. Lineā: filū hami. Aeoli renū, i. uentos. Rombos: piſces. Lupos: uernas piſces illic natos. Murena delicata: ī nonnullis piſcinis piſces ita erant aſſuefacti a magiſtro: ut uocati ad cibos uenirent: nec in piſcinis tātū: ſed in mari multis ī locis: In ellore oppido ſiciliæ: nō pcul a ſyracuſis.

Miſiſti dominæ ſextiliane tuæ,
Et quam donabas dictis a marte calendis:
De noſtra praſina eſt ſyntheſis empta toga.
Iam conſtare tibi gratis cepere puellæ
Muneribus futuis ſextiliane meis.

De Littore Formiano.

O temperatæ dulce formiæ littus
Vos cum ſeueri fugit oppidum martis
Et inquietas fexus exuit curas.
Apollinaris omnibus locis præfert:
Non ille ſanctæ dulce tybur uxoris
Nec tuſculanos algidos ue ſeceſſus,
Preneſte nec ſic antium ue miratur:
Non blanda circe dardanis ue caieta
Deſiderantur nec marica nec lyris
Nec in lucrina loca ſalmacis uena.
Hic ſumma leni ſtringitur thetis uento:
Nec languet æquor uiua ſed quies ponti
Pictam phaſelon adiuuante fert aura:
Sicut puellæ non amantis æſtatem.
Multa ſalubre purpura uenit frigus
Nec ſeta longo quærit in mari prædam.
Sed a cubiculo lectuloque iactatam.
Spectatus alte lineam thrait piſcis.
Si quando nereus ſentit æoli regnum
Ridet procellas tuta de ſua menſa
Piſcina rombum paſcit et lupos uernas
Natat ad magiſtrum delicata murena

In labra iouis gnidi fonte anguillæ idem faciebant. Licinius Mutianus ut scribit Pli. tradidit murenas euocari sibillis: quoniam solitæ coire cum calubris ea uoce alliciantur. Nomenculator: dicitur ille qui apud magistratū profitetur nomia hominū. & nominatī uocat. Mulli senes: aut senes propter barbā: quod placet: ut quia diu fuerant in piscina. Quot dies phormianos. i. amœnos. q. d. multos. Imputat: ascribat Appollinari. Hæreti nequeūti discedere a negociis urbanis. Ouinitores. i. ouillici. Seruiunt uobis: quia uos soli frui mini.

Nomenculator mugilem citat notum.
Et adesse iussi prodeūt senes nulli:
Frui sed istis quando roma permittis?
Quod formianos imputat dies annus
Negocioſis rebus urbis hærenti.
Ouinitores uillicique fœlites:
Dominis parantur ista seruiunt uobis.

In Calliodorum.

Addixti seruum numinis here mille ducentis:
Vt bene cœnares calliodore semel.
Nec bene cœnasti: mullus tibi quattuor emptus
Libratum cœne pompa caputque fuit.
Exclamare libet: non est hoc improbe non est.
Piscis: homo est: hominem calliodore uoras:

De Imagine. M. Antonii.

Hæc mihi qnæ colitur uiolis pictura rosisque
Quos referat uultus ceciliane rogas.
Talis erat marcus mediis antonius annis:
Primus in hoc iuuenē se uidet ore senex.
Ars utinam mores: animumque effigere posses
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

Ad Numacium gallum.

Simplicior priscis numaci galle sabinis:
Cecropium superas qui bonitate senem.
Sic tibi cum soceri claros retinere penates.
Perpetua nate det face casta uenus.
Vt tu si uiridi tinctos erugine uersus:
Forte malus liuor dixerit esse meos.
Vt facis: a nobis abigas: nec scribere quēquam
Talia contendas carmina qui legitur.
Hunc seruare modum nostri nouere libelli.
Parcere personis dicere de uitiis.

Ad Traianum.

Dii tibi dent quicquid princeps traiane mereris.

Addixti. Calliodorū deridet: qui seruū uendiderat: ut bene cœnaret trecētis nummis: quibus multū emit propter gulam: & una cœna trecentos nūmos absūpsit. In gulā inuehitur poeta. Addicere: ē plus precii pollicenti & uendere & alienare. Pompa & caput: quia tota illa pecunia emisti mullū. Hominē. seruū.

Simplicior. Nota conquestione Numatium rogat: ut quos uersus legerit maledicos suo inscriptos nomini: contendat non fuisse scriptos a Mar. Venio nonnū quam in suspitionem luue. carmē notari quia ita satyrā scribebat: ut nemo dico quidem adiutorio eam committere unquā ausus sit. Simplicior. Studiosior ueræ uirtutis. Sabinus: nam sabini simplicitate: omnes & bonitate superarunt. Senē cecropium: Epicurium: qui idem gargettius dictus ē a gargeto pago: i quo est natus: auctore Laertio: Placet intelligas: senem cecropiū ideſt: Epicurum. quia ipe poeta epicureæ sectæ ē. Casta uenus: pudor uxoris. Numatius cū socero uiuebat. Sic. i. sic tu uiuas: constanti amore cum uxoī tua domi soceri. Viridi erugine. i. liuoī & maledictis. Vt facis: quē admodū cœpisti. Contendas: constanter testeris. Seruare hunc modum: hāc reuerentiam. Parcere personis nominibus personarum abstinere.

Dii Tibi. Romulus cum plebeios uellet esse tutos a patriciis: iussit ut unusqs que eligeret sibi quem uellet patricium patronum. Officia autem clientis in patronum & patroni in clientem præscripsit: tunc primum clientulæ & patrocinia instituta sunt: non tamen recenti exemplo: nam thessalli ante romanorum tempora clientes suos habebāt: quos appellabant penetas: ideſt pauperes: & athenienses thetas. ideſt seruos mitiores. Romani dixere clientes quasi se colentes: cliens patronum nec patronus clientem poterat accusare. auctor est Dionysius halicarnasseus. Domitianus autē ut trāquillus scribit promiscua quadam lege libertinos æquauerat militibus Romanis: maximis quibusdam officiis inter eos communicatis Quod autem recitauimus de cliente idem erat de manumisso siue de liberto: qui patronum accusare non poterat: nuper traianus libertos in suos fines redegit: & sua iura restituit patronis: ut. s. si liberti in officio nō eēt reuocari possent ī seruitutem. Factū ī peratoris laudatur hoc epigrammate.

Et uelit esse rata, i. firma. Rata uerbū augurale: nā aues dicūtur facere rata: q̄ firma faciunt alis & garritu. Patrono spoliato: nā patronus erat spoliatus iure suo: cū pauloante libertus esset equatus domino. Exul a suis libertis: exul erat pauloante: quia nullū ius ī suos libertos habebat: & poterat accusari. Dignus es: ciuis romanus pauloante non retinebat totā dignitatē amisso iure ī libertos: pro prerea nō erat īteger parte sublata: nūc āt factus ē totus: & īteger restituto iure ī libertū ciuē romanū apellat cliētē ipera toris. Restituisti īqt poeta ius suū patro no: ut maior sit laus tua o Traiāæ: q̄ ha beas cliētē ciuē tuū romanū ītegrū: quē seruas. Mior. n. laus tua eēt si eū amissa dignitate seruares. Totū: ītegra digni tate. Vt liceat: modo dē occasio. Po tes probare esse uera. i. potes ostendere.

Oēs sul. Sulpitiæ carmen: & pudorem laudat: cuius meminit ēt Sydonius: hæc uxor Caleī carmē scripserat pure & sim pliciter. Sulpitiā: carmē sulpitiæ: quæ scribit de amore cōiugū. Prādia thye stæ: q̄ apposuit natū frī epulādū. Nec credit. i. ñ credit fuisse uerā fabulam de scylla: cū Sulpitio adeo casta & pudica sit: ut hoc nō potuerit existimare cōtigis se fœminæ Biblys amauit Caunū fatrē filia mileti & Cyanes: cōuersa tādē īfon tē sui nois cū defleret amores suos repu diatos. Lusus īter cōiuges. Nequiorē: studioſiorē lusuū & iocoꝝ īter cōiuges. Aegeria nympha: cuius cōgressū numa Pōpilius uolebat uideri numinis alicu ius monitu tradere leges romanis. Eadē a nōnullis dicta ē una ex nouē musis: ad qd̄ usus est alludere supra: Siue numæ cōiunx. Triuiæ te misit ab Anna: Siue ca mœnarū de grege nona uenis: & hoc po tes addere. Antro: nā Aegeria antꝝ hē bat ī nemore arcio: ut Liuius. Esset do ctior: q̄ fueris. Phaon amaret: ostēdit pulchriorē Sulpitiā sapho: & potuisset cōciliare te phaōi. Frustra amaret: qa phaon nihil a Sulpitia haberet.

Improba. Munnā tenētē uina mala de ridet. massilienses. n. colorē & etatē ui nī mō fumo: mō aloe adulterabāt: aucto re Pli. supra ē expositum: & dicēt ī disti chis. Fumaria: loca ubi cōdiebāt uina fumo. Improba: Adulterātia uinū. Ac cipit ætatē. i. uī uetus. Miseris amicis: q̄ bus mittis. Nec facili p̄cio: sed magno & difficili. Setia: uinū setinū.

Iuris. Ad maternū: cuius memīt supra: & pli. ī epistolis lā affectus tedio reꝝ ur banarꝝ: & secessurus ī patriā rogat ami cū: an uelit aliq̄d mādari sumul compa rat amœnitatē hiberiæ cū italiæ sterili tate. Iuris īpfecta est oro sed ītelligas sū dissessurus. Ore ueridico: nō mētēte.

Et rata perpetuo quæ tribuere uelint.
Qui sua restituis spoliato iura patrono.
Libertis exul non erit ille suis.
Dignus es ut possis totum seruare clientem:
Vt liceat tantum uera probare potes.

De Sulpitia.

Omnes sulpitiam legant puellæ.
Vni quæ cupiunt uiro placere.
Omnes sulpitiam legant mariti
Vni qui cupiunt placere nuptæ
Non hæc colchidos asserit furorem
Diri prandia nec refert thyestæ
Sillam biblida nec fuisse credit:
Sed castos docet et pios amores:
Lusus: delitias: facetiasque.
Cuius carmina qui bene extimārit
Nullam dixerit esse sanctiorem.
Tales egeriæ iocos fuisse
Vdo credideri nume sub antro.
Hac cōdiscīplina uel hac magistra.
Esses doctior et pudica sappho
Sed tecum pariter: simulque uisam
Durus sulpitiam phaon amarat.
Frustra nanque ea nec tonanti uxor
Non bacchi nec apolinis puella
Erepto sibi uiueret caleno.

In Munnam.

Improba massiliæ quicquid fumaria cogunt
Accipit ætatem quisquis ab igne cadus.
A te munna uenit: miseris tu mittis amicis
Per freta: per longas toxica scæuauias
Nec facili precio sed quo contenta falerni.
Testa sit ut cellis seria cara suis.
Non uenias quare tam longo tempore romam
Hæc puto causa tibi est: ne tua uina bibas.

Ad Maternum.

Iuris et æquarum cultor sanctissime legum:
Veridico latium qui regis ore forum.
Municipi materne tuo ueterique sodali
Callaicum mandas si quid ad oceanum:
An laurentino turpes in littore ranas

Et ſatius tenues ducere credis acos:
Ad ſua captiuum quam ſaxa remittere nullum.
Viſus erit libris qui minor eſſe tribus.
Et fatuam ſumma cœnare pelorida menſa.
Quoſque tegit leui cortice concha breuis.
Oſtrea baianis q̃ non liuentia teſtis:
Quæ domino pueri non prohibente uorent.
Hic olidam clamoſus ages in retia uulpem.
Mordebitque tuos ſordida preda canes.
Illic piſcoſo modo uix educta profundo.
Impadient lepores humida lina meos
Dum loquor ecce redit ſporta piſcator inani.
Venator capta marte ſuperbus adeſt.
Omnis ab urbano uenit ad mare cœna macello:
Callaicum mandas ſi quid ad oceanum.

Ad Calenum.

O molles tibi quindecim calene.
Quos cum ſulpitia tua iugales.
Indulſit deus et peregit annos.
O nox omnis et hora quæ notata eſt.
Caris littoris indici lapillis.
O quæ prælia: quas utrinque pugnas
Fœlix luctulus et lucerna uidit
Nimbis ebria nicerotianis.
Vixiſti tribus o calene luſtris.
Aetas hæc tibi tota computatur
Et ſolos numeras dies mariti.
Ex illis tibi ſi diu rogatam
Lucem redderet atropos uel unam:
Malles q̃ pyliam quater ſenectam.

In Leſbiam.

Conſule te bruto quid iuras leſbia natam.
Mentiris: nata es leſbia rege numa.
Sic quoque mentiris nãque ut tua ſæcula narrant
Ficta promotheo diceris eſſe luto.

Ad Lupum.

Semper cum mihi diceretur eſſe.
Secreta mea polla cum cinædo.
Irrupi lupe non erat cinædus.

In proculeiam.

Menſe nouo iani ueterem proculeia maritum:
Deſeris: atque iubes res ſibi habere ſuas
Quid rogo quid factũ ẽ: ſubiti quæ cauſa doloris

Aci: piſces ſunt qui græce dicũtur belones. Hi pariunt cõfracto uentre multitudine partus: exigui precii remittere tãq̃ cõtẽnẽdũ. Sua ſaxa: hiſpaniæ: Minus tribus libris: Romæ i maximo era precio: ſi pueniebat ad duas libras: ut Pli. poſt cuius tẽpora eũdẽ piſcẽ maioris põderis fuiſſe: auctor ẽ macro. Peloris: genus conchæ. Fatuam ſine pondere. Summa menſa. ideſt lautiſſima menſa. Oſtrea non liuentia: non inferiora: non inuidentia. Oſtreis: baianis: nã illa res dicit alteri liueꝛ quæ ẽ peior altera. Papinius Rupeſque nitẽt: quis purpura ſæpe. Oebalis: & tyrii moderator liuet aheni.

Olidã. male olẽtem qñ fugit. Præda: uulpes. Humida lina. retia ipediẽt implicabũt. Superbus: tãq̃ aliqd magnũ cepiſſet. Martes genus uulpis: qui fortaſſe accomodari põt: qđ Ariſtoteles ſcribit cinadon. Ad mare: Ad laurẽtũ. Ab urbano macello. i. ex urbe. Callaicũ: diſcedo iquit ſiquid mãdas i hiſpaniam.

O molles. In gratia Sulpitiæ hoc ſcriptũ ẽ dum Calenũ cõiugẽ felicẽ uocat: q̃. xv. annis cũ tali uixerit uxore: & nullũ diẽ periſſe ait: quo uerã uitã nõ egerit O molles: o iocũdos. lugalis: matrimoniales. Notata ſignata tãq̃ fœlix. Caris lapillis: margarittis. Littoris indici. i. maris rubri. O quæ prælia: locus ꝓpertii: quã multa appoſita narramus uerba lucerna: q̃taq; ſublato lumĩe rixa fuit. Nibis nicerotianis. i. unguẽto. Nicerotis ãt pinguẽtarius ſyrus fuit. Laberius & quæ cũque ſyrus nicerotes ſolet: quicqd crocci caſiæq; cinamiq; udus cæſariæ ſpirat delicatus arabs: Hoc totũ uobis nũc ad ſcenã affero. Vixiſti: uẽram uitã egiſti: nã tãtũ uiuũt q uerã agũt uitã. Cõputaſ: aſcribitur ſibi tãq̃ præſtita a te. Solos numeras dies mariti. i. ſolum uixiſti eo tpe quo fuiſti maritus.

Cõſule. In leſbiã anũ quam dicit nõ eẽ natã aliquo cõſule ut alii cõputabãt ſuos ãnos: ſed tpibus Numæ: uel potius fuit ficta promotheo luto hoc ẽ ceno pmothei: qui fixit hominẽ ex luto Tu fuiſti prima mulier: q̃ finxerit adeo anus es.

Menſe. Proculeia maritũ dimiſerat facto diuortio nullã aliã ob cauſã: ut uaticinatur poeta: niſi q̃ factus erat prætor: & ludis megaleſibus multa erãt ipẽdenda quæ uxorẽ oportuiſſet ſuppeditare. ſimul igitur & paupertatẽ prætoris notat quæ ſola uxoꝛ pẽdebat: & nouũ ꝓculeiæ cõſiliũ. Veterẽ: quẽ diu habuiſti.

Habere res ſuas: Verba ſunt ex ritu diuortii: ut apud iuriſconſultos: nam coniuges diſſidentes alter alteri dicebant res tibi habeto tuas: res tibi agito tuas.

Erat prætor:& cum ſit prætor noluiſti eum. Purpura megaleſis: dicit quæ p̄tores ī megaleſibus uti ſolēt. nā megaleſes ludi a prætoribus celebrabantur iho norē magnæ matris menſe aprilis: quos ludos curant purpura induti pene triū phali. luue. Interea megaleſiacæ ſpectacula mappæ idæū ſolēne colūt: ſimiliq; triūpho Prædo caballo⁹ prætor ſedet purpura: Sac⁹ populare: megaleſia appellat ſacra popularia. hoc ē gratiſſima populo: nā his populus romanus maxīe delectabat: quod luue. notauit. Nā ſi deficeret mœſtā attonitāq; uideres hāc urbē. Tuliſſet abſūpſiſſet. Sed ē luc⁹: ne iſtā pecuniā amittas in marito p̄tore.

Quinte Qu. Ouidiū ī Britaniā proficiſcēt ē mōet ut aliquādo uelit ſe ad ocium conferre & uiuere: præſerti cū ſatis ſit quod olim maximū Ceſoniū exulē ſecutus ē: nō ueritus Neronis ī dignatiōnē Ouī. Ouidius quidē eſt apud plutarchum: ſed eundem eſſe nō arbitror. huius ſupra meminit. Galīdonia: ſilua britaniæ: quo arma romana proceſſerūt:

Patrē: Oceanū qui ambit terrā: uel unde reliqua maria deriuātur mediterranea: Reddere: reſtituaris. Inter amicitias. i. uelis frui amicitiis.

Sī Quid: Malum interpretem ſui carminis accuſat: qui ita legat ut ſiquid eēt ī his quod felle careret reprehēderet tā q̄ pingue & craſſum: Obſcena āt laudaret. Rodēt coſtā. i. uis maledicū carmē trāſlatio ab apro. Apri laurētis: qualē mittit laurētū. Bibas Vaticana. i. q̄ras malos poetas. Noſtra lagœna. i. noſtrū carmē. perſtat. n. ī metaphora.

Oīa: Ita Matho laudabat carmē: ut diceret belle ſcriptū eē phrigide laudans. Huius liuorem cū notet poeta: ait o Mato tu uis dicere oīa belle. i. uitupera aliquādo: ſi piget laudare. Sūt qui referant hoc ad ſtudiū Mathonis: qui conebatur orationē ſēper belle componere: In quo Mar. eū deridet. placet prior ſnīa. Vitā. Per munera uitæ beatæ ſeipſū alloq tur: & ex ſētentia Epicuri hæc ſcribit.

Parta: quæſita. Nō īgratus: non nimium fertilis. Toga rara. i. rarū officium erga diuites. ſequebāt. n. togati diuites.

Vires īgenuæ: ñ portētoſæ. Salubre: quia nō aduexetur aduerſa ualitudine.

Nil mihi reſpondes: dicam ego prætor erat.
Conſtatura fuit megalenſis purpura centum.
Milibus ut nimium munera parca dares.
Et populare ſactum bis milia dena tuliſſet.
Diſcidium non eſt hoc proculeiā: lucrum eſt.

Ad Dindimum.

Tam dubia eſt lanugo tibi: tam mollis: ut illam:
Alitus: et ſoles: et leuis aura terat.
Celantur ſimili uentura cydonia lana.
Pollice uirgineo quæ ſpoliata nitent.
Fortius impreſſi quotiens tibi baſia quinque.
Barbatus labris dindime fio tuis.

Ad philerotem:

Septima iam phileros tibi conditur uxor in agro.
Plus nulli phileros quam tibi reddit ager.

Ad. Qu. Ouidiū.

Quinte calidonios ouidi uiſure britannos:
Et uiridē thetim oceanū que patrem.
Ergo numæ colles et nomentana relinques:
Otia: nec retinet ruſque focuſque ſenem.
Gaudia tu differs at non et ſtamina differt
Atropos: atque omnis ſcribitur ora tibi:
Præſtiteris caro: quis non hoc laudet: amico:
Vt potior uita ſit tibi ſancta fides.
Sed reddere tuis tandem manſure ſabinis
Teque tuas numeres inter amicitiās.

In Deliciatum lectorem.

Si quid lene mei dicunt et dulce libelli:
Si quid honorificum pagina blanda ſonat:
Hoc tu pingue putas: et coſtam rodere mauis:
Ilia laurentis cum tibi demus apri.
Vaticana bibas. ſi delectaris aceto.
Non facit ad ſtomachum noſtra lagena tuum.

In Mathonem.

Omnia uis belle matho dicere: dic aliquando:
Et bene dic neutrum: dic aliquāndo male.

Ad Martialem amicum.

Vitam quæ faciunt beatiorem:
Iocundiſſime martialis hæc ſunt.
Res non parta labore: ſed relicta.
Non ingratus ager focus perennis.
Lis nunquam toga rara: mens quieta.
Vires ingenuæ: ſalubræ corpus.

Pares amicos:ut non habeas ſuperiores. Facilis:non quæſitus magno labore. Breues tenebras.i. ſit tibi ſõnus ſuauis:ut nox uideaſ breuis. Sũmũ diẽ.i.mortẽ.

Nunciat:inuitat amicos in balnea:& cœnã pollicẽ frugalẽ:ſed ĩgenuo ſtomacho. Iſis Romæ colebatur iuxta cãpũ martiũ.Iuue.Antiquo quæ ꝓxima ſurgit ouili. Huius ſacerdotes habitu lineo cũ ſiſtris ſacra celebrabãt repreſẽtãtes ĩdagationẽ filiĩ:quẽ olim amiſſũ:ut Herodotus & Lactãtius ſcribunt & anxie perquiſiuit & fleuit:timens ne quid ei accideret:quod patri euenerat Oſyridi. Hora octaua hæc ſacra erãt abſoluta.Sua turba:ſacerdotum. Iuuẽcæ phariæ:Iſidi.

Prudens ſimplicitas:pares amici:
Conuictus facilis ſine arte menſa.
Nox non ebria:ſed ſoluta curis.
Non triſtis torus attamen pudicus.
Somnus qui faciat breues tenebras
Quod ſis eſſe uelis:nihilque malis.
Summum nec metuas diem nec optes.
Parat conuiuium.
Nunciat octauã phariæ ſua turba iuuencæ:
Et pilata redit iãque ſubitque cohors.
Tẽperat hæc thermas nimios prior hora uapores
Halat:et immodico ſexte nerone calet.
Stella:nepos cani cærealis flacce uenitis:
Septem ſigna capit ſex ſumus adde lupum.
Exoneraturas uentrem mihi uillica maluas:
Attulit et uarias quas habet hortus opes.
In quibus eſt lactuca ſedens:et ſectile porrum:
Nec deeſt ructatrix menta:nec hærba ſalax.
Secta coronabunt rotatos oua lacertos.
Et madidum thynnide ſale ſumen erit.
Paruus in his una ponetur cœnula menſa.
Hædus:inhumani raptus ab ore lupi.
Et quæ non egeant ferro ſtructoris ofellæ.
Et faba fabrorum prothotomique rudes.
Pullus ad hæc cœniſque tribus iã perna ſuperſtes.
Addetur.ſaturis mitia poma dabo.
De nomentana uinum ſine fæce lagœna:
Quæ bis frontino conſule plena fuit:
Accedent ſine felle ioci:nec mane timenda
Libertas.et nil quod tacuiſſe uelis.
De praſino conuiua meus uenetoque loquatur:
Nec faciant quenquam pocula noſtra reum.

Pilata:ſiniſtrata. Redit:ab ĩdagatiõe.

Porticus quirini:habebat enim iuxta porticum quirini:Quod supra dixit:Vicinosque tibi sancte quirine lares:eo loco cõueniebãt homines negocioꝝ cõponẽdoꝝ causa:& nõnũquá agebãt illic spõ salia Vt luue,idicat:officiũ cras primo sole mihi peragẽdũ ualle quirini tamẽ sequitur:Nubit amicus. Põpeius:porticus:põpeiana porticus europæ:& porticus argonautaꝝ ĩ cãpo martio.supra:Hĩc si recessit porticũ terit tẽpli:An spatia carpit lẽtus argonautaꝝ an delicatæ sole rursus europæ. Puella agenoris:porticus europæ. Dominus primæ carinæ:idest Iason. Leuis:alludit ad argo:quæ dicta est a celeritate. Spõsio:spõsionẽ appellat depositionẽ pugnoꝝ Vter esset futurus uictor:An icitatus:an Scorpius:nãhi duo aurigæ omniũ:sermone celebrãtur sunt qui hoc ad spõsalia referãt:sed non placet.

Vicini pete porticum quirini:
Turbam non habet ociosiorem
Pompeius.uel agenoris puella:
Vel primæ dominus leuis carinæ:
Sunt illic duo tresue:qui reuoluant
Nostrarum tineas ineptiarum.
Sed cum sponsio fabulæque lassæ
De scorpo fuerint et incitato.

Ad Lectores.

Triste supercilium durique seuera catonis
Frons et aratoris filia fabritii.
Et personati fastus et regula morum
Quicquid et in tenebris non sumus ite foras,
Clamant ecce mei in saturnalia uersus.
Et licet et sub te præside nerua licet.

Ad Lectores.

Lectores tetrici salebrosum ediscite sanctram:
Nil mihi uobiscum est:iste liber meus est.

De suis libellis.

Non urbana mea tantum pipleide gaudent
Ocia:nec uacuis auribus ista damus.
Sed meus in geticis ad martia signa pruinis:
A rigido teritur centurione liber.
Dicitur et nostros cantare britannia uersus:
Quid prodest:nescit sacculus ista meus.
At quam uicturas poteramus pangere chartas
Quantaque pieria prælia flare tuba.
Cum pie teddiderint augustum numina terris:
Et mecœnatem si mihi roma daret.

Precatur deos pro Nerua traiano.

Sacra laresque phrygum quos troiæ maluit heros
Quam rapere arsuras laomedontis opes.
Scriptus es æterno nunc primum iuppiter auro:
Et soror et summi filia tota patris.
Et qui purpureis iam tertia nomina fastis:
Iane refers:neruæ uos precor ore pio.
Hunc omnes seruate ducem:seruate senatum:
Morbus hic uiuat principis ille suis.

Triste:dimittit omnẽ frõtis seueritatẽ: cãtaturus carmẽ saturnalitiũ ueteri licẽtia prícipe Nerua. Dux:Catonis stoici.

O filia:idest o cẽsura. O fastus personati:idest o uos qui erigitis superciliũ & frontẽ tãquã personã & laruã seuerã sumitis:quũ alia frõs leuis & mollis subsit.

Lectores:Sãrra poeta fuit qui grauitate cẽsoria carmẽ scripsit duris numeris: lepore nullo cõplexus philosophoꝝ dogmata:quoꝝ etiã imagines coluit. Ediscite:mãdate memoriæ. Nihil mihi uobiscũ est:nolo uos lectores.

Non:auaritiã suoꝝ tẽporum notat.ait enim se posse scribere grãde carmẽ:si fata dedissent alteꝝ Mecœnatẽ:quẽadmodũ Neruã alterũ Augustũ cõcesserunt.

Pypleis:dicitur musa:nã pyeria: olympus.lebetrum:pypla:loca Thraciæ sunt: quoꝝ icolæ migrarũt ĩ Parnasũ:& hisdẽ noibus loca dicarũt.auctor ẽ Stra. Eadẽ dicit pyplea.Papi,licet enthea uates exu pet pyplea sitim. Vrbana ocia,i. hoies urbani ĩ ocio. Terit:usu & lectiõe cõsumit. Geticis pruinis:nã illic ĩ expeditione erat Traianus. Britãnia:albiũ dicebãt ab albis mõribus:hoc nomẽ sibi usurpauit:cũ reliquæ ĩsulæ uicinæ britãniæ diceret:ut Pli.tradit formæ triãgularis ex dimẽsione Diodori.Domitorẽ nõ sẽserũt:nec bacchũ:nec herculẽ:neq; ullũ ante cæsarẽ. Nescit ista:qa nihil pecuniæ mittunt. Augustum:idest Neruam alterum augustum.

Sacra:Optat fœlicitatẽ neruæ: & ppetuũ ipiũ una cũ senatu:primũ rogat Vestã:cuius sacra ex troia allata fuerũt ab ænea:unde ignis uestalis dicit troicus a Papi. Silius:Et uos uirginea lucẽtes sẽper ĩ ara.Laomedonteæ troiana altaria flãmæ. Hæros troiæ.i.æneas: Auro æterno.i.æterna auri imagine. Soror: o Iuno. Filia:o Minerua Tota:qa ex solo capite eiꝰ nata ẽ. Tertia noia fastis purpureis:uel qa tribus ánis regnauerit qđ nõ placet.Vel ad tria noia Iani alludit.q Ianus Patultius & Clusius dicebãt ut Oui.oñdit.magis placet distiguas: ut de cõsulatibus Neruæ itelligas q tertiũ iã agebat consulatum quemadmodum Domitianus septimũ consulatũ gessit.

Tãta:Neruã antiquis nominibus mor̃ sanctimonia anteponit. O cæsar:Nerua,sed Numa paup erat:propterea minus ĩ eo mirãdũ est quod coluerit rectũ. Nõ tradere:ideſt magnæ cõtinẽtiæ est ĩter diuitias. Crœsos:diuites. Numã:ideſt esse cõditionis Numæ & animi:Ingẽtia numina:ideſt q sunt ĩ magna admiratione. Vacuare:ideſt educere umbras ab elyſiis.Camillus qui urbẽ defendit a gallis ab exilio reuocatus quo fuerat miſſus:deprehenſis duabus portis æneis ut ſcribit Plutharcus eius domi ex præda ueiẽtana:noſtri exiliũ illud aſcribũt prædæ malæ diuiſæ.Is ſecũdus Romulus est appellatus:quod ut ille cõdiderit: ita hic ſeruauerit urbẽ. Fabritius:miſſum aurũ a Pyrrho repudiauit: ĩmortali animi continentia. Brutus:qui reges eiecit Gaudebit:patiet̃ te esse ĩperatorẽ: quod non paſſus est ſub tarquinio. Sylla cruentus:nam in bello ſupra.c.milia.hominum deleuit auctore Appiano: nonaginta ſenatores. xv.conſules:equeſtris dignitatis.ii.milia & ſexcẽtos: dictaturam depoſuit ſponte quæ in eo erat imperiũ: Corn.Maurico & Claudio pulchro cõſ. ſeceſſitque puteolos ad ociũ. Craſſus: qui iuit in parthos ut cõueniat cum Cæſare & Pomp. Cato perpetuus hoſtis Cæſ. Catho uticenſis ut Cæſar ſcribit in commẽta. Erat cæſarianus:ideſt cæſaris noſtri ſtudioſus: ut Iulium cæsarẽ odio habuit.

Vnctis:Saturnalitium potum exercet: luſurus laſciuum carmen.O roma pileata:nam ſerui in ſaturnalibus pilea ſumebant libertatem agentes quinque diebus Pileata:libera.Verſu non laborioſo:ſed facili & laſciuo. Diebus unctis: rettuli t ad cõmẽſationes & ebrietatẽ eorũ diez̃: Senis falciferi:ſaturni qui habet falcẽ.

Fritillus:ludus a leæ,Regnator:quia ĩpune exercetur.Firtillus:alueus: fimũ: ideſt ſignificant:ut porphirio interpretatur. Curæ pallentes:quibus homines pallent. Moroſa:difficili.Nolumus cogitare:an ſit bene dictum. Dimidios: quia qui uolebant iocari non poſcebant plenos trientes:ſed dimidios :ut diutius eſſent in iocis. Pytagoras:maritus fuit Neronis nam ei ex grege contaminator̃ nupſit Nero:ut Tacitus ſcripſit:iuſto ritu nuptiarum celebrato,eunden. Trãqllus appellat Doriphorum. Polycletus ſityonius Doriphorum ære expreſſit uiriliter puerum Doriphori autem dicebantur qui haſtas gerebãt. Xv.poetæ.i.multa poemata cum caluero mero. Catulliana:multa quot popoſcit Catullus:da mihi baſia mille:deinde.C.deinde.iiii. altera:da ſecunda cẽtum. Donabo paſſerem:ideſt ſcribam carmen in laudem tuam quale ſcripſit Catullus:quod paſſer inſcribitur in amicæ conſolationem quæ paſſerem amiſerat: tanto est maior paſſere catulli:quato etiam opus Stellæ de columba Violatillæ amicæ:quod columba in ſcribitur.

In laudem Neruæ traiani.

Tanta tibi est recti reuerentia cæſar et æqui:
Quam numæ fuerat:ſed numa pauper erat.
Ardua res hæc est:opibus non tradere mores:
Et cum tot creſos uiceris eſſe numam.
Si redeant ueteres.ingentia nomina:patres:
Elyſeum liceat ſi uacuare nemus:
Te uolet inuictus pro libertate camillus.
Aurum fabritius te tribuente uolet.
Te duce gaudebit brutus tibi ſylla cruentus
Imperium tradet cum poſiturus eris:
Et te priuato cum cæſare magnus amabit:
Donabit totas et tibi craſſus opes.
Ipſe quoque infernis reuocatus ditis ab umbris
Si catho reddatur:cæſarianus erit.

Ad Romam et Dindimum.

Vnctis falciferi ſenis diebus
Regnator quibus imperat fritillus
Verſu ludere non laborioſo
Permittis:puto pilleata roma
Riſiſti:licet ergo nec uetamur
Pallentes procul hinc abite curæ
Quicquid uenerit obuium loquamur.
Moroſa ſine cogitatione
Miſce dimidios puer trientes.
Quales pytagoras dabat meroni
Miſce dimidios:ſed frequentiores.
Poſſum nil ego ſobrius:bibenti
Succurrunt migi quindecim poetæ:
Da nunc baſia:ſed catulliana:
Quæ ſi tot fuerint:quot ille dixit:
Donabo tibi paſſerem catulli.

In Paulam.

Iam certe ſtupido non dices paula marito:

Iam certe:In paulam mecham:de qua ſupra:Comœdi tres ſunt:ſed amat tua paula ſuperce Quattuor hæc temporibus Domitiani maritum fallebat excuſatione ſpecioſa quotiẽs ad adulteriũ ſe cõferebat:nã modo dicebat ſe uelle ire ĩ albanũ iuſſu Cæ.q illic quĩquatria celebrabat: modo circeios

nunc mortuo Domi. & sublata omni excusatione simpliciter uiro fatebaf se uelle ire ad adulteriū. Stupido: hebeti iprudēti. Iā stropha talis abit: stropha significat dolosam excusationē. supra: Nihil strophaꝝ esse iā salariū dādū est. Pli. hic ego aliquā strophā iueniā. Abit: sublata est. Licet tibi esse penelope: idest debes seruare pudicitiā. Scabies: pruritus tuæ libidinis. Ingeniū uetus: idest ueterata natura: ergo tuo igenio es mœcha & nō iussu ipatoris. Ingenioſa: quæ solebat uti stropha.

Hictericā: hictericus morbus est: qué Celsus arcuatū uocat siue regiū. Regiū aút ut ipse iterpretatur: quoniā luxurioso cubiculi apparatu & regiæ magnificentiæ aspectu curatur:

Ad mœchum quotiens longius ire uoles:
Cæsar in albanum iussit me mane uenire:
Cæsar circeos: iam stropha talis abit:
Penelope licet esse tibi sub principe nerua:
Sed prohibet scabies ingeniumque uetus.
Infelix quid ages? ægram simulabis amicam:
Hærebit dominæ uir comes ipse suæ:
Ibit et ad fratrem tecum matremque patremque:
Quas igitur fraudes ingenioſa paras?
Dicet et hictericam se forsitan altera mœcha:
In sinuesano uelle sedere lacu.
Quanto tu melius: quotiens placet ire fututum:
Quam uerum mauis dicere paula uiro.

De basiis sui pueri.

Lassa quod externi spirant opobalsama drauci:
Vltima coricio quæ cadit aura croco.
Poma quod hiberna matureſcentia capſa:
Arbore quod uerna luxurioſus ager.
De palatinis dominæ quod serica prælis:
Succina uirginea quod regelata manu.
Amphora quod nigri: sed longe fracta falerni:
Quod qui ficanias detinet hortus opes.
Quod cosmi redolent alabastra focique deorum:
Quod modo diuitibus lapſa corona comis.
Singula quid dicam: non sunt satis omnia misce:
Hoc fragrant pueri basia mane mei.
Scire cupis nomen: nil præter basia dicam
Iuro tibi nimium scire sabine cupis.

De statua Memoris.

Clarus fronde iouis romani fama cothurni
Spirat apellea redditus arte memor.

De Turno.

Contulit ad satyras ingentia pectora turnus:
Cur non ad memoris carmina? frater erat.

Lacu sinuessano: Sinuessana balnea: quibus narcissus libertus Claudii morbo leuatus est: ut scribit Tacitus: Multis morbis medebantur: ut autor est Strabo.

Lassa: odoré basioꝝ pueri odoramētis omnibus anteponit. Balsamū iudeæ peculiare est: omniūque unguētorū odorē superat. Opobalsamum succus balsami eximiæ suauitatis: qui tā tenui gutta colligitur: ut alexandro illic res geréte toto die uix cōcha ipleretur. Opobalsama: unguēta suauissima. Externi: nā mityleni pueri & ex toto oriēte petiti i precio erāt: & ipsa unguēta fuerūt externa: Exoticaque dicebantur: ut e Iulii Cæsaris & Licinii Crassi edicto apparet: qui unguēta exotica uēdi prohibuerunt. Lassa: uel attritu: nā unguēta attritu fragrāt quod placet: uel lapsa pro labētia nā opobalsama labūtur. Crocus: ad coricū omnia superat: secūdū Cilicū: tertiū centuripinum Siciliæ: quartum phlegræum. Capsa hyberna: quæ hyemme asseruantur.

Præla: ioculi erant: quibus compressæ uestes continebantur: supra eodem uerbo usus est: In numeris pellucēt præla lacernis. Serica: uestes sericeæ: nam sericeis utebantur mulieres: quæ nascebantur i arboribus serum. Regelata: cōcalefacta nam fragrāt. supra: Quam nec pestis regelare: & columella eodē utitur uerbo.

Opes sicanias: idest mella hyblea. Alabastra: pixides unguētariæ. Alabastrites genus marmoris plucidi, ut Plinius scribit: Alabastrum ampulla unguentariæ: quemadmodum onix: Dures marmor & onix: ampulla marmorea. Comis: diuitibus unguentatis. Omnia misce: quæ odorem mittunt: non solum singula superat odor basiorum: sed etiam omnia simul: si propter basia uis scire nomen.

Nimium: Alludit ad illud quoniā nō tantum uis scire: ut basia carpas: sed etiā ut abutaris.

Clarus: Memor & turnus poetæ fuerūt & fratres: quoꝝ meminit Sydo. alter scripsit tragœdiam: uel quod magis placet heroicum carmen: alter satyram: laudantur ergo imagines utriusque pictæ in eadem tabella. Appellæa arte: excellentissimi pictoris. Fronde Iouis: corona querna: qua coronabantur poetæ heroici. Romani cothurni: idest tragœdiæ quod non placet. Vel fama romani cothurni: idest carminis heroici: quod carmē surgit i magnificētiā tragicā: unde Ilias Ho. tragœdia dicta est: ut Eusta. scribit: ob magnitudinē & cædes. Frater erat: laudatur pietas Turni. qui uoluit scribere satyrā & abstinere

carmine heroico: cū posset eo esse clarus ne. s. fratri Memori æmulus uideret: q carmē heriocū scribebat: ut legas p interrogationē & respōdeas. Frater erat: ideſt ne æmulus uideretur fratri.

Tolle sardanapallū nō sine felle deridet: qui ex gēmatis & aureis poculis scaphiū urinarū cōflauerat amicæ: dignus iquit est qui bibat gēmis. In scaphio gēmato: nā potabit lotium. Tepidi nili. i. uasa crystallina: quæ ex ægypto afferebātur: ifra: Cū tibi niliacus portet crystalla cataplus. Toreumata uasa. Secura manu: quia nō timebis ne frāgatur. Labris maiorū: ideſt usu. Antiquus honor: fictiliū uasorum. Dignus es potare illo uase: quia potabis lotium.

Ius: i obscuros natales Zoili seruilis cōditionis olim ius triū natorū petebat: cū ipsius parentes essent ignoti.

Quisquis: epithaphiū est paridis pātomimi: q i aula Domitiani gratiosus erat eius amore captā Domiciā uxorē Domi: repudiauit eiusq; discipulū: quoniā psimilis magistro uidebatur necauit. Teris flamineā: ideſt quisquis ambulas per flamineā uiā. Ioci nili: ideſt ægyptii. Decus: dū uixit. Dolor mortuus.

Hæredes: i breuē colonū male colentē agrū: monet hæredes ne eū mortuū sepeliāt: quoniam cū terra sepulta sit optāda leuis ipsi grauis est: quippe cuius cultum omnino aspernatus est. Grauis: mole sta: non potest ferre terram.

Sñt: Cātaturus saturnalitiū carmē profitetur se cecinisse: quæ possint legi a pudicis: sed post hac lusurū licētia saturnalitia monet tamē Apollinarē censorē: ne putet eosdē mores iesse poetæ: qui uidebūtur i carminibus: cum fateatur nullos iesse mores carmini suo. Sūt mihi chartæ: ideſt iā edidi carmina. Cosmiano: unguēto. Illā parētem: matrē mētulā.

Saturnalitios: datos saturnalibus.

Quis grauis: eodem argumēto monet lectorem grauē: ut nūc discedat. Quo libet: quocunque uis. Togæ urbanæ: leuioribus personis: nam togati sequebantur diuites: Lampsatio: Lāpsacus olim Pithiusa dicebatur: non procul a priapi oppido: cuius regionem consuetudo Adūastiam appellauit: & eodē nomine Homerus: In eo tractu erāt uites magna fertilitate: qua de causa illic colebātur a comitibus Bacchi sacra: & Priapus. Itē Horneus suum illic cultum habebat: unde uersus lampsacius dicitur: qualiter Priapus colitur: dicimus & lampsacenum.

Tarteſſiaca: hiſpana. Nam hiſpana lasciuia sonorum & tympanis reliquas antecellebat: supra: Edere lasciuos ab bætica crusmata gestus.

Ad puerum suum.

Tolle puer calices: tepidique toreumata nili:
Et mihi secura pocula trade manu.
Trita patrum labris et tonso pura ministro
Antiquus mensis restituatur honor.
Te potare decet gemma: qui mentora frangis
In scaphium mœchæ sardana pallæ tuæ.

In Zoilum.

Ius tibi natorum uel septem zoile detur:
Dum matrem nemo det tibi: nemo patrem:

Epithaphium Paridis.

Quisquis flamineam teris uiator:
Noli nobile præterire marmor
Vrbis delitiæ saleſque nili:
Ars et gratia: lusus et uoluptas
Romani decus et dolor theatri:
Atque omnes ueteres cupidineſque
Hoc sunt condita quo paris sepulchro:

De Colono.

Hæredes nolite breuem sepelire colonum:
Nam terra est illi quantulacunque grauis.

De Libro suo.

Sunt chartæ mihi quas catonis uxor.
Et quas horribiles legani sabinæ
Hic totus uolo rideat libellis.
Et sit nequior omnibus libellis
Qui uino madeat: nec erubescat:
Pingui sordidus esse cosmiano.
Ludat cum pueris: amet puellas.
Nec per circuitus loquatur illam
Ex qua nascimur omnium parentem
Quam sanctus numa mentulam uocabat:
Versus hos tamen esse tu memento.
Saturnalitios apollinaris:
Mores non habet meus libellus.

Ad Lectores.

Qui grauis es nimium potes hinc iā lector abire:
Quo libet: urbanæ scripsimus ista togæ
Nam mea lampsacio lasciuit pagina uersu:
Et tarteſiaca concrepat æra manu:
O quotiens rigida pulsabis pallia uena:
Sis grauior curio fabricioque licet.
Tu quoque nequitias nostri lususque libelli

Licet sis patauina: licet sis pudica: quales fuerũt patauinæ: quarũ pudorẽ testatur Plinius i epistola: cum scribit de muliere pudica: eam patauinis quoque mulieribus frugalitatis exemplum esse posse.

Lucretia: pudica puella.

Non: dicit se edisse carmina: non modo quæ legenda sint noctu: sed etiã die supra: Tunc admitte iocos gressu metire licenti: Ad matutinum nostra thalia louem.

Donasti: locatur cum Lupo amico: qui exiguum prædium donauerat: a quo mallet accepisse prãdium. Maius in fenestra: nam plebs urbana i fenestris hortulos habebat: quod Plinius his uerbis testatur. Iam quoque i fenestris suis plebs urbana imaginẽ hortorũ quotidiana oculis rura præbebant.

Vda puella leges sis patauina licet.
Erubuit posuitque meum lucretia librum:
Sed coram bruto: brute recede: leget.

Ad Sabinum:

Non omnis nostri nocturna est pagina libri:
Inuenies et quod mane sabine legas.

In Lupum.

Donasti lupe rus sub urbe nobis:
Sed rus est mihi maius in fenestra.
Rus hoc dicere rus potes uocare?
In quo rutã facit nemus dianæ:
Argutæ tegit ala quod cicadæ:
Quod formica die comedit uno:
Clausæ cui folium rosæ corona est:
In quo non magis inuenitur herba
Quam costi folium: piper ue crudum.
In quo nec cucumis iacere rectus
Nec serpens habitare tota possit.
Erucam male pascit hortus unam.
Consumpto moritur culex salicto.
Et talpa est mihi fossor atque arator:
Non boletus hiare non mariscæ
Ridere: aut uiolæ patere possunt.
Fines mus populatur et colono
Tanquam sus calidonius timetur:
Et sublata uolantis ungue progenes
In nido seges est hirundinino.
Et cum stet sine falce mentulaque
Non est dimidio locus priapo.
Vix implet cocleam pertracta messis:
Et mustum nuce condimus picata:
Erasti lupe littera sed una.
Nam quo tempore prædium dedisti:
Mallem tu mihi prandium dedisses.

Ad Lectorem grauem.

Cæsaris augusti lasciuos liuide uersus
Sex lege: qui tristis uerba latina legis.
Quod futuit glaphyrã antonius: hãc mihi pœnã:

Costi: quod nascitur in India: nam costum radix est eximii odoris: foditurq; i petale insula Gangetis. Piper crudum acre: uel piper crudum: i dest pendens de ipsa arbore & nondum torefactum: primum appellatur longum: alterum albũ tertiũ nigrum. Eruca: qua caules edũtur. Culex: qui alitur salicetis. Talpa: fodit hortos: & facit cuniculum. Est tota collatur & consumitur i nido. Cochea: genus mẽsuræ exiguæ: quæ tota uix opo balsamo implebatur: ut scribit Plini. indicans esse mensuram. Nuce picata: alludit ad uas piccatum: nam Cato docuit esse uasa picanda.

Cæsaris Augusti: totũ est idem epigrãma: sed duo tãtum primi uersus & duo ultimi sunt Mar. sex inserti Octauii Augusti. Augustus libellum epigrammaton edidit: quæ balnei tẽpore meditabatur: ex eo hoc recitatur epigrama a Martiale ut ostendat lasciuiam carminis imperatori quoque Augusto placuisse i epigrãmate. Post primam simultatem cum Antonio: cum utriusque milites poscerent: ut necessitudine aliqua coniungeretur: actum est ut Augustus duceret Claudiam: filiam Fuluiæ uxoris Antonii: quam susceperat ex. P. Clodio priore uiro: eã intactam reliquit: orta simultate inter ipsum & Fuluiam socrũ. Simultatis causa nõ exponitur a Trãquil. docet Augustus hoc epigrammate. Ait enim Fuluiã socrum popposcisse ab eo coitum in ultionem Antonii coniugis: qui mimmam cythœridem amabat: sed se id recusasse: quoniam anus erat. Latina: nuda & aperta. Glaphyram: i dest mimmam cythœridem. Nam Glaphyrus nomen est cytharœdi apud Iuue. de quo: Cytharœdus echion: aut Galaphyrus fiat pater: & apud martialẽ: Plaudere nec cano plaudere nec Glaphyro: apte igitur mimmã cythœridem appellat Glaphyram: quã Antoniũ perdite amasse Plutarchus & Pli. testantur & Cice. adeo ut iũctis curui leonibus eam per Italiam circumtulerit: fecit demũ diuortiũ: nihilq; ut Cice. scribit egit honestius in uita Anto. quam quod cum mimma fecit diuortium.

Fuluia:socrus mea. Signa canãt.i.pugnemus: Absoluis uersus.M.uerba sunt in uersus Augusti.

Quæris:notantur mulieres a Iuuenale:quod litterarum cẽsura usque eo processerint:ut etiam doctissimos rhetores in cõtẽtionem uocaret:ut Iuuenalis:Celso dictare paratæ. Galla eo genere erat: quam poeta deridet:ait enim se eã nolle ducere uxorẽ:quoniã eius mẽtula faciat sæpe soloecismum quẽ ipsa diserta castigaret:hoc est non legittime sẽper coit:alludit ad litteras & ad coitũ illegitimũ.

Lycida:lassi homines fessi dicuntur:lassæ item res dicuntur atritæ:ĩ lydiam est epigramma: cuius lassitatem & deridet & detestatur ea offensus proximo coitu. Equitis aheni: alii referũt ad militem armatum: quod non placet:alii quod sentio ad instrumẽtum illud:quo uas in igne sustentatur. Nam eques nõ modo apud antiquos fessorem:sed & equũ significabat:cuius uice fungi uidetur tripos:cũ sustineat aheneũ.Lydia:idest femur lydiæ. Trochus: rotam:in cuius similitudinem factũ ferrum nũc admittit pilas ligneas:de ea rota loquitur Celer:quia celeritate uertitur:ut in disticho:Iste trochus pueris: at mihi cantus erit. Petaurus:dicebatur qui corpus emittebat per circulos. Idem petaurista appellatur a petane:quod significat uolo:autor est & Marcellus:Firmus in Astronomico.Petauro transmisso:idest dũ petaurus transmittit corpus.

Crassa aqua:cenosa. Noto Pompeiano:non dicas quæ amplius non sunt utilia theatro pompeiano:quod uelis tegebatur:nam uela dicuntur negata uentis: quando non surgentia in altum eos excipiunt:sed iacent:quemadmodum tegẽtia theatrum:eodẽ epitheto usus est supra:Et rapiant celeres uela negata noti.

Armilla:sinistrarum ornamẽtum.Delphitico:quales delphi mittunt. Leuconicũ:genus lanæ:quo culcitræ farciebantur. Bracha:erat genus uestis:qua Britanni utebantur:autor est Diodorus.

Onocrotallus auis simillima cygno: a quo nõ distingueretur: nisi eis faucibus in esset alterius uentris similitudo:quicquid enim comedit in fauces congerit: diuque continet: cum tamen sint miræ capacitatis:ut autor est Plinius.

Mollia:Conqueritur quod quidã non modo pædicet puerum:sed etiam eius iguina tractet inrer opus:quibus sollicitãdis efficit:ut cito pueri uiri fiant. Galesi:pueri:Duro ore:barbato mẽto. Præcipitant:ante tẽpus. Inde:ex hoc. Placet:quia non audet prodire in lucem.

Vna puellis:anterior:uiris posterior.

Tua parte:posteriore tibi concessa.

Nubere:Syllam prouocantem poetam ad nuptias aspernatur:quoniam nõ speret se habiturum uxorẽ:quæ possit perferre mores suos:quos exponit. Nulla non lege omni conditione. Instaret: prouocaret:ut se acciperem in uxorem.

Mihi non alteri.

Fuluia constituit:se quoque uti futuam.
Fuluiam ego ut futuam quid si me manius oret:
Pædicem:faciam:non.puto si sapiam.
Aut futue:aut pugnemus ait:quid quod mihi uita
Carior est ipsa mentula:signa canant.
Absoluis lepidos nimirum auguste libellos:
Qui sis romana simplicitate loqui.

In Gallam.

Quæris cur nolim te ducere galla?diserta es:
Sæpe soloecismum mentula nostra facit.

In Lydiam.

Lydia tam laxa est equitis:quam culus aheni:
Quam celer arguto qui sonat ære trochus.
Quam rota transmisso:totiens impacta petauro
Quam uetus a crassa calceus udus aqua.
Quam quæ rara uagos expectant retia turdos
Quam pompeiano uela negata noto:
Quam quæ delphytico lapsa est armilla cinædo:
Culcitra leuconicum quam uiduata suo.
Quam ueteres bracchæ britonis pauperis:et quã
Turpe rauennatis guttur onocrotali.
Hanc in piscina dicor futuisse marina:
Nescio piscinam me futuisse puto.

In Pædiconem masturbantem.

Mollia quod niuei duro teris ore galesi
Basia:quod nudo cum ganymede iaces.
Quis negat hoc nimium:sed sit satis:iguina saltẽ.
Parce fututrici sollicitare manu.
Læuibus in pueris plus:hæc:quam mentula peccat
Et faciunt digiti præcipitantque uirum:
Inde tragus celeresque pili mirandaque matri.
Barba:nec in clara balnea luce placent:
Diuisit natura mares:pars una puellis.
Vna uiris genita est:uetere parte tua.

In Syllam.

Nubere sylla mihi nulla non lege parata est:
Sed syllam nulla ducere lege uolo.
Cum tamen instaret deties mihi dotis in auro:

Sponſa dabis dixi:quid minus eſſe poteſt?
Nec futuam quamuis prima te nocte maritus:
Communis tecum nec mihi lectus erit.
Complectarque meam:nec tu prohibebis amicam
Ancillam mittes:ſed mihi iuſſa tuam.
Te ſpectante dabit nobis laſciua miniſter
Baſia:ſiue meus ſiue erit ille tuus.
Ac cœnam uenies:ſed ſic diuiſa recumbes.
Vt non tangantur pallia noſtra tuis.
Oſcula rara dabis nobis:et non dabis ultro:
Nec quaſi nupta dabis:ſed quaſi mater anus.
Si potes iſta pati:ſi nil perferre recuſas:
Inuenies qui te ducere ſylla uelit.

Ad Labullum.

Dum te proſequor et domum reduco:
Aurem dum tibi præſto garrienti.
Et quicquid loqueris faciſque laudo:
Quot uerſus poterant labulle naſci.
Hoc dam:num tibi non uidetur eſſe:
Si quod roma legit:requirit hoſpes
Non deridet eques:tenet ſenator.
Laudat cauſidicus:poeta carpit.
Propter te perit:hoc labulle uerum eſt
Hoc quiſquam ferat:ut tibi tuorum
Sit maior numerus togulatorum.
Librorum mihi ſit minor meorum.
Triginta prope iam diebus una eſt
Nobis pagina uix peracta:ſic eſt
Cum cœnare domi non uult poeta.

Ad Theleſphorum.

O mihi grata quies o blanda theleſphore cura:
Qualis in amplexu non fuit ante meo.
Baſia da nobis uetulo puer uda falerno:
Pocula da labris facta minora tuis:
Addideris ſuper hæc ueneris ſi gaudia uera
Eſſe negem melius eum ganymede ioui.

In Linum.

Illa ſagax nimium:nec paucis nota puellis:
Stare lino deſit mentula lingua caue.

Ad Flaccum.

Ferreus es ſi ſtare poteſt tibi mentula flacce:
Cum te ſex cyathos orat amica dari.
Vel duo fruſta rogat cybili:tenuem ue lacertū:
Siue erit tuus.i.eunuchus & ſpado.

Dum:noto argumento rogat Labullum ne operam togatam a ſe exigat: cū magnam faciat otii & carminis iacturā: & poema amittat ſequens cœnam. Naſci:ideſt componi a me. Perſequor:dū ſequor te. Præſto:accommodo. Dānum quod carmina non ſcribam. Poeta carpit:notat mores poetarum:qui aliena carmina carpunt: quibus quoniam bona inuident. Placet magis ut carpit exponas frequenter capit:& ſuffuratē.

Sic:hoc pacto dum proſequor te:& capto cœnam.

O mihi: Theleſphorum puerum nil præter amplexum permittentem alloqtur inter brachia. O blauda cura: o amor. Vda falerno.i. baſia ſine cura.

Illa:uaticinatur linum cum fuerit ſaIaciſſimus fututor fore cunnilingū:qm deſiit arrigere. Sagax:luxurioſa. Caue lingua:quia erit cunnilingus:& te inſeret femoribus.

Ferreus:Flacum ancillam & paruo pſtrantem precio amantem derideti:fieri enim non poſſe putat: ut quæ paruum exigat preciū ſit iocundi coitus. Orat: pro coitu. Garum:liquamen ex garo piſce. Cibium:ſignificat conciſam pelamidem:ut Plinius de genere thinni.

Botriõe:botrion liquaminis genus sal
si:ide botellus genus farciminis. Gau-
dens:tanq̃ putet rem magnam. Perfri
cuit:dicunt perfricuisse frõtem:qui de
posuere pudorem.Plinius iu proœmio
naturalis historiæ:Perfricui frõtem: et
nihil profeci. Foliatum:dicebatur un
guentum:quod ité dicebatur nardinũ:
& erat magni precii. De tusco uico: nã
in uico tusco uestium bombicinarũ tex
tura commendabatur.

Languida:Philix nutrix fuit Domiti-
ani:eadé anus lena:sub quo noie nunc
deridet mulier quæ deformis & anus i-
guina poetæ sollicitabat:cũ excitari nõ
possent:docet quo pacto possit arrigẽ.
Iugulor.i.pollice:quia cadit mentu-
la. Vix decem horis:adeo cadit més.

Os:i Zoilũ fellatorẽ:quẽ sæpe supra
nominauit hoc nomine: ut supra: Nec
te uindicare possumus:fellat:hic cõque
rebatur os causidicorũ & poetarũ male
olere:cum referret hoc:ut puto ad ma-
le dicta.Respõdet poeta peius olere fel-
latori:notãs hominis turpitudinẽ.qua-
si male olere:aliter ipse accepisset.

Inuasit:locat ambiguitate uerbi præ-
cido:nã & incidere significat & frangẽ
podicem:alterũ tractũ ẽ a cædo:alterũ
a præciso intestino:medicus inqt phre-
neticus iuasit Hilã sicca & eũ præcidit.
cũ uideat dicere uulnerauit: intelligit
pædicauit: ꝓpterea subdit medicus nõ
phreneticus:sed sanus:q tã bonũ cœpit
consiliũ. Sicca:gladius ẽ latronis: ũde
siccarii dicti sunt:sicca item numerat i
ter ferramenta chirurgica.

Atreus:Ceciliũ deridet:qui amicos ac
cipiebat uarietate ciborũ:qui omnes cõ
fecti erãt ex cucurbita:& cũ uarias epu
las uideat apposuisse:solã dedit cucur
bitam. Cecilius atreus:tãq̃ alter Atre-
us:q Tãtalum Thiestæ fratri filiũ epu
landũ apposuit:atreus laniator cucur
bitarũ. Aedes:gustabis:gustare ẽ leui ci
bo lenire stomachũ intra facietatem.

Cœna.i.prima & secũda cœna. Epi-
dipnidas:dapes epidipnides dicũt quæ
post dipnõ.i.cœnã apponunt. Hic:ex
hac cucurbita.Farreas ex farre. nã pla-
centæ farreæ in maiore erant precio.

Multiplices tabellas:nam tabellæ di-
cũtur duplices & triplices a numero fo-
liorum & tabellæ mittebantur in satur
nalibus. Cariotides:& cariotæ dicun-
tur fructus: hæ inauratæ mittebantur
amicis.Papi.Et latente palma prægran
des cariotides cadebant. Notas thea-
tris:quia in theatris sparguntur. Mi-
nutal:piscem marinum significat: quẽ
ita condit Apitius ut addat liquamen o
leum uinum coctum & reliqua.Minutal item genus cibi confecti ex uariis leguminibus.Varium ex
uariis rebus confectum. Hinc ex cucurbita. Botellus: genus farciminis: ut Festus scribit.

Nec dignam toto se botryone putat.
Cui portat gaudens ancilla paropside rubra:
Alecem:sed quam protinus illa uoret.
Aut cum perfricuit frontem:posuitque pudorem:
Succida palliolo uellera quinque petit.
At mea me libram foliati poscat amica.
Aut uirides gemmas:sardonycasue pares.
Nec nisi prima uelit de tusco serica uico:
Aut centum aureolos:sic uelut æia roget.
Nunc tu uelle putas hæc me dare dona puellæ:
Nolo:sed his ut sit digna puella uolo.

Ad Phyllidem.

Languida cum uetula tractare uirilia dextra
Cœpisti iugulor pollice phylli tuo.
Nam cum me uitam cum me tua lumina dicis.
Horis me refici uix puto posse decem.
Blanditias nescis:dabo dic tibi milia centum:
Et dabo setini iugera culta soli.
Accipe uina domum pueros chrysendeta mensas:
Nil opus est digitis:sic mihi phylli frica.

In Zoilum:

Os male causidicus:et dicis olere poetis:
Sed fellatori zoile peius olet.

De Phrenetico Medico:

Inuasit medicus sicca phreneticus eudi:
Et præcidit hilãm:hic puto sanus erãt.

In Cecilium.

Atreus cecilius cucurbitarum
Sic illos quasi filios thyestæ
In partes lacerat secca:que mille.
Gustu protinus has ædes in ipso:
Has prima feret:alteraue cœna.
Has cœna tibi tertia reponet.
Hinc seras epidipnidas parabit.
Huic pistor fatuas facit placentas:
Hince t multiplices struit tabellas:
Et notas cariotidas theatris.
Hinc exit uarium coco minutal:
Vt lentem positam fabamque credas.
Boletos imitatur et botellos.

Et caudam cybili:breueſque mœnas.
Hinc cellarius experitur artes.
Vt condat uario uafer ſapore
In rute folium capelliana.
Sic implet gabatas paropſideſque:
Et leues ſcutulas cauaſque lances
Hoc lautum uocat:hoc putat uenuſtum:
Vnum ponere ferculis tot aſſem.

In Neſtorem.

Nec toga:nec focus eſt:nec tritus cimice lectus:
Nec tibi de bibula ſarta palude teges.
Nec puer:aut ſenior:nulla ẽ ancilla:nec infans.
Nec ſera:nec clauis:nec canis atque calix.
Tu tamen affectas neſtor dici atque uideri:
Pauper:et in populo quæris habere locum.
Mentiris:uanoque tibi blandiris honore:
Non eſt paupertas neſtor habere nihil.

De Praſino.

Sæpius ad palmam praſinus poſt fata neronis:
Peruenit:et uictor præmia plura refert.
I nunc liuor edax dic te ceſſiſſe neroni:
Vicit nimirum::non nero:ſed praſinus.

De Apro.

Aedes emit aper:ſed quas:nec noctua uellet
Eſſe ſuas:adeo nigra uetuſque caſa eſt:
Vicinos illi nitidus maro poſſidet hortos:
Cœnabit belle non habitabit aper.

Ad Fabullum.

Ignotos mihi cum uoces trecentos.
Quare non ueniam uocatus a te
Miraris:quereriſque:litigaſque:
Solus cœno fabullæ non libenter.

De Caio proculo.

Caius hanc lucem gemma mihi iulius alba:
Signatio uotis redditus ecce meis.
Deſperaſſe iuuat:ueluti iam rupta ſororum
Fila.minus gaudent:qui timuere nihil.
Hypne quid expectas piger:immortale falernum
Funde:ſenem poſcunt talia uota cadum.
Quincunces et ſex cyatos beſſemque bibamus:
Caius ut fiat iulius et proculus:

In Zoilum.

Zoile quid tota gemmam præcingere libra.

Menæ:piſces ſũt q colorẽ mutant: ut Plĩ.tradit:nam hyeme cãdidæ ſũt æſtate nigriores:eoꝝ maria ſtrumis medẽt.

Libres:pondus libræ trahentes: ut bilibres dicimus duarum librarꝝ. Capilliana:ruta a capillamẽtis herbarũ & foliorꝝ. Gabatas:hæ ſupra dicũtur gabatæ.i.lances concauæ.

Nec toga:i Neſtorẽ eodem argumẽto: quo ſupra dixit:quẽdã uelle uideri pauperẽ & eẽ:Is.n.cum nihil hẽret:uolebat dici paup:q̃ſi ſponte id genus uitæ delegiſſet:at inq̃t poeta eũ nõ poſſe pauperẽ appellari cũ nihil hẽat:& hoc pacto nouã hoĩs oſtentationẽ eludit. Teges:ẽ pauperis domiciliũ.Palude bibula:ex herba paluſtri. Affectas:refertꝰ ad quãdã oſtẽtationẽ. Vano:ñ pfuturo. Nõ ẽ paupertas, ſed mendicitas.

Sæpius:Laudatꝰ uictoria Praſini aurigæ:q cũ tpibus Neronis uiceret multos habebat fautores:nõ deerãt tamẽ q dicerent eũ reportare uictoriã: qm̃ multi fauerent ob Neronẽ:a quo diligebatur: nũc mortuo Nerone uicit:ut tota uictoria ipſi debeaꝰ. Ceſſiſſe Neroni.i.fauiſſe Praſino ob Neronem.

Aedes:ĩ Aprũ pauperẽ:& alienas ſectãtẽ cœnas:q cãm humilẽ:& nigram emit iuxta hortos Maronis pulcherrimos:ut illic ſæpe cœnaret:de hoc nõ tãq̃ de puero:ut nõnulli putarũt:ſed de paupere & alienã mẽſam ſectante illud diſtichõ factũ uideri poteſt:Nõ cœnat ſine apro noſter Tite Decilianus:quo uerſu:cũ uideatur dicere Cecilianũ omnibus menſis habere Aprũ aĩal:deceptũ lectorẽ in ſequenti uerſu fruſtratꝰ:& ait bellũ conuiuã Cecilianus hẽt:quo intelligit Apꝝ pauperẽ illi eẽ conuiuã.Bellũ aũt ironice:hoc ẽ illepidũ. Cœnabit belle:ĩ hortis Maronis.

Ignotoſ:reſpõdet Fabullo ignotos homines iuitãti q̃re ad cœnã nõ eat ẽt ipſe iuitatus:qm̃.ſ.cũ iter ignotos cœnaret. uideretur ſolus cenare. Feſtiue ſe ſolũ appellauit iter ignotos.

Caius:Soteria:hoc ẽ uota ob Caiũ iuliũ Proculũ:q cõualuerat:celebrat ſoluto potu poſcẽs cyathoꝝ numeꝝ parẽ litteris noĩum amici. Signat.i.facit hanc lucẽ fœlicẽ. Deſperaſſe:qđ deſpaueri.

Minus gaudet:ego tãto magis gaudeo ſalute:quo plus deſpaui & timui. Hypnes hypnos græce latine ſignificat ſomnũ. Cõuenit ergo nomẽ puero miſtrãti Bacchum ſomni ducem & atorem.

Beſſem:uas octo menſurarum.

Zoile:In Zoilũ qui ex ſeruo ad equeſtres annulos peruenerat:ut ſupra expoſuimus:has cum gemina compede dedicat cathenas ſaturne tibi Zoilus ãnulos priores.Hic tanti ponderis annulũ hũc

gestabat:ut aptius olim potuerit esse catena eius pedibus:quã nũc ãnulus digito.Nonnulli auctore Pli. auri põdus in anulis ostẽtabãt: Alii leues bracteas inserebat gẽmarũ preciũ ostẽtãtes. Eam bracteã appellauit augẽ æstiuũ,,luue.tãgens hoc annulorũ genus:Ventilet æstiuũ digitis sudantibus augẽ:Nec sufferẽ queat maioris pondera gẽmæ. Perdere occultat:quia nõ ẽ in tanto precio gẽma cũ addit nimiũ auri. Tuis cruribꝰ: pro compede:Erat.n.seruus fugitiuus.

Cunarũ:Caridemũ pædagogũ suum & libertũ:a quo obiurgat:cũ iã sit uir.

Mearũ cunarũ monitor:q me infantẽ monuisti:uel monitor:quia mouisti cunas mihi infãti.Placet prior scriptura:

Sudaria:uerbũ Catulli.Pãnos lineos: qui excipiũt cadentẽ barbã a tonsore.

Sed tibi ñ creui.i.nõdũ putas me satis adoleuisse. Catonem:qui utat cẽsura Catonis:

Formosã:Lupercũ captũ amore Glyceræ irrumatorẽ eẽ oñdit:& Glyceram fellatricẽ urbano ioco:dũ ait Lupercũ nuper dixisse se iã mense toto nõ fututisse amicã:quia dẽtes doleret:nã si dentes & os ægrum ipediméto erat quo minus illa coiret:satis apertum est indiciũ esse irrumatorem.

Mulio:uẽditũ mulionẽ supra uiginti milibus nummũ cõquerit:& q̃si mirãti magnitudinem precii: iustã tã grauis uẽditionis cãm uellet afferre:subdit eũ fuisse surdũ ob hoc cũ minoris debuerit uendi:ipse idẽ cõmemorat: q̃si fuerit iuxta causa tam grandis precii. Surdus erat:Eludit auctum.

Indulget:Lygdũ formosũ pastorẽ suum per casũ monet recentẽ:ne uelit cõscendere arbores capitis piculo ad glandes decutiẽdas:nã Amyntas pastor: dũ saginãdis suibus incũbit:ex arbore glãdifera quã cõscẽdit:cecidit:eiusq; pater siluæ ligna succidit iussit ad rogũ filii. Amyntas:nomẽ pastorale est:sumptum a Theocrito & usurpatũ a Virgilio.

Cedentes:honustos gladibus. Opes cassas:idest glandes deiectas. Nemus triste:cuius casu perierat filius. Diræ rapinæ:filii. Damnauit rogis ligna .i. rogis dedicauit. Ligna noxia:e quibus cecidit amyntas.Annumerarẽ:idest reddere numerum.

Viuida:Cecilianũ auarum accusat:q poetæ epigrammata dixerat non esse uiuida.Hoc enim fieri dicit Mart.eius cã qui nihil donat:nam uita carmĩs ex argumento ducitur:referatur hoc qd̃ magis placet quod parum uiuidum eẽt:qa de Amynta mortuo ẽ scriptum. Ex hoc iocans poeta:dicit non mirandum esse si non est uiuidũ:cũ de mortuo sit cõpositũ:& eius culpa hoc accidisse:q ad argumẽtũ ꝓposuerit.

Te iuuat et miserum perdere sardonica:
Annulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus:
Non eadem digitis pondera conueniunt.

In Caridemum.

Cunarum fueras motor cãrideme mearum:
Et pueri custos assiduusque comes.
Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba:
Et queritur labris puncta puella meis.
Sed tibi non creuit:te noster uillicus horret:
Te dispensator:te domus ipsa pauet.
Ludere nec nobis nec tu permittis amare:
Nil mihi uis et uis cuncta licere tibi.
Corripis:obseruas:quereris suspira ducis:
Et uix a ferulis abstinet ira manum.
Si tyrios sumpsi cultus:unxiue capillos:
Exclamas nunquam fecerat ista pater.
Et numeras nostros astricta fronte trientes:
Tanquam de cella sit cadus ille tua.
Desine:non possum libertum ferre catonem:
Esse uitium iam me dicet amica tibi.

De Luperco.

Formosam glyceram amat lupercus:
Et solus tenet imperatque solus.
Quam toto sibi mense non fututam
Cum tristis quereretur:et roganti
Causam reddere uelet seliano:
Respondit glycere dolere dentes.

De Mulione surdo.

Mulio uiginti uenit modo milibus aulæ:
Miraris precium tam graue:surdus erat.

De Amynta.

Indulget pecori nimium dum pastor amyntas:
Et gaudet fama luxuriaque gregis.
Cedentes oneri ramos:siluamque fluentem
Vicit:concussas:ipse secutus opes.
Tristæ nemus diræ uetuit supereſſe rapinæ:
Damnauit que rogis noxia ligna pater.
Pingues lygde sues habeat uicinus iollas:
Te satis est nobis annumerare pecus.

In Cecilianum.

Viuida cum poscas epigrammata:mortua ponis

Lemmata mortua.i.argumẽta de mortuo. Thymũ:florẽ ſignificat gratiſſimũ apibꝫ:q̃ circa ſolſtitia naſcit:cũ large floreſcit:ꝓtendit mellis ꝓcntũ:ex attica trãſlatũ ẽ adeo q̃ ꝓmiſcue naſcitur ut in narbonẽſi agro lapidoſo maxima copia ꝓueniat. Auctor ẽ Pli. Thymũ tamẽ atticũ principatũ tenuit:& æternũ epitheton inde ſortitũ ẽ. Vir. Cecropiũq; Thymũ:i inſula Corcyræ in amaritudinẽ pungit. unde Corſica mella eundem ſeruant ſaporem.

Deprenſũ:Imprudẽtiã uxoris accuſat:quæ ipſũ deprehẽderat dũ pædicaret: obiurganſq; ſe pueri ꝓtes poſſe ꝓſtare affirmabat. Poſito arcu:nã ipſe arcũ geſtabat Hylas phaletrã ut Apollonius longo carmine ſcribit.

Megara:Creõtis filia fuit Herculis uxor. Megarã dici non Megerã carm̃ Homericũ teſtat̃ i maniũ euocatione Homerus & Megeram Creõtis magnanimi filiã:q̃ habuit Amphytriõis filius roboris ĩdomiti. Fugitiua:dũ cõuerſa ẽ in laurꝫ. Oebalius puer: Hiacynthus Lacedæmonius:quẽ dilectũ diſco Phœbꝫ ĩteremit ꝓ iprudẽtiã uerſus aũt ẽ i florẽ ſui nois. In eundẽ florẽ Aiax cõuerſus ẽ: cũ iudicio armorꝫ ſupatus ſibi mortem cõſciuit. Inde idẽ flos dicit̃ flos œbalius ab Aiace. Columella:Et male damnati mœſto de ſãguie ſurgũt. Aeacis: flores.

Bryſeis:patronimicũ ẽ: ꝓprio noie dicebat̃ Hippodamia ut ſcribit Euſtachius dilecta ẽ ab Achille. Leuis amicus: patroclus:nã Achilles Patroclũ amauit q̃ e patria opũtia iuſſus ẽ exulare:cũ affiné Oeanthẽ ꝓ imprudẽtiã necaſſet: ũde œanthiũ ſeculũ:& fons œanthius ĩ ſiluis. Erat idẽ neceſſitudine coniũctus cũ Achille:ut colligit Euſtachius: cum quo ẽ educatus poſt exiliũ. Promiſerat aũt Menœtio patri Patrocli Achilles ſe poſt expeditionẽ troianã eũ domum reducturũ. Dare maſcula.i.noli exiſtiare tibi aliqnid maſculum eſſe.

Orbus es:Imprudẽtiã orbꝫ oĩum & diuitũ accuſat:q captatores putãt ſibi eſſe amicos. Natus cõſule Bruto.i.es decrepitæ ætatis. Nouus:nup factus amicus:nã is captator eſt:& ſpe obuenturæ hæreditatis tibi blanditur.

Intraſti: ĩ Cãtarũ irrumatorẽ: quẽ eo uitio laborare ex cõiectura oñdit:nã ſiue mulierẽ addiret:ſiue puerꝫ nõ patiebat̃:uel minimã rimã hiare:adeo ut uelox foramina acu facta obſtruẽda curaret:nẽo inqt poeta:q uel pædicat:uel legitimũ init coitũ mulieris rã ãxio pudore afficit̃:ſed irrumator. Cellæ: fornicis meretricis:noĩbus ĩ hĩtantiũ ſcribebat̃. Iuue. Titulũ mẽtita lyciſcæ. Velox quo circũ dãt̃ cẽtones. Terebrãt̃: pforant̃. Laſciuia:laſciuẽti & paſſim pũgẽte. Solliciti:anxii. Qui pædicat: aut futuit ſed quĩ irrumat.

Lemmata quid fieri ceciliane poteſt?
Mellã iubes hyblæa tibi uel hymetia naſci:
Et tyma cecropiæ corſica ponis api.

In Vxorem.

Deprenſum in puero tetricis me uocibus uxor:
Corripis:et culum te quoque habere refers.
Dixit idem quotiens laſciuo iuno tonanti:
Ille tamen gracili cum ganymede iacet.
Incuruabat hylam poſito tyrinthius arcu:
Tu megaram credis non habuiſſe nates?
Torquebat phœbum daphne fugitiua:ſed illas
Oebalius flammas iuſſit abire puer.
Bryſeis multum q̃is aduerſa iaceret:
Aecide propior leuis amicus erat.
Parce tuis igitur dare maſcula nomina rebus:
Teque puta cunnos uxor habere duos.

Ad Senem orbum.

Orbus es:et locuples:et bruto conſule natus:
Eſſe tibi ueras credis amicitias.
Sunt ueræ:ſed quas iuuenis quas pauper habebas:
Qui nouus eſt mortem diligit ille tuam.

In Cantharum.

Intraſti quotiens inſcriptæ limina cellæ:
Seu puer arriſit ſiue puella tibi.
Contentus non es foribus uelloque ſeraqne:
Secretumque iubes grandius eſſe tibi.
Oblinitur minimæ ſi qua eſt ſuſpitio rimæ:
Punctaque laſciua quæ terebrantur acu.
Nemo eſt tam teneri:tam ſollicitique pudoris:
Qui uel pædicat canthare uel futuit.

In Meuium.

Iam niſi per ſomnum non arrigis et tibi meui:
Incipit:et medios meiere uerpa pedes.
Truditur:et digitis panucea mentula laſſis:
Nec leuat extinctum ſollicitata caput.

Lã niſi:Memiũ mõet:ut cũ arrigere nõ poſſit fiat irrumator:nã ſupra dixit:Nemo ẽ galla ſenex ad irrumãdũ. Verpi: dicũt̃ iudei circũciſi:eodẽ hĩtu ẽ mẽtula. Pãnucea:a pãno fit pãnuceus.a.um. diminutiuũ pãnicula:auctor ẽ Põpe. uel a pãno:qd̃ placet uẽa eminẽtiore cuius diminutiuũ ẽ pãnicula nã & mulierꝫ mãmæ:& mẽbra ſenilia iuuenili hnmore ex hauſta pãnucea fiũt:hoc ẽ uenoſa. ſupra:Aut tibi pan

nosæ dependēt pectore mãmæ. Lacessis:ĩsequeris. Summa petas:idest os:& fias irrumator.alibi: Nemo est thai senex ad irrumandum.

Omnia:Blactarã deridet:q cũ omnẽ mulierũ turbã deuitaret:& lingeret cũnos:cã inqtẽ ne cogatur futuere. Vmbra põpeiana.i.porticu Põpeii.alibi:Sic ueterẽ ĩgrati Põpeii q̃rimus umbrã. Limina ĩachidos.i.porticũ Europæ filiæ Inachi.alibi:Aut ubi sidonio taurus amore calet. Lacedæmoniũ:dicit̃ ceroma:qm̃ palestrã lacedæmonii iuenerũt:& eo ceromate se ungebãt. Virgĩe.i.aqs gelidis uirginis:nã martia aqua: ut Pli. scribit natatu:uirgo tactu præstabat.

Sillius:Sillius poeta prædiũ Virgilii ĩ neapolitano hũit:ut scribit Pli.ĩ epistola:hũit itẽ uillã Ciceronis littoralem:q̃ occurrebat a Lucrino Baias ueniẽtibus. ibi Tullius olĩ ĩstaurauit monumẽtũ:& locũ appellauit academiã:academiæ athenienſis æmulatione:eo mortuo ꝓruperũt illic fontes calidi: q oculis medebant̃.Possedit eundẽ locũ.Vetus ãtistius: fontes celebrati sũt carmine liberti Ciceronis:cuius hi duo sunt postremi.

Vt qm̃ totũ legit̃ sine fine ꝑ orbẽ:Sint oculis plures q̃ medeant̃ aquæ. Vtrũq; aũt ꝑdiũ uoluit hr̃e Silius: qm̃ & Ciceronẽ olĩ fuerat imitatus ĩ causis agẽdis: & postea ĩ carmĩe punico Virgiliũ: hoc igit̃ ĩ laudẽ Silii dicit̃.Celebrat: nã coluit diligẽtissime tumulum Virgilii: ut ait Pli. Tumulũ:ad Virgiliũ. Lares: ad Tullium refertur.

Nulla ẽ:Philim multa quotidie ab eo poscẽtẽ mõet:ut cũ ei quæcũq; petiit donauerit & ipsa det fellationẽ. Nulla ẽ hora.i.nulla hora labit̃. Relicto attrito:res relictæ cõsũptæ dicũt̃ imitatiõe græcoꝝ:q apolebmena dicũt. Lapis:d̃ crotalo siue de eleuco:quod placet.Possũt:dicũt̃ posse. Lucri fieri:uili precio emi. Siccus onyx:siccũ diapsana:nam cõstat ex siccis odoribꝫ:ut Pli.tradit.

Profert̃:ãte oculos fert̃ meos ut emã.

Cariosa:multoꝝ ãnoꝝ. Expiet: purget somnos de te aduersos. Indixit cœnã:te uelle cœnare te cũ apud Ciceronẽ ẽ eadẽ significatõe:cõdicere cœnã. Condicere aũt ẽ prisca lĩgua denũciar̃. Nil mihi gala nega.i.patere te irrumari: nã nil negare apud poetã id significat: ut ã te exposuimus.Id aũt ꝑfacere te hoc loco dixit. Nã aliud uidet̃ dicer̃: cum tamen hoc dicat.

Iã ꝓpe: Laudat̃ Silius ꝙ emerit ꝑdiũ uirgilianũ:cũ ãt sibi ñ minus uẽdicauerit uirgiliũ quẽ carmĩe exp̃ssit imitãdo.

Desertos cineres: qm̃ tumulus erat in agro. Tulit:accepit & assecutus ẽ.

Tãta.In fabulosa ẽ historia Titiꝰ iouis & Helaræ filius:dictus filius terræ: qm̃ mater natũ ĩfãtẽ specu occultauit: ex q̃ cũ adultus ꝓdierit:fabulã dedit: ꝙ ex terræ uisceribꝫ natus eẽt:eã secutus Vir. Terræ oĩpotẽtis alũnũ dixit.Vnde specus helaricia dicit̃ nõ ꝓcul a patria Aepei:q ligneũ equũ struxit:hic alter ẽ Titius quẽ masturbatorem fuisse ostendit

Quid miseros frustra cunnos culosque lacessis:
Summa petas:illic mentula uiuit anus.

In Blatharam.

Omnia fœmineis quare dilecta cateruis:
Balnea deuitat blathara: ne futuat.
Cur nec pompeia lentus spatiatur in umbra:
Nec petit inachidos limina ne futuat.
Cur lacedæmonio luteum ceromate corpus
Perfundit gelida uirgine?ne futuat.
Cum sic fœminei generis contagia uitet
Cur lingit cunnum blathara?ne futuat.

De Silio.

Silius hæc magni celebrat monumenta maronis
Iugera facundi qui ciceronis habet.
Herædem dominumque sui tumulique larisque
Non alium mallet:nec maro:nec cicero.

In Phillida.

Nulla est hora tibi qua non me philli furentem:
Despolies.tanta caliditate rapis.
Nunc plorat speculo fallax ancilla relicto
Gemma uel a digito:uel cadit aure lapis:
Nunc furtiua lucri fieri bombycina possunt:
Profertur cosmi nunc mihi siccus onyx.
Amphora nunc petitur nigri cariosa falerni:
Expiet ut somnos garrula saga tuos
Nunc ut emam grandem lupũ:mulumue bilibrẽ:
Indixit cœnam diues amica tibi.
Sit pudor et tandem ueri respectus et æqui:
Nil tibi philli nego:nil mihi philli nega.

De Silio

Iam prope desertos cineres et sancta maronis
Nomina qui coleret pauper et unus erat.
Silius arpino tandem succurrit agello:
Silius:et uatem non minus ipse tulit.

De Titio.

Tanta est quæ titio columna pendet:
Quantam lapsaciæ colunt puellæ.
Hic nullo comitante nec molesto

poeta elocutione:ait.n. lauari hūc ſuis thermis:quæ q̄uis grādes ſint:anguſte lauāt mētulā Titii:eo dē elocutionis genere ſupra ē uſus:Secretuſq; tua cūne lauaris aqua. Et colūnā ēt in priapo dicunt poetæ. Lauaſ anguſte:qa maſturbaſ. Cœnabis belle:Inuitat iuliū cerealē his ferme appoſitis fer culis quæ ſupra pmiſit amicis:Nūciat octauiā phariæ ſua turba iuuēcæ:& hoc amplius:q; nihil reci ratuꝝ pmittit:ſed audituꝝ bellū giganteū:qd' amicus cōſcripſerat. Bello:feſtiue cū relaxatōe ani mi. Conditio melior:ſi nō habebis meliorē cœnā. Octauā:nā ea hora lauabatur Martialis. Stephani:meminit Tranqllus ī Domitiāo is balnea ſtruxit. Porrū:duo genera habet:ſectile:& capitatū. Sectile dicit' fila habere:quæ Plinius appellat īciſuras & in diſtichis. Fila tarētini grauiter redolētia porri Ediſti:quotiēs oſcula clauſa dato. Nero oībus æſtatis mēſibus porro ueſcebaſ uocis gratia. Mella æqueſtris ordinis:cū a Tyberio principe damnatus accreſceret':ſuccū porri ad trium denariorꝝ argenteorꝝ pōdus hauſit:quo expirauit. Si ſupra id pondus fumaſ:dicit' nō eē noxius. Cordila.i.fetus thynni. Lacertus:genus piſcis. Rutæ:ut ſupra rutatos dixit lacertos. Maſſica:potes ad maſſam lactis referre:hoc ē caſeū nā caſeus fumo uelabrēſi cōmēdabatur ex uelabro regione urbis. Vnde caſeus uelabrēſis ī diſtichis ē. Pōt referri quod magis placet ad uinū. Igne.n.& fumo cōdire uina docuit Maſſylia galliæ. Oliuæ picenæ:cibis accommodatæ ī guſtu:nā dabaſ qcquid ante cibariorꝝ lāces pp guſtū dabaſ:qd' ſupra uerbo græco dixit ppinin:guſtare. Aues cortiles.i. gallinas. Aeterno:immortali. Proxima uicina laude.

Claudia:Claudiā britanā utraq; līgua eruditā laudat:ſimul & ipſi & marito optat felicitatē. Pectora:mores. Cærulei dicūt' iſulani:Vnde & ipſa circe uitrea dicta ē q; coleret circeos inſulā: Vitreæ iuga pfida Circes. Papinius. Nurus:ex filiis. Tribus natis:priuilegio triū natorū. Ius ēt quattuor natorꝝ dabaſ muliēribus:triūuiris. Optat aūt poeta nō ut tātū tris natos hēat:ſed ut tot hēat liberos:ut triū liberorꝝ priuilegio ſuo iure utaſ:nā q aut nullū filiū;aut tātū duos hēret nō utebaſ iure triū filiorum: de quo ſatis multa āte dicta ſūt.

Vnguēta:In zoilū furē quē & furti accuſat:cū nup odoraméta ad funus parata ſubripuerit:& ſeruū fugitiuū eē indicat:q; bis iā teſtatus ē ſuperiore carmīe.

Turpi:īfami & furaci. Lecto Stygio.i. capulo:nā capulus lectus ſtygius ē. A pedibus nam olim cum ſeruus eſſes fugiſti & fuiſti in compedibus.

Thermis grandibus et ſuis lauatur.
Anguſte titius tamen lauatur.

Ad Iulium cerealem.

Cœnabis belle iuli cerealis apud me
Conditio melior ſi tibi nulla ueni.
Octauam poteris ſeruare:lauabimur una:
Scis qua ſint ſtephani balnea iuncta mihi.
Prima tibi dabitur uentri lactuca mouendo:
Vtilis:et porris fila reſecta ſuis.
Mox uetus.et tenui maior cordila lacerto:
Sed quam cum rutæ frondibus oua tegant.
Altera non deerunt tenui uerſata fauilla
Et uelabrenſi maſſa recocta foco.
Et quæ picenum ſenſerunt frigus oliuæ:
Hæc ſatis in guſtu:cætera noſſe cupis?
Mentiar ut uenias:piſces conchilia ſumem:
Et cortis ſaturas atque paludis aues.
Quæ nec ſtella ſolet rara niſi ponere cœna:
Plus ego polliceor:nil recitabo tibi:
Ipſe tuos nobis relegas licet uſque gigantes
Rara uel æterno proxima uirgilio.

De Claudia rufina.

Claudia ceruleis cum ſit rufina britannis
Edita cur latiæ pectora plebis habet.
Quale decus formæ:romanam credere matres
Italides poſſunt:atthides eſſe ſuam.
Dii bene quod ſancto peperit fecunda marito:
Quot ſperat generos:quotque puella nurus.
Sic placeat ſuperis ut coniuge gaudeat uno
Et ſemper natis gaudeat illa tribus.

In Zoilum.

Vnguenta et caſias et olentem funera myrrham
Turaque de medio ſemicremata rogo.
Et quæ de ſtygio rapuiſti cinnama lecto:
Improbe de turpi zoile redde ſinu.
A pedibus didicere manus peccare proteruæ:
Non miror furem qui fugitiuus erat.

Ad Vrbicum.

Hortat: Lupus nouā artē captādi docebat: & blandiēs hortabat Vrbicum orbū & diuitē: ut quæreret liberos: cū tamen id minime uellet. Poeta in hūc iocat: hortaturq; Vrbicū ut moriatur: tāq; suscepisset liberos: hoc ē nihil reliquat.

Lupo: nā si moriet tanq; pater uidetur usus consilio Lupi. Fieri patrē: te quærere uxorē ex q̄ filio suscipias. Quod minus: qm̄ ipse uellet eē hæres. Videri uelle quod nolis: id qđ in damnū tuum sit. Vt facias: ut accipias uxorem.

Sic: ita condito testamento.

Quod nimiū: In Cheremontē: q mortē laudabat: ī quo uolebat uideri sectari sapientiā stoicoꝝ q mortem contemnunt: & de cuntēnenda morte præcipiunt: cū id ageret desperatione & ex rei domesticæ difficultate: nulla inqt laus est cheremon si in ista miseria mortem optas: maior laus fortitudis fuerit ei q ī opiā magno aīo ferre potest. Stoice: q stoicus uis uideri. Tegetes: hēbant pauperes. Nudi: sine culcitra et nullo apparatu. Magnus homo: ironice loqt.

Agedū: esto hortātis ē. Roseo: iuueni li. Perdere nihil. i. semp animū relaxare. Est facile: nullius laudis ē. In rebus angustis: i. inopia. Qui miser: ideſt qui inopiam non molestē fert.

Miraris docto: Inuitat Seuerū ad cœnam misso carmine: Seuerus & doctus erat: ut uersu non indigeret: & diues ut nō desideraret alienam cœnam: duabꝫ inquit de causis potes mirari o seuere: & qđ mitto tibi carmina docto: & qꝫ te uocē ad cœnā diuitē: at dii cū ambrosia saciantur: accipiūt ēt uinum nostrū: qꝫ si cœnā & carmina quæ habes: non amas & accipis: quid poterimus dare. q. d. si tā tum ea daremus qbus indiges nihil possemus dare: cum omnia habeas.

Cum me: In Thelesphorum qui ī media palestra cū īcitatū poetam uideret: grandem stipem poscebat: conqueritur hoc fieri qꝫ si tonsor imminēte nouacula libertatem & diuitias rogaret: Martialis promitteret: sed tonsus nō modo nil daret: sed & iam uerberaret. Idem nō faciet Thelesphoro: sed ne quid poscat ei os obstruet. quia eum irrumabit. Permittūt ī me: qa maguā licentiā habent.

Theca: repositorium nouaculæ.

Hortatur fieri quod te lupus urbice pātrem
Ne credas nihil est quod minus ille uelit.
Ars est captandi quod nolis: uelle uideri:
Ne facias optat: quod rogat ut facias.
Dicat pregnantem tua se cosconia tantum:
Pallidior fiet iam pariente lupus.
At tu consilio uidearis ut usus amici:
Sic morere: ut factum te putet esse patrem.

In Cheremontem.

Quod nimium laudas cheremon stoice morteni:
Vis animum mirer: suspitiamque tuum.
Hanc tibi uirtutem fracta facit urceus ansa:
Et tristis nullo qui tepet igne focus.
Et teges atque cimex: et nudi sponda grabati:
Et breuis atque eadem nocte dieque toga.
O q̄ magnus homo es: qui fece rubentis aceti.
Et stipula: et nigro pane carere potes.
Lingonicis agedum tumeat tibi culcitra lanis:
Constringatque tuos purpura texta toros:
Dormiat et tecum quicum modo cecuba miscet:
Conuiuas roseo torserat ore puer.
O quam tu cupias ter uiuere nestoris annos:
Et nihil ex ulla perdere luce uoles.
Rebus in angustis facile est contemnere uitam:
Fortiter ille facit: qui miser esse potest.

Ad Seuerum.

Miraris docto quod carmina mitto seuero:
Ad cœnam quod te docte seuere uocem:
Iuppiter ambrosia satur est: et nectare uiuit:
Nos tamen exta ioui tura merumque damus.
Omnia cum tibi sint dono concessa deorum:
Si quod habes: non uis: ergo quid accipies?

In Thelesphorum

Cum me uelle uides tecūque thelesphore sentis
Magna rogas: puto me uelle negare: licet?
Et nisi iuratus dixi dabo: subtrahis illas:
Permittunt in me quæ tibi multa nates.
Quid si me tonsor cum stricta nouacula supereſt:
Tunc libertatem diuitiasque roget.
Promittam. nec enim rogat illo tempore tonsor.
Latro rogat res est imperiosa timor.
Sed fuerit curua cum tuta nouacula theca:
Frangam tonsori crura manusque simul.

Nil faciã:nõ uerberabo te. Lota lana pectinis.ſ.ne aliquid poſſis poſtulare dicet λεῖχαζεῖν.i.irrumationẽ. Cupidæ auaritiæ.i.tibi cupido & auaro:eo uerbo græco uſus ẽ Ariſtophanes:uel dícet ρω αιεῤ.i.bene uale:& dimittet ſine premio quod te auarum cruciabit.Métula lota lana.i.cũ pecto ope abſterſa fuerit mentula.Lucilius:Mutoni lachrymas a leua abſterſit amica.

Senos carinus.Dactilotheca ſignificat repoſitoriũ cõpluriũ gẽmarũ.Primus ſcaurus priuignus Sylæ id romæ oñdit:Põpeius mithridatico triũpho attulit quod Varro prælatũ ſcribit fuiſſe dactylothecæ Scauri.Cæſar eius generis ſex dicauit í æde generis genitricis. Dactylothecæ nomẽ dictũ ẽ ab annulis reponẽdis:tñ ut díxi cõpluriũ gẽmarũ ẽ repoſitoriũ:q̃ pro arbítrio dñi í annulis cõcludi poterant.Carinus ſex annulos hébat cõductos:quos die noctuque geſtabat.id cũ alii luxui & magnificẽtiæ aſcriberẽt: poeta ait cũ id agere:qm̃ plures nõ habebat:nec dactylothecã. Videt ſignificare eũ nõ hére repoſitoriũ annulorũ:cũ í telligat nõ hére plures gẽmas:ſed eas cõductas:ex aliena dactylotheca:ut illud luue.Educta paulus agebat Sardonice.

At tibi nil faciam:ſed lota mentula lana
Leicazin cupidæ dicet auaritiæ.

De Carino.

Senos carinus omnibus digitis gerit.
Nec nocte ponit annulos.
Nec cum lauatur:cauſa quæ ſit quæritis:
Dactilothecam non habet.

De Chione et phlogide.

Sit phlogis an chione ueneri magis apta requiritis:
Pulchrior eſt chione.ſed phlogis ulcus habet.
Vlcus habet priami:quod tendere poſſit alutam:
Quodque ſenem peliam non ſinat eſſe ſenem.
Vlcus habet quod habere ſua uult q̃ſque puellã.
Quod ſonare criton:non quod hygea poteſt.
At chione non ſentit opus:nec uocibus ullis.
Adiuuat:abſentem marmoreamque putes.
Exorare dei ſi uos tam magna liceret
Et bona uelletis tam precioſa dare.
Hoc quod habet chione corpus faceretis haberet
Vt phlogis et chionẽ quod phlogis ulcus hẽt.

De Maneio.

Linguã maritus mœchus ore maneius
Summemianis inquinatior buccis.
Quem cum feneſtra uidit a ſuburrana
Oſcena nudum lena fornicem clauſit.
Mediumque mauult baſiare quam ſummum.
Modo qui per omnes uiſerum tubos ibat
Et uoce certa conſciaque dicebat
Puer an puella matris eſſet in uentre
Gaudete cunni ueſtra nanque res acta eſt:
Arrigere linguam nõ poteſt ſututricem.
Nam dum tumenti merſus hæret in uulua
Et uagientes intus audit infantes.
Partem guloſam ſoluit indecens morbus
Nec purus eſſe non Poteſt:nec impurus.

De Leſbia.

Sit phlogis. Vtrũq; nomẽ factũ ẽ. Phlogis ab ardore:nã phlox ſignificat flámã Chione frigus a χιον quod niuem ſignificat. Allutã lãguẽtẽ:mentulã. Nõ ſinat:nõ poſſit excitare.Peliã:laſõis patrẽ. Criton:medici nomẽ ẽ maſculi & métulã habẽtis. Hygea:filia Aeſculapii medica.Euſtachius q̃dẽ í Home.& Diodorus & noſtri duos tãtũ filios Aeſculapio dedere:Machaonẽ & Podaliriũ. At íterpres Lyophoronis uſus teſtimonio Appollodori & Pli. í picturã Hygeã: El gen.Panen:Calaſũ Aeſculapii filias eſſe teſtaf:q̃s ſocratẽ pixiſſe cũ pre Aeſculapio Pli.affirmat.Hygea ãt nomẽ conuenit medicæ:Hygea.n.græce latine ſignificat rectã ualitudinẽ.opponit ãt Critonẽ:& Hygeã ut oſtẽdat illam ídigere uiro maſculo:nõ fœmina. Marmoream cum non moueretur.

Lĩgua.In Maneiũ lingẽtẽ femur cuius ſupra meminit. Vrbãe ãt ait eius linguã dũ nuper muliebri ĩguini hæreret:mẽſtrui p̃ fluuio obturpuiſſe adeo ut poſt hac non ſit futura uteris uereri libídini

Mœchus ore:dũ fellat.Maritus lĩgua:dũ hæret femori mulieris. Sũmemianis:meretricibus. Nudũ:uel inopẽ uel remotis arbitris q̃d placet. Per tubos:tubi dicũtur cãnæ plumbeæ quibus aq̃ deducitur.Tubos appellat inguina muliebria. Cõſcia:q̃ſi rem uerã ſciret.

Morbus ídecẽs:ſãguis mẽſtrualis. Purus dicit ñ cõtaminatus aliq̃ labe:ad corpus refertur.purus itẽ cũ de aío dicit:ẽ nõ cõtaminatus ullo uitio:hic uerbor ambiguitate utitur poeta.Non mirãdũ nam ut ſcribit Pli.tam malefici humoris ẽ ut iactæ ſegetes eo merceſcãt:apes ĩ moriantur aſpectu mulieris eo laborantis.ſpeculum haberetur.Purus non poteſt eſſe contaminatus.ſ.eo menſtruo.

Nec impurus:quoniam id ſceleris non poterit amplius committere.

Lesbia. Agere gratis aliquis dicit; q ope pciũ nõ exigit: gratis itẽ agit q nihil soluit: hãc accipiti uerborum significatiõe lesbiã poeta deridet: quæ iurabit se nũq̃ gratis fuisse fututã itelligẽs se non fecisse copiã sui nisi magno precio: poeta ex altera uerbi significatione ait uerũ eẽ quod Lesbia dicit: nũquam. n. fuit fututa gratis: quoniã oportuit eã soluere preciũ his quos uolebat fututores.

Spectas nos. Philomusum mutoniatos pueros in balneis spectantẽ & iterrogãtẽ magna cura quare eos Mar. habebat puros: cinædũ eẽ ostẽdit. Pædicant curiosos festiue eũ cinædũ eẽ ostẽdit: cũ sit tã curiosus i mutoniatis ispiciẽdis. Curiosus. n. dicit q magna cura aliqd pqrit.

Nescio. Faustus cũ haberet cõmertiũ cũ adolescẽtibus nolitque id palã fieri: dabat lras ad puellas: ut cũ his cõe aliqd habere uideret eũ urbaniter redarguit poeta inquiens nescio quid scribas puellis: sed rẽ illã scio: q puellæ ñ scribũt tibi hoc ẽ turpitudinem tuã iter pueros.

Hoc scio. i. cõmertiũ tuũ. ipse. n. abutebatur pueris: & pueri eo.

Sexcẽti. Iustinus solitus Martialẽ inuitare ad diẽ natalẽ: eũ nunc præterierat. dc iuitatis: pmittẽs datuq; cœnã i sequẽti die: cũ poeta munus mittere soleret ueteri istituto natalẽ celebrãti: & ipse pteritus a lustio munus differt i diẽ crastinũ: mittãt iquit sexcẽti iuitati munera tibi hodie: cras ego mittã: qm̃ cras me iuitasti. Iustius crastinã cœnã pmittebat isequentis diei. Poeta crastinum munus pollicet qd nũq̃ ẽ futurũ: ut supra. Dic mihi: cras istud posthume q̃do uẽit: cũ uideat pollliceri crastinũ munus. i. insequẽtis diei: Ad officiciũ lucis: ad celebrãdũ diẽ natalẽ. Postera. i. cœnam sequẽtis diei. Sexcẽtis hodie. i. dc. mittãt hodie munus: quos inuitasti.

Et delator es. Vacerra cõquerebatur q nũmos nõ haberet poeta tpa sua notans miratur quare pecuniã nõ habeat: cũ tã malas exerceat artes: qbus solis pecunia quærebatur. Calũniator: falsas accusationes reperis. Lanistæ: dicebat q emebat pueros nutriendos ad gladiaturã.

Mãgones ad uẽdẽdũ dicti a manu & ago: hoc ẽ expoliẽdis pueris ut maiores ueniãt: ide mãgonizare tractũ ẽ: q signifícat expoliri ad fallẽdũ ẽptorem: agrosque mãgonizatos legimus: & mãgonizata balnea apud pli. & Var.

Parua rogas: Mathonẽ agẽdis cãis nihil iã lucrãtẽ: & ne minimã q̃dẽ stipẽ cõsequẽtẽ a diuitibus deridet: simul monet ut pudorẽ suæ repulsæ lẽiat magnarũ req; petitiõe: nã nimis ignominiæ fuerit si i magnis tulerit repulsã de Mathone luue. Sic pædo cõturbat. Matho desicit. i. pauper fit.

Amphitheatrales: Epithaphiũ Lydiæ canis quæ discerpta fuerat a apro i uenatione theatri. Nutrita: loquit cãis: Magistros: qui præsũt theatris. Erigone: mortuũ patrẽ lccaq; repperit cãe duce: cui lmera erat nomen. hæc dolore obitus paterni sibi mortem cõsciuit. lmera item dominæ mortuæ spiritu parẽtauit ut alii scribũt: cõiecit se iputeũ quẽ anigrũ appellãt: hoc est sine humore. nẽo enim ẽ post causis fabulam eius aquis usus est numinũ miseratione: eius effigies i cœlũ relata est.

Lesbia se iurat nunquam gratis esse fututam.
Verum est: cum futui uult: numerare solet.

In Philomusum.

Spectas nos philomuse cum lamamur
Et quare mihi tam mutoniati
Sint leues pueri subinde quæris.
Dicam simpliciter tibi roganti
Pædicant philomuse curiosi.

In Faustum.

Nescio tam multis quid scribas fauste puellis
Hoc scio: quod scribit nulla puella tibi.

In Iustinum.

Sexcenti cœnant: a te iustine uocati.
Lucis ad officium quæ tibi prima fuit.
Inter quos memini non ultimus esse solebam:
Nec locus hic nobis inuidiosus erat.
Postera sed festæ reddis solemnia mensæ:
Sexcentis hodie: cras mihi natus eris.

In Vacerram.

Et delator es: et calumniator.
Et fraudator es: et negociator
Et fellator es: et lanista miror
Quare non habeas uacerra nummos.

In Maronem.

Nil mihi das uiuus: dicis post fata daturum:
Si non es stultus: scis maro quid cupiam.

Ad Mathonem.

Parua rogas magnos: sed nõ dãt hæc quoque magni
Vt pudeat leuius te matho magna roga -gni

Epi. Canis Lydiæ.

Amphitheatrales inter nutrita magistros
Venatrix: siluis aspera blanda domi.
Lydia dicebat domino fidissima dextra
Qui non erygones mallet habere canem:

Nec qui dictea cephalum de gente secutus
Luciferæ pariter uenit ad astra deæ.
Non me longa dies: nec inutilis abstulit ætas:
Qualia dulichio fata fuere cani.
Fulmineo spumantis apri sũ dẽte perẽpta
Quantus erat calydon aut erymanthe tuus
Nec queror ifernas quãuis cito tapta sub umbras:
Non potui fato nobiliore mori.

In Tuccam.

Vendere tucca potes centenis milibus emptos
Plorantes dominos uendere tucca potes.
Nec te blanditiæ: nec uerba rudesque querelæ:
Nec te dente tuo saucia colla mouent:
Ah facinus tunica patet iguen utrunque leuata
Inspiciturque tua mentula facta manu:
Si te delectat numerata pecunia uende
Argentum: mensas myrtina rura domum.
Vende senes seruos: agros et uende paternos:
Ne pueros uendas: omnia uende miser.
Luxuria ẽ emere hos: quis enĩ dubitatue negatue:
Sed multo maior uendere luxuria est.

De Læda.

Hictericam uetulo se dixit esse marito:
Et quæritur futui læda necesse sibi.
Sed flens atque gemens tanti negat esse salutem:
Seque refert potius proposuisse mori.
Vir rogat ut uiuat uirides nec deserat annos:
Et fieri quod iam non facit ipse sinit.
Protinus accedunt medici medicæque recedũt
Tollunturque pedes: o medicina grauis.

De Nata.

Drauci nata sui uocat bipennem
Collatus cui gallus est priapus.

In Lygdum.

Venturum iuras semper mihi lygde roganti:
Constituisque horã: constituisque locum.
Cum frustra iacui longa prurigine tentus:
Succurrit pro te sæpe sinistra mihi.
Quid precor o fallax meritis et moribus istis
Vmbellam luscæ lygde feras dominæ.

De Bacchara.

Cephalũ: cãis datus ẽ custos Europæ a Ioue: quẽ laborãtẽ ꝑcris sanauit. ide canẽ meruit dono: ex creta igitur Cephalus cõiunx Procri mortua uoxre duxit Thebas: ibĩ erat fera isupabilis canibus ut ouidius cecinit. Vt aũt ex testimonio Istrii scribit Iginius erat uulpes isuperabilis canibus: Cephalus lelapa ita. n. appellabatur cãis emisit in uulpẽ. Cũ ãt & numie louis cãis eẽt isuperabilis & Themidis uulpes utrũq; in marmor cõuertit luppiter ut alii scripserũt: canis i cœlũ ẽ relatus. Cani dulichio, i. itacẽsi canĩ ulyxis. canes Vlyxis apud eumeũ subulcũ redeũtẽ dominũ post uiginti annos agnouit ut scribit: Home. q eosdẽ blãdiẽtes Thelemacho introduxit. Ille appellabatur argus. hũc i fimo repperit Vlyxes reuersus plenũ pediculis. Lõgũ extat Homeri carmẽ in odyssea: mortuus est extrema ætate cõfectus. Erimãte quẽ iteremit Hercules. Calidon: quẽ Meleager. Tertius aper i Lydia: ubi periit Athis filius Crœsi ut scribit Horodotus.

Vendere: Tuccã accusat: qui teneros emebat pueros. eos dẽ enĩ exoletos uendebat. Dominos pueros olim amatos a te: ut dominã amicã dicimus. Rudes: pueriles. Luxuria: i eadẽ significatione ẽ supra. Non amo iã dices: hæc quoque luxuria ẽ. nã luxuria appellat nõ mõ nimiũ regẽ appetitũ: & luxũ: sed ẽt imodicũ cõceptũ eaꝝ regẽ quibus uti debes.

Hictericã. locus ẽ i Lædã fallẽtẽ maritũ noua arte: ait. n. se eẽ hictericã: neq; ulla arte posse sanari nisi futuat. Tanti. i. se tãti facere saluté: Tollũt i uenerẽ: ut supra. Sustulit ille pedes: sustulit hic tunicam.

Drauci. in natã blãdã et exiguo uerbo appellãtẽ mentulã ex oleti sui pipinã. nã pipere ẽ minoꝝ pullorũ uocẽ emittere. Vnde pipillo frequẽtatiuũ qđ' passeri dedit Catullus: Ad solã dominã usque papillabat. poeta ait tãtæ magnitudinis eẽ: ut si priapus conferatur: possit Gallus uideri. hoc ẽ castratus: nonnulli codices habẽt bipennẽ: hoc ẽ duplicẽ pẽnem: sed placet prior lnia: licet syllaba mutata sit.

Vẽtuꝝi Cõqueritur se decipi sæpenumero a Lygdo puero: cui imprecatur: ut pileo tegat metulã. Vmbella: idumẽtũ capitis erat. quo solis radii arcebãt: huius erit distichõ. obscena metaphora abusus ẽ: nãp dominã luscã & si aliud uidẽtur itelligere mẽtulam significat. Tegas umbella. i. tegas natibus mẽtula: uel ore tanq̃ umbella: nã erat fellator: ut alibi. At quõdã mihi Lygde nil negabas. i. fellabas.

Curãdũ.Medico riuali.i.q cũdẽ amat quẽ ipe. Gallus:iocus ẽ i Gallo:& græco:& ſignificat ſacerdoté Cybelis.

Theca tectus.Eodẽ argumento ſupra ſcripſit i Lecaniã: Inguina ſuccintus tibi nigra ſeruus aluta:Stat quotiens calidis tota foueris aquis ná & hæc Cælia lauabatur inter uiros nudos iguinibus ſolum ſeruũ uidebat ſibi aſtare fibulatũ: quod cũ alia de cã facere uideretur: poeta idicat eam ita egiſſe:ut ſeruum ad coitũ recẽtẽ héret:ná fibula nõ mõ ueládis iguinibus ſed ẽt coercẽdo impetu libidinis utebãtur Aena nigra:ná ex aluta nigra erat fibula:ut ſupra: nigra ſeruus aluta. Vt qd facias:ná citharœdus & coraules & comœdus ad uocẽ ſeruandã fibula utit̃:qm̃ nimio coitu raueſcit.

Ne uidearis iuidere uolẽtibus.ſ.uti magno pene ſerui tui. Remitte:cõcede:ut non utatur fibula.

Soluere:quæ mutuaueras. Bucco.diſpẽſator. Nõ mea:ſed Bucconis.

In oĩbus:In Vacerã:qui ut cœnã capta ret oẽs inibat cœnatiões:& i ꝓximo loco ſimulabat ſe demittere aluũ ut aliq̃ permanẽdi cã eẽ uideret̃:& parata cœna in uitaret̃ a dño. Conclaue:locus ad cœnandum:ut ẽ apud Cice. Cœnaturit: cupit cœnare.

Vtere:Cõſulit amico dicturo uxorẽ q̃ hactẽus nullũ cũ fœminis habuerat cõmertiũ:ut ante nuptias diſcat muliebrẽ palæſtrã a perita meretrice:qm̃ a ſponſa uirgíne & rudi ea diſcere & nõ poterit. huc ſpectat epigrãma ut derideat eũ q̃ cagitat de ducẽda uxore. Flamea: ídumẽta capitis q̃bus i nuptiis matrone utebãtur ad ueládũ pudorẽ. Lucanus.Flamea ſollicitũ prævelatura pudorẽ. Tõdebit:faciet tonſos tuos cinædos:ne tibi placeant. Peregrina.i.ſi neſciueris uti cũno:ut ſit tibi ignota. Suburranæ meretrici.ná in ſuburra erãt meretrices: ut ante. Faciet te uirũ.docebit officiũ uirile.

Ad primũ:pætus malos miſerat mulos poete:quẽ ad primũ lapidẽ iuitauerat: ut uix decía hora eo ꝑuanerit: cũ pigritia accuſaret̃ a Pæto:ait culpá illius eẽ q̃ tã pigros mulos rhedarios miſerit:q̃lib⁹ ſ.Pætus ipſe utebatur:ita eũ deridet.

Littus:locatur cũ Flacco qui petierat ut uillã baianã uerſibus laudaret.ait.n. ſe male ídulgere Genio:q̃ uerſibus baianis:pluris enim ſe facit q̃ baias:quas Faccus uerbis magnificis aureum littus appellabat. Baias: totiens inculcatum eſt in contemptum Flacci.

Curandum penem commiſit bacchara græcus
Riuali medico:bachara gallus erit.

In Celiam.

Theca tectus ænea lauatur
Tecum celia ſeruus:ut quid oro
Non ſit cum citharœdus aut coraules?
Non uis ut puto mentulam uidere:
Quare cum populo lauaris ergo:
Omnes an tibi ſumus ſpadones?
Ergo ne uideáris inuidere:
Seruo celia fibulam remitte.

Ad Pætum.

Soluere pæte decem:tibi me ſeſtertia cogis:
Perdiderat quoniam bucco ducenta tibi.
Ne noceant oro mihi non mea crimina: tu qui
Bis centena potes perdere:pende decem.

In Vacerram.

In omnibus uacerra quod cõclauibus
Conſumit horas et die tota ſedet.
Cœnaturit uacerra:nõ cacaturit.

Ad uictorem.

Vtere fœmineis cõplexibus utere uictor.
Ignotumque ſibi mentula diſcat opus.
Flamea texuntur ſponſæ:iam uirgo parata eſt
Tondebit pueros iam noua nupta tuos.
Pædicare ſemel cupido cupit illa marito:
Dum metuit tæli uulnera prima noui.
Sæpius hoc fieri nutrix materque uetabunt:
Et dicent uxor:non puer iſte tibi eſt:
Heu quantos æſtus:quantos patiere labores.
Si fuerit cunnus res peregrina tibi.
Ergo ſuburranæ tyronem trade magiſtræ
Illa uirum faciet: non bene uirgo docet.

Ad Pætum.

Ad primum decima lapidẽ quod uenimus hora
Arguimur lẽtæ crimine pigritiæ.
Non eſt iſta quidem:non eſt mea ſed tua culpa:
Miſiſti mulas qui mihi pæte tuas.

De Baiis.

Littus beatæ ueneris aureum baias
Baias ſuperbæ blanda dona naturæ
Vt mille laudem flacce uerſibus baias.
Laudabo digne non eſt ſatis tamen baias.

Sed martialem malo flacce quam baias.
Optare utrunque pariter improbi uotum est.
Quod si deorum munere hoc tibi detur:
Quid gaudiorum est martialis baiæ.

De Spadone.

Cum sene cõmunẽ uexat spado dindimus eglem?
Et iacet in medio sicca puella toro.
Viribus hic operi non est: hic utilis annis:
Ergo sine effectu prurit uterque labor.
Supplex ille rogat. pro se miserisque duobus:
Hunc iuuenem facias hunc citherea uirum.

De Filostrato.

A sinuessanis conuiua philostratus undis.
Conductum repetens nocte iubente larem:
Pene imitatus obit seuis elpenora fatis.
Præceps per longos dum ruit usque gradus.
Non esset nymphæ tam magna pericula passus:
Si potius uestras ille bibisset aquas.

Ad Sosibianum.

Nemo habitat gratis: nisi diues et orbus apud te:
Nemo domum pluris sosibiane locat.

Ad Antiochum tonsorem.

Qui nũdum stigias descendere quærit ad undas:
Tonsorem fugiat si sapit antiochum.
Alba minus seuis lacerantur brachia cultris:
Cum fugit ad phrygos enthea turba modos.
Mitior implicitas alcon secat enterocellas.
Fractaque fabrili dedolat ossa manu.
Tondeat hic inopes cynicos et stoica menta:
Collaque puluerea nudet equina iuba.
Hic miserum stiricha sub rupe promethea radat:
Carnificem nudo pectore poscet auem:
Ad matrẽ fugiet pentheus: ad mænadas orpheus
Antiochi tantum barbara tela sonent.
Hæc quæcunque meo numerasti stigmata mento.
In uetuli picta qualia fronte sedent.
Non iracundis fecit grauis unguibus uxor:
Antiochi ferrum est et scelerata manus.
Vnus de cunctis animalibus hircus habet cor
Barbatus uiuit: ne ferat antiochum.

In zoilum.

Sidere percussa est tibi subito zoile lingua
Dum lingis cunnũ. zoile nunc futues.

Vtrũq; indulgere Baiis & mihi. Dest: ut faciã hoc. Quid: o qnãtũ Marti. & Baiæ. i. ut ego mihi indulgeã: & tñ Baias laudẽ & i ea uersuum cura uoluptatem capiam.

Cum sene: Egles uicẽ dolet: q̃ & spadoni nupserat: & adultẽ senẽ hẽbat ut neuter uiri officium præstare posset: optat misera alterũ spadonem fieri uiz: alterũ senem fieri luuenẽ. Sicca: carẽs officio uiri. Operi: uenereo. Anus: ꝓpter etatẽ. Vterq; labor: uterq; laborãs. Citherea: Venus: quæ geniali toro præes.

A sinuessanis. Philostratus multa apud græcos scripsit: sed hic cũ i balneis sinuessanis eẽt tm̃ uini potauit: ut ebrius factus scalarũ lapsu pene extinctus sit: quo facto periit Elpenor. Elpenor: enĩ Vlyxis socius: cuius cadauer manes euocati sũt ab Vlyxe ebrius factus apud Circẽ: lapsusq; e scalis periit hoc mortis genus notat Ouidius i Ibim: ipse apud Homerũ i carmĩe ifernali Vlyxi narrat. Nocte iubẽte. i. nocturno tpe ita iã exigẽte.

Nemo habitat. Sosibianus nouo genere captatõis utebat̃ nã orbis & diuitibus ptẽ domus suæ gratis habitandã dabat: qd̃ cũ ex liberalitate uellet uideri facere: poeta idicat eũ auariss̃ime agere: qppe q̃ eo munere hæreditatẽ petat longe maioris precii q̃ sit iusta pensio. Pluris locat. quoniam ita hereditatẽ captas.

Qui nũdũ. In Antiochi tonsoris iperitiã: a quo cũ nuper tonderetur crebris icisuris notatus ẽ. Brachia tõdebãt̃: q̃ iter se lacerãt̃ i sacris Cybelis. Enthea: deo plena. Alcõ: medicus uulnerarius Entherocellas: iteſtina. Dedolat: apta ossa: Pentheus ad matrẽ. Agauẽ a q̃ laniatus fuit. Orpheus: laniatus a ciconibus. Mẽdas: mulieres furẽtes: nã πεύω ẽ furere. Qualia: q̃les icisuræ: Picta frõte. i. rugosa. Hẽt cor. i. ẽ sapiens.

Sidere. Sidus ẽ genus morbi: ut supra ẽ dictũ: quo lĩguæ usus a mitti solet. supra: hoc opus ẽ subito fias ut sidere mutus. Vnde siderati quibus urina pulli asini nardo admixto ꝑ coniũctionẽ medetur. zoilus fellator erat quod frequẽti carmine idicauit: nunc amissa lingua cogẽt futuere. Lingere: fellare ẽ apud hũc poetã. supra: Lingas nõ mihi: nã ꝑba & puella ẽ. Dũ lingis. i. dũ fellas: uel cũnũ lingis quod placet: nam supra idẽ ẽ epigrãmatis argumẽtũ i e ũ qui dũ cũnũ lingeret: lĩguã amisit adeo ut præterea nec purus eẽt: nec ipurus posset. Certe nunc postquam lĩgendi usũ amisisti.

Leniat:In Parthenopæū qui tuſſim ſi mulabat ut cōditis cibis ueſceretur: qđ ſupra ī aliū ſcripſit. Nucleos:cōditos.

Dulces:mellitos. Non ſinit pueros eē truces.i.quo pueri lugētes placāt. Eſt gula.i.pp gulam id agis.

Diues erat:Charidemus cū olī diues eēt pædicabat.nūc factus paup ut amiſſa bona iſtauraret anus ſectabatur. hoc n.genus lucri ppoſitū erat bñ mētulatis qđ carpit luue. Vetulæ ueſſica beatæ.nā illud ī uniuerſū dicitur & nō de una.

Multis iā: Cariſianū deridet:qui cum pedicarē nolebat uideri pædicari:ſed feſtiue crimē ſuū pdidit p iprudetiam nā cū multis iā diebus diceret ſe nō pedi caſſe: & cauſam quererēt ſodales: dixit ſe habere uentrē ſolutū:qđ ipſū ipedimento erat cinædo:non pædiconi.

Intactas. Ad Pollā:quæ mittebat recentes roſas & intactas.poeta optat:ut roſas uexatas potius mittat eius delitias redolentes:an ſimul alludit feſtiue ad eunuchos pulcherrimos quos polla habebat: ut ſupra dictum eſt.

Carmina:Chreſtillū deridet qui ut laſciuū carmē aſpnari uideretur:& ſeuēr laudare Lucilii: Lucretii: Acii: Pacuuii poetarū rudimenta:& quibus ut ſcribit Quītilia.lepos:& ultima manus defuit: uerſus exrollebat.ſed tamē ut īquit poeta cū quis generis carmīa legēt:ñ ignorabat qđ ſapet mentula p qđ oſtēdit eū fuiſſe fellatorē:& iter ātiquos poetas ſectari recētes mores. Salebras:duriciē.

Metrophanes:hic uerſus ē Lucilii:quē luculētū fluere ſcribit Horatius:& carpit q; græca uerba iferat carmini.fuit ār ſatyrar auctor.ſed hoc carmē ē ī Metrophanē Columellā tumulatū eius ſeruū ut ita legāt: Lucilli columella ſitus eſt hic Hic Metrophanes.Columella Metrophanes:nomē ē pprium. Lucilli.ſ. ſeruus: Terrai:genitiui ātiquorū:qbus utiē ſemp Lucretius Accius:& Pacuuius ſcriptores tragediar clariſſimi ſentētiarū grauitate:ut ſcribit Fabius;& Pōdē uerbor.ſed his defuit expolitio.nō eorū culpa ſed tēpor qbus ſtudia adhuc erāt īculta. Sapiat:qa es fellator. & mētulā līguis laſciuiſque noſtror tēpor moribus inter ſeueros antiquor uerſus uteris.

Aeolidos canace:In Canacē epithaphium quæ ulcere ſerpētis ī ora extīcta eſt.

Aeolidos:alludit de Canace filia Aeoli ſorore Macarei. Ah facinus:genus morbi. Tenero:puellarii Oſcula.i.os ipſum. Non ſunt data:quia partē aſſūpſit morbus.

In Pārthenopæū.

Leniat ut fauces medicus:quas aſpera uexat
Aſſidue tuſſis parthenopeæ tibi.
Mella dari:nucleoſque iubet duleeſque placentas:
Et quicquid pueros non ſinit eſſe truces.
At tu non ceſſas totis tuſſire diebus:
Non eſt hæc tuſſis parthenopeæ:gula eſt.

Ad Caridemum.

Diues eras quondam:ſed tūc pædico fuiſti:
Et tibi nulla diu fœmina nota fuit.
Nunc ſectaris anus:o quantum cogit ægeſtas
Illa futurorem te carideme facit.

De Cariſiano.

Multis iam lupe poſſe ſe diebus.
Pædicare negat cariſianus.
Cauſam cum modo quererent ſodales
Ventrem dixit habere ſe ſolutum.

Ad Pollam.

Intactas mihi quare mittis pollo coronas:
A te uexatas malo tenere roſas.

In Creſtillum.

Carmina nulla probas molli quæ limite currūt:
Sed quæ per ſalabras altaque ſaxa cadunt:
Et tibi mæonio quod carmine maius habetur
Lucilli columella hic ſitus metrophanes:
Attonituſque legis terrai frugiferai
Accius et quicquid pacuuiuſque uomunt.
Vis imiter ueteres.creſtille tuoſque poetas:
Diſpeream ſi ſcis:mentula quid ſapiat.

Epi.Canaces.

Aeolidos canace iācet hoc tumulata ſepulchro:
Vltima cui paruæ ſeptima uenit hyems:
Ah ſcœlus ah facinus properas quid flere uiator?
Non licet hic uitæ de breuitate queri:
Triſtius eſt leto leti genus horrida uultus
Abſtulit:et tenero ſedit in ore lues.
Ipſaque crudeles ederunt oſcula morbi:
Nec data ſunt nigris tota labella rogis.
Si tam præcipiti fuerant uentura uolatu:
Debuerant alia fata uenire uia.
Sed mors uocis iter properauit cludere blandæ:
Ne poſſet duras flectere lingua deas.

In Zoilum.

Peierios:In theodorum malum poetā:ī quem ſupra.Huius ædes incendio aſſumptæ ſunt. De quibus cū uideaſ cōqueri Mar.q̄ſi amicus Theodoro:exit ī īprecationē:& cōq̄rit:qđ dn̄s ñ arſerit. Pierios:poeticos. Dn̄s:malus poeta añ dixit ſe huic ſuos libellos mitteſ nolle:ne ille ſuos mittat ſeptos.

Quod:In poetā iudeū q Mar.pueꝝ pædicabat.Verpe:iudeæ. Carpas:ſuffureris:ut ſupra poeta carpit.ī.ſuffuratur. Corripias:frequenter rapias. Solymi populi finitimi Liciæ. Vude iudeoꝝ gēs deducta ē eos Bellerophon expugnauit:ut homerus meminit:& longa ē diſceptatio apud homeri interpretes:de quibus ſolymis poeta ī tellexit.Stra.de finitimis Liciæ uidetur ſentire. Iuras p tēpla tonātis.i. iuras p numē romanū q̄ſi non ſis iudæus. Anchiala:urbs ē Ciliciæ littoralis cōdita a Sardanapallo:ut Ariſtobolus ſcribit. In qua ē ſtatua lapidea cōditoris:q̄ dextræ manus digitos cōplicat:cū monumento litteris aſſyriis inſcripto:Sardanapallus Anacindaraxis filius Tharſū & Anachialim uno die condidit:Ede bibe lude:& cū te mortalē noris præſētibus exple deliciis animū: poſt morte nulla uoluptas placet igitur intelligas Anchialū numen Sardanapalli:quod Solymis finitimū ē: īmo littoralē hāc Ciliciæ pte Solymi aliquando tenuerunt:ut ſcrī.Ioſephus.Iura p Anchialū.ī.p numē Sardanapalli: quo ſimul oñdit eius mollicie & patriā. Quod nōnulli ſētiūt de Anchialo puero hactenus nō legi.

Mentitur qui te uitioſum zoile dixit:
Non uitioſus homo es zoile:ſed uitium.

De Theodoro.

Pierios uatis theodori flamma penates
Abſtulit hoc muſis.hoc tibi phœbe placet.
O ſcelus o magnum facinus crimenque deorum:
Non arſit pariter quod domus et dominus.

In Verpum æmulum.

Quod nimium liues noſtris et ubique libellis
Detrahis:ignoſco: uerpe poeta ſapis.
Hoc quoque nō curo:quod tu mea carmīa carpas:
Corripias:et ſic uerpe poeta ſapis.
Illud me cruciat ſolymis quod natus in ipſis:
Pædicas puerum uerpe poeta meum:
Ecce negas iuraſque mihi per templa tonantis:
Non credo:iura uerpe.per anchialum.

Ad Flaccum.

Incideris quotiens in baſia fellatorum:
In ſolio puto te mergere flacce caput.

In germanum.

Martia nō rhenus ſalit hic germane:quid obſtas?
Et puerum prohibes diuitis imbre lacus?
Barbare non debet ſubmoto ciue miniſtro
Captuam uictrix unda lauare ſitim.

In Theleſinam.

Vna nocte quater poſſum:ſed quattuor annis
Si poſſum peream te teleſina ſemel.

Ad Baſſum.

Effugere non eſt baſſe baſiatores
Inſtant:morantur:perſequntur:occurrunt.
Et hinc et illinc:uſquequaque:quacunque:
Non ulcus acre puſtulæ ue lucentes:
Nec triſte mentum:ſordidique lichenes.

Incideris:Feſtiue idē eē docet baſiari a fellatore:q mētulas ore abluit:& mergere caput in ſolium uasbalneoꝝ:ubi mētulæ lauātur. Puta te mergere caput.i. abluere caput.

Martia:Ex Martia de q̄ ſatis ſupra diximus;Germanus riuulū deduxerat in ædes.Vnde nup repulerat pueꝝ romanū;poeta cōqueriſ martia aq̄ ītercidi ciuem romanū a barbaro cū aq̄ ſit romana;& ciui debeat ſeruiſ potius quā captiuo. Salit:labiſ ſaliēs. Obſtas:reſiſtis. Imbre irrigatione & unda diuitis large fluētis. Vnda uictrix aq̄ martia romana:Captiuā ſitim.i. tuā qui es captiuus. ſubmoto repulſo.

Vna nocte:In Theleſinā deformē ad q̄ ñ poterat arrigere:qđ ut oñdat ñ ſua culpa accidere:ſed Theleſinæ hoc ſcribit.

Poſſū.ſ.futuere aliq̄:ñ poſſū te ſemel q̄ttuor annis oppoſitis dictionibus acumē ē ſemel & q̄ter.iiii.ānis & una nocte.

Effugere:Baſiatoꝝ oculis offēdebaſ. Mar.nōnulli.n.blādiētes ſolebant obuios aīcos oſculari.Marti.hoc lōgo reprehēdit epigrāmate.conſulitque Baſſo:ut eos ſibi faciat aīcos quos nolit baſiaſ:oñ dēs ſe malle aīcitiā aliis i rebus eē q̄ i baſiis.qbus.ſ.offēdiſ.optes īqt eos aīcos q te ñ baſiēt:id.n.ē gratius q̄ baſiari. Nō ē effugere:fieri nullo pacto pōt ut poſſis effugere baſiatores. Vlcus:deterebit eos. Puſtulæ:ulcera pua. Triſte mētū ſordidi uel lichenes idem dixit ut puto.nā lichenes ulcera oris erāt q̄ multoꝝ ītuitus occupabāt;furfurē cutis excitātia;is morbus īcognitus fuit ad mediū uſq; Tiberii prīcipatū quo tpe puſinus qdā eques ſcriba q̄ſtorius eo morbo laborās quo iaſia correptus fuerat multas contagione fœdauit:eū appellarūt noſe latino mētagrā;quoniam a mēto orīebatur.

95.

Vid. Joh. Jac. Rang. de nar. Balth. R. ijog. m. Febr. p. 155.

Cf. Problem. Critic. n. 2. sive Steph. de Moyne Var. Sacr. t. II. Hage Ref. Coud. A. 1686. m. Mart. pag. 196.

Ceroto:puto de ceruſſa itelligi.nã labra ceruſſata dixit ĩ Philenim ad emendationem ulcerũ ꝓderit:quo minus te baſient. Baſiũ nuptiale.i.mũda baſia: quæ obſtructo ore ſeruabãt ſpõſe. Cucullis:íduméto capitis. Auferet:uendicabit te. Lecticæ pellibus & uelis ſternebantur:præſertim nuptiales & ritu antiquo ſpõſi ĩ pelle lunata ſedebãt: ſed hic de quacũque lectica intelligo. Cõſulatus:ſi etiam fueris conſul. Abiget:ſubmouebit. Sella curuli:potes intelligere uel de prætore:uel conſule. Quẽ nolis.i.amicũ a quo nõ baſia exigimus. id.n.ſit amoris teſtimoniũ:quod.ſ.te ñ baſiet.

De cathedra:Ficoſã Leſbiã & pinguẽ deridet:cuius ueſtes natibus hærebant: quotiẽs ſurgeret. Miſeræ tunicæ:uiſcatæ. Pædicant:hærent culo. Simplegades:ſcopuli.qui inter ſe concurrere uidentur:idem dicuntur cinacæ & myniæ a Martiale ob curſũ: quẽ illac minyæ.i. argonautæ tenuerũt. Nates appoſitæ: appellauit geminá ſimplegadẽ. Vel nimias.i.præpingues:ſed magis placet ut legas minyas. Nec ſedeas:ſed iaceas natibus ſupinis.

Habere: Obiurgat Flaccum:qui exilẽ & nullius pene corporis amicã diligat. Pungat:præ macilentia. Sera: ſpecies ſeræ. Eminet:uidetur eminere. Carnarius:corpulentia aliqua delector.

Thaida:Idem argumẽtũ:miratur oculos flacci Incidiſſe in eam quæ uix íſpici põt:quá cũ uiderit dicit eũ ẽt poſſe uidere incorporeum indicans corpore careẽ eius amicam:quaſi dicat amica tua non habet corpus.

Non é:Poſt recentem Lydiæ cõcubitũ hoc ſcribit:quam formoſam carnẽ habere fatetur:ſed nõ faciẽ:nã caret illecebris & iſulſa ẽ. Carnẽ formoſũ corpus.

Nec labra pingui delibuta ceroto:
Nec congelati gutta proderit naſi.
Et æſtuantem baſiant et algentem.
Et nuptiale baſium ſeruantem:
Non te cucullis auferet caput tectum
Lectica:nec tuta pelle ueloque:
Nec uendicabit ſella ſepius clauſa
Rimas per omnis baſiator intrabit.
Non conſulatus ipſe non tribunatus
Sæuique faſces:nec ſuperba clamoſi
Lictoris abiget uirga baſiatorem:
Sedeas in alto tu licet tribunali.
Et ecuruli iura gentibus reddas:
Aſcendet illa baſiator:atque illa
Febricitantem baſiabit et flentem:
Dabit oſcitanti baſium natantique
Dabit et cacanti:remedium mali ſolum eſt
Facias amicum:baſiare quem nolis.

In Leſbiam.

De cathedra quotiens ſurgis iam ſæpe notaui
Pædicant miſeram leſbia te tunicæ.
Quas cum conata es dextra conata ſiniſtra
Vellere:cum lachrimis eximis et gemitu:
Si conſtringantur gemina ſimplegades culi:
Et nimias intrant cyaneaſque nates.
Emendare cupis uicium deforme:docebo:
Leſbia nec ſurgas cenſeo nec ſedeas.

Ad Flaccum.

Habere amicam nolo flacce ſubtilem:
Cuius lacertos annuli mei cingant.
Ouæ clunæ nudo radat:et genu pungat.
Cui ſerra lumbis:cuſpis eminet culo.
Sed idem amicam nolo mille librarum:
Carnarius ſum:pinguiaris non ſum.

Ad Flaccum.

Thaida tam tenuem potuiſti flacce uedere?
Tu puto:quod non eſt.flacce uidere potes.

In Lydiam.

Non eſt mentitus qui te mihi dixit habere
Formoſam carnem lydia non faciem.
Eſt ita ſi taceas:et ſi tam muta recumbas
Quam ſilet in cera uultus et in tabula:
Sed quotiens loqueris carnem quoque lydia ꝓdis:

Et ſua plus nulli quam tibi lingua nocet.
Audiat edilis ne te uideatque caueto:
Portentum eſt:quotiens cœpit imago loqui.

Ad Sophronium.

Tanta tibi eſt animi probitas oriſque ſophroni:
Vt miret fieri te potuiſſe patrem:

Iu uxorem.

Vxor uade foras:aut moribus utere noſtris
Non ſum ego nec curius:nec numa:nec tatius.
Me iocunda iuuant tractæ per pocula coctes:
Tu properas pota ſurgere triſtis aqua.
Tu tenebris gaudes:me ludere teſte lucerna:
Et iuuat amiſſa rumpere luce latus:
Faſcia te tunicæque tegunt obſcuraque palla:
At mihi nuda ſatis nulla puella patet.
Baſia me capiunt blandas imitata columbas:
Tu mihi das auiæ qualia mane ſoles.
Nec motu dignaris opus nec uoce iuuare:
Nec digitis tanquam tura merumque pares.
Maſturbabuntur phrygii poſt hoſtia ſerui:
Hectoreo quotiens ſederat uxor equo.
Et quamuis itaco ſtertente pudica ſolebat:
Illic penelope ſemper habere manum.
Pædicare negas:dabat hoc cornelia graccho
Iulia pompeio:portia brute tibi:
Dulcia dardanio nondum miſcente miniſtro
Pocula iuno fuit pro ganymede ioui.
Si te delectat grauitas lucretia toto
Sis licet uſque die:thaida nocte uolo.

Ad Garricum.

Mittebas libram quadrantem garrice mittis
Saltem ſe miſſem garrice ſolue mihi.

Ad maximum.

Albi maxime ſi uacabit hora
Hoc tantum lege:nanque et occupatus
Et non es nimium laborioſus:
Tranſis hos quoque quattuor:ſapiſti.

Ad Septitianum:

Explicitum nobis uſque ad ſua cornua librum
Et quaſi perfectum ſeptitiane refers.
Omnia legiſti:credo:ſcio:gaudeo:uerum eſt:
Perlegi libros ſic ego quinque tuos:

Ad Lectorem.

Aedilis:præfecti tẽplis curandis:ſi qua imago in templis:aut ſuadeſſet aut eſſet locuta putabant portentum. Lydiam im mobilem & illecebris carentem appellat imaginem.

Tanta tibi:Sophroniũ muliebri & mol liore miratur potuiſſe fieri patrem:non referens hoc magis ad oris mollitiẽ: quã ad probitatem animi. Fieri patrẽ: ideſt habere cum rẽ uxore:ſimul inuit eũ ra ro cum mulieribus uerſatum.

Vxor uade: Dimittitur uxor a poeta: & fit diuortium allatis cauſis iuſtiſſimi diſcidii. Curius dentatus araror: Ta tius:ex ſabinorum qui caſtiſſimi habebã tur. Surgere:e mẽſa. Rumpere latus: dicũtur operam ueneri dantes. Faſcia: pectoralis:qua utebantur mulieres. Pa tes:ſatis nuda eſt:quaſi dicat nunquam tam nuda eſt:quin magis nudã eſſe optẽ.

Opus noſtrum coitum. Motu:criſſa tione. Sederat equo:huius generis coi tus meminit Ouidius in arte: ſed contra rio ſenſu:nam Hectorem dicit inſediſſe Andromache equo hectoreo: utebatur Hectore tanquam equo:nam ipſa ſupra erat:tantæ erãt illæ illecebræ Andromaches,ut ſerui uidentes maſturbarentur.

Sis lucretia:ideſt utaris moribus lucretiæ. Thaida:uolo te habere mores Thaidis & laſciuos:

Explicitum:Deridet Septitianum qui legendum librum Martialis ſuſceperat: non ſtudio quidẽ legendi:ſed ut ſui quoquo a Martiale legerentur:hoc cum poeta intelligat reſtituto libro ſcribi. Cornua:uſque ad umbilicos:qui quidem ex cornu fiebant ut ſcribit Porphirio.

Quamuis:ultima manus est undecimi libri ubi se plura potuisse scribere monet:si quis esset qui munera daret:& leuaret difficultatem domesticam. Lupus:usurarius. Diaria:quotidianum uictum dicũt & quidem seruorum:ut hic Martialis accipit & Horatius:Cum seruis urbana diaria rodere mauis.Diaria item erant libri quibus res quotidianæ continebantur. Solue usuram:dandam lupo & diaria pueris:idest seruis.

Cio me.Tribus annis in prouincia tacuerat:nunc prisco amico ueuiente scribere icipit. primum autem causam affert silentii sui:deinde ĩ gratiam amici se intermissum opus reuocaturum pollicetur:& additurum librum. Scio sensus est:scio me debere defendere silẽtii mei contumaciam cuius sum reus. Quæ:de fidia. Absoluenda est:excusanda. Inter urbicas occupationes:si etiã fuissem ĩ recus urbani. occupatus. Molesti:erga diuites:quos colimus. Vbi:in qua p/uincia. Secessimus:idest uidemur secessisse. Quæro aures:idest desidero aures quibus placeãt mea carmina.q.d.hic nullæ sunt. Alio foro:idest uideor habere causam ubi nõ sint mei iudices:metaphora est a litigantibus:qui nisi ad suos & præscriptos iudices citentur forum declinant:& litẽ intermittunt:ita Mart. tanquam apud non idoneos lectores silebat. Auditor:iudicium auditoris sub ministrauit materiam scribẽdi se. Studere omnibus sæculis:non uident se fore immortales. Ad summam omnium idest postremo. Accedit:additur: Rubigo:ruditas.Municipiũ:meorũ. Vnus aut alter:ratio est præterea quare nõ scripserim:quoniam quamuis pauci essent ĩ hoc loco qui carperent mea carmina:tamen non possent non uideri multi in loco exiguo:eo quia scilicet non minus hic unus offenderet:quam multi in urbe.

Aut alter:idest duo. Imperabo mihi:idest præter consilium meum conferam me ad scribẽdum.Refero gratiam:idest cuius meritis nõ uideor satisfacere Quæ possum:cum multa plura debeam. Indulgere:relaxare animum. Sua aduentoria,epistola aduẽtoria dicit:quæ amico uenienti occurrit. Periclitantur:nõ sint in periculo ut deleãtur. Sepositonitore nõ desiderata expolitiõe. Quod est difficillimum:cũ tu sis nitidissimus & debeas iure tuo exigere nitorem. Hispanensis liber:qui romana lingua ĩ hispana est compositus hispanensis dicit hispanus qui ĩ hispania lingua hispana est compositus.Petit igitur ne desideret elegãtiam:ut plane uideatur mittere hispanum:idest ruditate & lĩgua hispana compositum ex hispania:& non hispanensem:idest lingua romana compositũ:

Quamuis tam longo possis fatur esse libello
Lector:adhuc a me disticha pauca petis.
Sed lupus usuram puerique diaria poscunt:
Lector soluæ:taces:dissimulasque:uale.

M.Valerii Martialis liber duodecimus.

Cio me patrocinũ debere cõtumaciissime triẽni desidiæ:quæ absoluẽda nõ esset iter illas quoque occupatiões urbicas qbus facilius cõsequimur:ut molesti potius:quã officiosi eẽ uideamur nediũ ĩ hac prouiciali solitudine. Vbi nisi etiam intemperãter studeamus et sine solatio et sine excusatione secessimus:Accipe ergo rationem in qua hoc maximum et primum est quod ciuitatis aures:qbus assueuerã:quæro et uideor mihi ĩ alieno foro litigare.Si quid est enim in libellis meis quod placeat:dictauit auditor illã iudiciorũ subtilitatem.Illud materiarum lngenium: bibliothechas:theatra:conuentus:ĩ quibus studere se uoluptatibus non sentiũt ad summã omniũ ea quæ delicatæ reliquimus:desideramus quasi destituti.Accedunt his municipalium rubigo dentiũ et iudicii loco liuor:et unus aut alter mali:in pusillo loco multi aduersus quos difficile est habere quottidie bonũ stomachũ Ne mireris igitur abiecta ab indignãte:quæ a gestiente fieri solebãt ne quid tamen et aduenienti tibi ab urbe et exigenti negarem. Cui non refero gratiã:si tãtũ ea præsto quæ possim: imperabo mihi:cui indulgere consueueram et statui paucissimis diebus et familiarissimas mihi aures tu as exciperem aduentoria sua. Tu uelim ista quæ tantum apud te non periclitãtur diligenter æstimate:et excutere non graueris et quod tibi difficilimũ est:de nugis nostris iudices liuore sepositone romam:si ita decreueris:non hispanensem librũ mittamus:sed hispanum.

Ad Priscum.

Retia:Prisco Terētio cuius gratia ad carmē reuersus est libellū cōmēdat legendū:quē unius horæ spacio perlegi posse ait:quæ quidē hora si minus erit plena uoluptatis:certe nō perdetur: ut ostēdat carmē suū nō usquequaque cōtēnendū esse. Donare ocia:īpartiri tēpus.Molossi:populi epiri sunt nobiles oraculo louis dodonæi:quod apud ipsos est:īde & uenationibus canes apti mittebātur: ut a spartha peloponesi sparthani & a melita melitæi:quī erāt ī delitiis:ut scribit Callimachus: præter sparthanos & molossos tertiū genus addit Varro ī re rustica pastorale.Quiescit ab īdagine uenator.

Hora:quā cōsumis ī legendo libello.

Retia dum cessant latratoresque molossi:
Et non inuento silua quiescit apro.
Ocia prisce breui poteris donare libello:
Hora nec æstiua est:nec tibi tota perit.

Aestiuā horā:dicimus datā relaxationī animi:&plenam uoluptatis. Perit tibi: male colocatur:quia aliquam capies uoluptatem.

Ad sua carmina.

Quæ modo littoreas ibatis carmina pyrgas
Ite sacra:iam non puluerulenta uia est.

Quæ modo:Librū alloqt̄ quē ut olim ex urbe mittere solebat: ita nūc ad urbē mittit. Pyrgi:urbis in tyrbeno littore: Vnde ad.xxx.stadia frequētissimū fuit ceretanorū emporiū:meminit Virgi.Et pyrgi ueteres in tēpestæque grauiscæ: de hoc oppido ītelligo potius q̄ aut de turribus ligneis:aut de turri capitonis:quæ ī hispania ē ī media petra:q̄uis pyrgos significat turrim:pyrgos aūt mittebāt carmina ut īde mitterētur ad urbes ꝓximo portu:uel emporio. Modo:cum essem in urbe.

Ad librum suum.

Ad populos mitti qui nuper ab urbe solebas:
Ibis tu romam nunc peregrine liber.
Auriferi de gente tagi tetricique salonis
Dat patrios manes.quæ mihi terra potens.
Nō tamē hospes eris:nec iam potes aduena dici:
Cuius habet fratres tot domos alta remi.
Iure tuo ueneranda noui pæte limina templi:
Reddita pierio sunt tibi templa choro.
Vel si malueris prima gradiere suburra.
Atria sunt illic consulis alta mei:
Laurigeros habitat facundus stella penates
Clarus hiantheæ stella sititor aquæ.
Fons ibi castalius uitreo torrente superbit:
Vnde nouem dominas sæpe bibisse ferunt.
Ille dabit populo patribusque equitique legendū:
Nec nimium siccis perlegit ipse genis.
Quid titulum poscis?uersus duo treue legantur:
Clamabunt omnes te liber esse meum.

Ad populos:Idē argumētū cōmēdat libru hispanū Stellæ poetæ. Nup:supioribus annis. Tetrici:quoniā eius aqs ferrū tēperaī uel tetricos accolas. Hospes externus. Fratres:libellos. Domus remi:roma. Noui tēpli:nouū tēplū palatinū appellat:qđ redditū dicit eē musis fauore Neruæ īpatoris q poetas amplectebaī:& apte:nā poetarū scripta in æde Phœbi palatini erāt & recitabāī:cadē dictā ædes musarū ī palatio:ut Hora: scribit. Reddita:fauore Neruæ. Ptima suburra:prima ꝑte suburræ. Mei cōsulis:Stellæ:nā cōsulatū adeptus erat ꝑ quo supra Phœbū sic rogat:Cāpis diues apollo sic murinis. Sititor aquæ hianteæ:hoc ē q diu optauit Hiātidē cōiugē: ī cuius ædibus fōtē fuisse & Papi.carmie testati sumus:& Mar.ipē īdicauit:simul alludit ad fōtē Parnasi:nā hiātes populi Thraciæ parnasū icoluerunt:unde fons hiantheus Parnasius dici pōt.Vbi apud Violātillā. Torrēte uitreo.i.aqs uitreis.Siccis:sine lachrymis desiderio mei.

Titulū:nomē auctoris.

Quod flacco prisco grās agit:q̄ tā q̄ alter mecœnas eū ad poeticē reuocauerit.

Loquax:celebris fama. Charta anus: carmina futura antiqua apud posteros.

Dicet:narrabit & testabiī.Atauis regibus:alludit ad carmen Hora. Mecœnas atauis edite regi:Vir.& Varrus īcognitū horatiū mecœnati cōciliauerūt:qđ ipe te staī optius oli Vir.Varrius post hūc dixere qđ essē. Ingeniū desidiæ.i.otii lrārii:cōtra illiberalis desidia est ignauia.

Longior undecimi nobis decimique libelli

Lōgior:Decimū qđ supra dixit & undecimū emēdauit:q̄uis iā essēt emissi:multaq; detraxit: rogat cæsarē ut utrūq; ī breuitatē noua emēdatōe redactū legat:relinq̄tq; legēdū ītegrū his:qb⁹ ipe opibus & liberalitate ociū dedit.Sed cū doctus sit fortasse etiā detracta epigrāmata leget. Lōgior:qui erat

ualde lõgus. Artatus:noua emẽdatione. Vacui carẽtes negociis. Ne redacta:in breuitatem.

Contigit:Congratulatur poetis & uirtuti quod principem doctũ & uirtute prædituũ roma habeat ſimul aſſentando ait populos romanorum ſocios optare:ut roma ſemper habeat talẽ ducẽ & neruã quia ſemper uiuere non poteſt diutiſſime. Contigit:diuinitus datus eſt. Aulæ auſoniæ:imperio romano. Frui helicone:libere uacare muſis. Cauta:prudens & ſapiens & non temeraria. Iam redeunt:in ſæcula noſtra. Metus:hoc dicit in Domitianum:quem metuebant olim. Tuæ:quæ tibi parẽt. Macte animi:laus Neruæ quem optimum fore uaticinatur principem: cũ ei data ſit poteſtas benefaciẽdi:qua olim quamuis careret,tamen multis prodeſſe non dubitabat:etiam ſub Nerone crudeli principe:Macte magis aucte & felix.

Quem:qualem animum. Quos qualesmores. Hilaris:alioquin ſtoicæ frõtis eſſet. Cẽſus:exercere liberalitatem: nam qui liberalitatem exercent dicuntur extẽdere diuitias:quoniam ut ſupra dixit,Quas dederis ſolas ſemper habebis opes. Breues:cito iterituros. Quæ dei:ideſt dare potes quæ dei rogati uix dare poſſunt. Principe duro:Nerone: in cuius aula uerſabaris. Eſſe bonus:exercere liberalitatem.

Toto:Caluam Triphilem appellauit ſupra:ideſt trium capillorum:hãc urbaniter Ligiæ ineſſe ſcribit. Ligia uero nomen fuit unius ex ſyrenibus hæc alia eſt Trima:trium annorum.

Terrarum dea,Traianum laudat:cui tam longam uitam fore ait:& tãtũ ieſſe roboris iuuenilis & lacertorum:ut roma plane cõfidere poſſit omnes populos aſpectu tanti ducis perterritos uẽturos ſpõte in deditionem. Secũdum:proximũ in laude.q.d.es extra omnem comparationem:computaret:animo colligeret.

Militem:robur militis. Parthoꝝ proceres hi omnes ſũt populi:qui ſæpius hoſtes erant populo romano parthi lingua ſcythica dicũtur exules ut Trogus: nam ex orientali ſcythia migrantes uenerunt i aſſyriam:ibique locatis domicillis Parthi dicti ſunt nobiles morte Craſſi & pugna adeo tuti: ut maximos exercitus romanos ſæpe uel eluſerint:uel deluerint. Seres:Claudio imperante opera liberti Annii amicitiam cũ populo romano iniuerunt:magnitudinem humanam non excedunt:rutilis comis: cæruleis oculis: nullum cum externis commertium linguæ habentes.arbores lanigeras habent unde ueſtes romanis mulieribus texebãtur:quibus pellucebãt.Ferri item & pellium præſtantia abundat:ſupra centum annos uiuere dicũtur :quemadmodum æthiopes Macrobii:Seres lĩgua illa ſignificat ſylius nobiles: ſauromatæ a græcis dicuntur a noſtris ſarmathæ auctore Plinio getæ hiſtrum flumen accolentes finitimi ſunt Dacis: quorum ſermone utuntur:ſed notiores ipſi fuerunt græcis:quoniam in utranque ripam euagabãtur. Poſſum oſtendere cæſarem:ideſt habeo quem admiremini & poſſitis uenerari:hic iuuenis mihi ſatis eſt ad totum orbem in officio continendum.

Palma:Traianus de dacis:& ſcythis triũphauit auctore Euſebio:hyberos præterea ſauromatas arabas in fidem accepit:agit gratias poeta quod eius triũphis & uictoriis ita ſedata ſit hiſpania ut i quie

Artatus labor eſt et breue raſit opus.
Plura legant uacui quibus ocia tuta dediſti:
Hæc lege tu cæſar:forſan et illa leges.

In commendationem neruæ.

Contigit auſoniæ procerum mitiſſimus aulæ
Neruã:licet toto nunc helycone frui.
Recta fides:hilaris clementia:cauta poteſtas
Iam redeunt:longi terga dedere metus.
Hoc populi genteſque tuæ pia roma precantur
Dux tibi ſit ſemper talis:et iſte diu.
Macte animi quem rarus habet morumque tuorũ
Quos numa quos hilaris poſſet habere cato.
Largiri præſtare breues extendere cenſus:
Et dare quæ faciles uix tribuere dei.
Nunc licet:et fas eſt:ſed tu ſub principe duro
Temporibuſque malis auſus es eſſe bonus.

De Lygia.

Toto uertice quos gerit capillos
Annos ſi tot habet lygia trima eſt.

In commendationem traiani.

Terrarum dea gentiumque roma
Cui par eſt nihil et nihil ſecundum.
Traiani modo læta cum futuros
Tot per ſæcula computaret annos
Et fortem iuuenemque martiumque
In tanto duce militem uideret
Dixit præſide glorioſa tali
Parthorum proceres duceſque ſerum
Traces:ſauromatæ:getæ britanni
Poſſum oſtendere cæſarem uenite.

Ad Cæſarem.

Palma regit noſtros mittiſſime cæſar hyberos:

Et placido fruitur pax peregrina iugo.
Ergo agimus læti tanto pro munere grates
Misisti mores in loca nostra tuos.

De Africano.

Habet africanus millies: et tamen captat
Fortuna multis nimis dat: satis nulli.

Mittit librum ad Parthenium..

Parthenio dic musa tuo nostroque salutem
Nam quis ab aonio largius amne bibit?
Cuius pipleo lyra clarior exit ab antro
Quem plus pierio de gtege phœbus amat.
Et si forte sed hoc uix est sperare: uacabit
Tradat ut ipse duci carmina nostra roga.
Quattuor et tãtum tumidũque breuẽque libellũ
Commendet uerbis: hunc tua roma legit.

In Posthumum.

Omnia promittis cum tota nocte bibisti
Mane nihil præstas posthnme mane bibe.

Ad auctum.

Genus aucte lucri diuites habent iram
Odisse quam donare uilius constat.

Ad Priscum.

Partius utaris moneo rapiente ueredo
Prisce nec in lepores tam uiolentus eas:
Sæpe satisfecit prædæ uenator et acri
Decidit excussus nec redituras equo.
Insidias et campus habet: nec fossa: nec ager
Nec sint saxa licet fallere plana solent:
Non deerunt qui tanta tibi spectacula præstent:
Inuidia fati sed leuiore cadunt.
Si te delectant animosa pericula: tuscis
Tutior est uirtus: insidiemur apris.
Quid te frena iuuant temeraria sæpius illis.
Prisce datũ est equitẽ rũpere quẽ leporem.

Adulatorium.

Quicquid parrhasia nitebit aula:
Donatum est oculis deisque nostris.
Miratur scythicas uirentis auri
Flammas iuppiter: et stupet superbus
Regis delitias graueſque lusus
Hæc sunt pocula quæ decent tonantem:
Hæc sunt quæ phrygium decent ministrum:
Omnes cum ioue nunc sumus beati.

tissima uiuat pace: nã palmã accipio p ui ctoria: quãuis suspicari liceat ppriũ nomẽ esse præfecti puicie: quod placet itel ligas. Peregrina hispana. Iugo placido: iperii tui. Tuos mores: placidos: do cuisti uiuere moribus tuis.

Habet: Africani diuitis auaritiam carpit qui cum multa haberet plura seruilibus officiis aucupabat. Nimis: idest supra quã necesse sit. Satis quantũ optat: omnes plura cupiunt quam habeant.

Parthenio: Parthenio præfecto cubiculariorum: quem superiore carmine sæpe appellauit: commendat librum reddendũ iperatori. Tuo qui te colit: nam doctus erat. Quis bibit plus. i. quis est doctior. De grege pierio: idest iter poetas.

Vacabit. i. uacuus erit negociis. Breuẽ pauca cõtinentẽ. Hunc tua roma legit: uerba Parthenii ad iperatorẽ. Deo: iperatori. Mando cætera. i. reliqua i arbitrio iperatoris relĩquo: ut. i. det aliquid: quasi di. cũ duo mihi optẽ i hoc. i. cõmẽdationẽ & munus: tibi tribuo partes cõmẽdationis munus expecto ab iperatore.

Omnia: In posthumũ ebriũ qui madidus uino omnia promittebat: sobrius nihil præstabat: optat poeta ut cũ nunquã sit liberalis: nisi cũ sit ebrius bibat etiam mane: nã si nocte ebrius promisit: & mane ebrius dabit.

Genus aucte: Supra etiã dixit i diuites eos irasci nõ iure: sed quia id ipsos iuuabat: quia scilicet nihil irati dabant.

Partius: Priscũ uenatorẽ fuisse supra ostẽdit epigrãma. Retia dũ cessant hũc monet ne præcipiti equo iprudẽtius feratur: cũ id nõ faciat sine capitis periculo.

Partius lẽtius & tardius. Veredi: equi a uelocitate rhedæ trahẽdæ dicti sunt: quorum aurigæ ueredarii appellabãtur.

Satisfecit prædæ: casu suo. Insidias: loca parata ad mortem. Fallere: uestigia equi. Leuiore: quoniam querela de te esset grauior: quã de aliis i deos. Laxæ habenæ: equi præcipitis. Equitem: sessorem. Rumpere leporem: defatigare. Rũpere equitẽ: interimere sessorẽ.

Quicquid: Traianus ornamẽta priuatæ mensæ Domitiani cum primum ad iperiũ peruenit: dicauit Ioui auctore Pli. in panagirico ad Traianum: hoc factum laudat poeta. Parthasia: pallatina.

Flãmas scythicas: smaragdos scythicos: quod placet potius quam de auro scythico quod a formicis & grypibus eruitẽ; nã smaragdi scythici præter cæteros cõmen dabantur. & in gemmatis poculis erant.

Stupet: cũ admiratione ispicit. Lusus graues: hoc ẽ pcios as lasciuias poculorũ.

Nuper:ſub Domitiano. Iuppiter carebat ornamento & nos pauperes eramus omnibus opibus collatis in ſupellectilem Priuatam:nihil enim nobis dabat.

Addixti:In eundem ferme ſenſum eſt quo in eum qui ſeruum edit:hic uēdit tres agellos & totidē emit pueros. Addicere:eſt plus precii pollicenti aliquid uendere:quemadmodum res ſub haſta.

Quare tam. Lentini gulam accuſat:qui febricitans nullo genere delitiarum abſtinebat:conquerebaturque quod febris non diſcederet:poeta reſpondet eam recte agere:cum tam opulentum & delicatum dominum habeat. Setino:uiuo quod iudicio Auguſti tenuit principatū.

Niueam:expreſſam ex niuibus. Circūfuſa roſis:ideſt coronis roſaceis. Nigra:uncta amomo. Purpureo:nam tori purpura tegebantur. Damma lippus erat ſordidus & pauper:ut poeta alibi indicauit. Sit tam pulchræ:ideſt tam bene habeat.

Dum tu:Lætus ocio ī quod ab urbe diſceſſerat poſt. xxxiiii. annum ad Iuuenalem amicum ſcribit uerſantem in laboribus urbanis:uitæque ſuæ quietem commemorat in qua & ætatem agere uult & mori. Duo:ut ſupra dictum eſt fuerunt Iuuenales:quorum alter conſulatu & hiſtoria Taciti nobilis eſt:alter ſatyrarum ſcriptor ſui temporis:teſtem non habuit præter Martialem:qui ad eum ſcribit.

Superba:ædita abūdans auro & ferro.

Fecit ruſticū:uitæ ruſticanæ addixit.

Clamoſa:ob clamorem uēdentiū res.

Dianæ:cuius foribus pendebāt cornua boū:cum ī aliis ceruorum eſſent:auctor Plutarchus. Maior & minor Celius:ad colliculos celii refert qui ita ſurgebant:ut ad radicem frequens eſſe habitatio ditiorum:nam cliuoſus erat. Botrodum oppidum cum nemore. Plateam:oppidum finitimum. Dulci labore:animi relaxatione. Tertia hora:quæ Romæ data eſt cauſidicis. Totum repono:quātum ego uigilaueram romæ tantum hic dormio & reſartio quicquid Romæ amiſi. Quidam noſtrorum temporum ſcriptor accipit hoc loco repono pro ſcribo:heu dementiam hominis:o uerecundiā:nonne hic de ſomno loquitur:nonne dicit ſe reparare ſomnum dormiēdo:quē in urbe uigilando amiſerat:plura in Iuuenalem diximus. Iuuenalis:Meliora:ac plura reponit Perſicus arborum lautiſſimus. Reponit:reparat:reſarcit. ut hic.

Toga:ueſtis quæ præſtabat officium erga diuites. Petenti:ſcilicet cum ſurgo a cathedra:nā ibi repoſita ueſperi fuerat:& mortem oſtendit hominis ruſticantis qui dum it dormitum ueſtem coniicit ī cathedram ſolutus curis:& omnes delitias aſpernatus contemnens repoſitoria

Rupta:auget paupertatem dum ait cathedram quoque ipſam ruptam fuiſſe. Ruptum pro lacerato ſupra dixtt. Qui ſanet ruptos:alludens ad morbū & auaritiam ſuorum temporum. Vicini illiceti:proximi luci.

At nuper pudet:at pudet fateri:
Omnes cum ioue pauperes eramus.

In Labienum.

Addixti labiene tres agellos.
Finiſti labiene tres cinædos.
Pædicas labiene tres agellos.

In Lentinum.

Quare tam multis a te lentine diebus
Non habeat febris quæris:et uſque gemis.
Geſtatur tecum ſella:pariterque lauatur:
Cœnat boletos:oſtrea:ſumen:aprum.
Ebria ſetino fit ſæpe et ſæpe falerno:
Nec niſi poſt niueam cæcuba potat aquam.
Circunfuſa roſis et nigra recumbit amomo:
Dormit et in pluma purpureoque toro.
Cum ſit tam pulchre:tam bene uiuat apud te:
Ad dammam potius uis tua febris eat.

Ad Iuuenalem.

Dum tu forſitan inquietus erras:
Clamoſa iuuenalis in ſuburra
Aut collem dominæ teris dianæ:
Dum per limina te potentiorum
Sudatrix toga uentilat:uagumque
Maiot celius:et minor fatigant.
Me multas repetita poſt decembres
Accepit mea ruſticumque fecit
Auro bilbilis et ſuperba ferro.
Hic pigri colimus labore dulci
Botrodum plateamque celtiberis
Hæc ſunt nomina craſſiora terris
Ingenti fruor improboque ſomno:
Quem nec tertia ſæpe rumpit hora:
Et totum mihi nunc repono quicquid
Terdenos uigilaueram per annos.
Ignota eſt toga ſed datur petenti
Rupta proxima ueſtis:et cathedra.
Surgentem focus excipit ſuperba
Vicine ſtrue cultus iliceti.

Multa uillica quem coronat olla
Venator sequitur: sed ille quem tu
Secreta cupias habere silua.
Dispensat pueris rogatque longos
Leuis ponere uillicus capillos.
Sic me uiuere: sic iuuat perire.

De Aemilio.

In thermis sumit lactucas oua lacertum
Et cœnare foris se negat æmilius

Ad Fabullum.

Quare non habeat fabullæ quæris
Vxorem themison: habet sororem.

Ad Marcellam.

Municipem rigidi quis te marcella salonis:
Et genitam nostris quis putet esse locis?
Tam rarum: tam dulce sapis: pallatia dicent
Audierint si te: uel semel esse suam.
Nulla nec in media certabit nata suburra
Nec capitolini collis alumna tibi.
Nec cito ridebit peregrini gloria partus
Romanam ducat quam magis esse nutum.
Tu desiderium dominæ mihi mitius urbis
Esse iubes: romam tu mihi sola facis.

De philenide.

Quam sit lusca philenis indecenter
Vis dicam breuiter tibi fabulle
Esset cæca decentior philenis.

In Leliam.

Dentibus atque comis: nec te pudet uteris emptis:
Quid facies oculo lelia. non emitur.

Ad iuuencum de couinno.

O iucunda couinne solitudo
Carruca magis essedoque gratum
Facundi mihi munus eliani
Hic mecum licet hic iuuence quicquid
In buccam tibi uenerit loquatis.
Non uector libyci biger caballi
Succintus: nec cursor antecedit
Nusquam est mulio: mannuli tacebunt.
O si conscius esset hic auitus
Aurem non ego tertiam timerem

Coronat: circũdat. Sequitur me egre diẽtem domo. Leuis: politus: nã rustici fiebãt. Tonsi: abhorrentes a cultu urbano: ubi intonsi erant.

In Thermis: Aemylius cũ cœnas captaret nolebat uideri id agere: & ne apud diuitẽ cœnaret: post thermas ibidẽ sumebat tãtũ iẽtaculoꝝ ut cœna nõ idigeret: iactabat ergo, sæpe se nõ cœnare foris pd habebatur ludibrio: poeta ostẽdit causã quare id faciat: qa scilicet i thermis lautũ sumat prãdiũ. In thermis: nã captatores cœnaꝝ lauabãtur prius cum diuitibus i thermis: postea sequebãtur cœnam paratam. Sumit: gustat: ita inanẽ hominis iactantiam aludit.

Quare: Themison discipulus fuit Asclopiadis medici: alter hic est: qui sorore utebatur pro uxore.

Municipẽ: Marcellã hispanã laudat: quæ & uoce & moribus romana plane uidebatur. Tã rarũ: idest tãtã grauitatem cũ comitate cõiũxisti. Certabit: grauitate & moribus. Suburra: regio urbis dicebatur: uel quod sub muro terreo carinaꝝ esset: uel ut Iunius scribit sub antiqua urbe. Peregrini partus: sẽsus ẽ ne filii ex te nati cito te agnoscẽt putãtes te eẽ mulierẽ romanã: nõ hispanã. Risu aũt filii se parẽtes agnoscere testat Virgilius: Incipe parue puer risu cognoscere matrẽ Peregrini partus: idest natus ex te pegrine. Ducat: putet romanã: & nõ hispanã.

Iubes esse: facis ut minus desiderem romã. Facis romã: representas mihi romã cum te audio.

Quã sit lusca. Philenis lusca & deformis erat tãta deformitate: ut si esset cæca minus uideretur: nã cũ alteꝝ habeat oculũ: & cætera cõueniãt habet formã mẽtulæ: ut supra: Nõ basio te philenì lusca es.

Dentibus: Lælia anus accersitis capillis & dentibus uolebat puella uideri: oculi deformitatem quo carebat non poterat emendare in quo iocatur poeta.

O iucũda: Couinus currus britanicus erat qui sine auriga equis pusillis trahebatur: hunc donauit Elianus Martiali: eius laudat solitudinem: alloquiturque couinum. Essedum genus currus couini meminit Lucanus. Et docilis rector monstrati belga couini. Iuuante: quoniã ego ero adiutor. Vector niger: sessor maurus. Equi libici: equi massylei.

Succintus: uelox: cõtra discinctus piger. Manni: equi pusilli dicuntur: quos uulgo burdos uocabant: hi sine rectore currum regebat. Ora. si per obliquũ similis sagittæ terruit mannos: idest mannulos: mannorum meminit Pompeius. Timerem tertiam aurem: idest non timerẽ ne ipse ad alium uerba nostra deferret.

Quinam hic, an Elianus Historiar. var. Scriptor? Negat Scriptonius Praef. in Elian. Vid. Act. Erud. A. 1701. m. Nov. p. 485. sq.

Sic:mutui ſermonis libertate.

Cū rogo te.Theleſinū fœneratorē accuſat:qui pecuniā nō eius fidei:ſed pignoribus credat. Habes:dicis habere. Carus:delator tēpore Domitiani ut ī commētariis Iuuenalis teſtimonio epiſtolæ Plinii demōſtrauimus. Adſit:defendat cauſam tuā. Exilii:ſi fueris dānatus. Agellus eat:ueniat tecum agellus:nam hic credidiſti pecuniam non mihi.

Latronibus:Latrones dicūtur qui latus cuſtodiūt:unde idem:& cuſtodes ſunt qui aſſiſtūt regi:& q obſidēt itinera. Senia:cū nollet uideri fellatrix prædicabat ſe a latronibus fuiſſe fututā:poeta negat eos futuiſſe & irrumaſſe:ī quē ſēſū ſupra dixit: Hi puto nō dubie ſe futuiſſe negāt. Negant:qui irrumāt.

Poto ego: Cinā cōquerētē quod Martialis aliud potaret uinū:quā ipſe reprimit hoc diſticho:nō dabatur ei bonū uinū:quoniā nimiū potabat. Bibere idē ē bibere idē uinū.Bibere idē eſt tātūdē: potare:quod Martialis itelligens fatetur ſe idē nō potare itelligēs tātūdē: quibus uerbis notat ebrietatē Cinæ. De unces: uaſa undecim unciaꝝ ad mēſurā.

Sexagīta:Senatorē accuſat: q plurima diuitū limina adibat:ut ſalutaret:ſimul obiurgabat poetā:quod deſidioſus eſſet: cū ipſe Senator obiret officia ī diuites. & Martialis eques idē nō faceret: reſpondet poeta:& cauſā docet cur idē munus nō ſubeat:qa ſcilicet ille ex ſalutationibus ſuis aut cōſulatū aſſequebat:aut magiſtratus:poeta ex his laboribus uix cœnulā des.i.cōſulatū.Matutinū.i.iter matutinū. Vagus:non conſtructo calceo.

Aquæ craſſæ:ſudoris. Gelidā:refrigerato ſudore. Non ego malo:non debeo magis uelle. Idē faciamus.i.eoſdē labores.Nō habeamus:idē ſcilicet preciū.

Hermogenes:Tigelius:Hermogenes cytharœdus fuit ſuauitate cātus Iulio Cæſari primū placuit:tum Cleopatræ: hic nomē fictū ē ī fure appoſitū:nā hermogenes dicitur natus ex Mercurio:Autolycus aūt Mercurii filius furaciſſimus fuit:ē igitur hermogenes alter Autolycus: ſed his mappas ſubripiebat:ī quaꝝ furtis recenſendis poeta riſū mouet. Bebius Maſſa:ſpoliatæ puīciæ accuſatus ē tēporibus Domitiani:quā accuſationē pegit Plinius:ut ipſe multis ī locis epiſtolaꝝ teſtatur.Bebii itē meminit Tacitus: quem aphricæ puīciæ pcuratorē fuiſſe ſcribit.

Maſſā:Senetio Bithinicæ puīciæ aduocatus oppugnauit uehemēter:quod non nulli ſcribūt de Maſſa numulario:nondū cōperi:cū delatorē reū uellet nominare Iuue.īquit: Quē Maſſa timet: quē munere palpat Carus. Trahit:ſubripit

Halitus:ſpiritus ceruoꝝ autore Lucretio & Plinio:Serpētes etiā e cubiculo renitētes extrahit. Iris:quæ fit ex mixtura nubium & percuſſione radiorum ſolis:ut ſcribit Plinius. Aquas ad ſe trahit Lucretius:tum color in nigris exiſtit nubibus arci:& cætera.

Totus quam bene ſic dies abiret.

In Theleſinum.

Cū rogo te nūmos ſine pignore:nō habeo inquis
Idem ſi pro me ſpondet agellus:habes.
Quid mihi non credis ueteri theleſine ſodali
Credis colliculis arboribuſque meis?
Ecce rerum carus te detulit:adſit agellus
Exilii comitem quæris:agellus eat.

In ſeniam.

Alatronibus eſſe te fututam.
Dicis ſenia:ſed negant latrones.

In Cinnam

Poto ego ſextantes tu potas cinna deunces
Et quæreris quod non cinna bibamus idem.

In Auarum amicum.

Sexaginta teras cum limina mane ſenator
Fſſe tibi uideor deſidioſus eques.
Quod non a prima diſcurram luce per urbem
Et referam laſſus baſia mille domum.
Sed tu purpureis ut des noua nomina faſtis
Aut numidum gentes capadocum ue petas
At mihi quem cogis medios abrumpere ſomnos
Et matutinum ferre patique lutum.
Quid petitur rupta cum pes uagus exit aluta
Et ſubitus craſſæ decidit imber aquæ.
Nec uenit ablatis clamatus uerna lacernis.
Accedit gelidam ſeruus ad auriculam.
Et rogat ut cœnes ſecum letorius inquit.
Viginti nummis non ego malo famem.
Quod ſit cœna mihi.tibi ſit prouincia merces:
Et faciamus idem:nec mereamur idem.

De Hermogene fure.

Hermogenes tantus mapparum pontice fur eſt:
Quantus nummorum uix puto maſſa fuit.
Tu licet obſerues dextram:teneaſque ſiniſtram:
Inueniat mappam qua ratione trahat:
Ceruinus gelidum ſorbet ſic altius anguem:
Caſuras alte ſic rapit iris aquas.

Mirinus:gladiator erat:ut supra: Cū peteret pars hæc mirinum. Is uolebat missionem impetrare:amicisq; parauerat cōuiuiū: Læso debilitato.nā debilitati gladiatores uulneribus missionē impetrabant.Iuue.Sergiolus iā radere guttur cœperat:& requiē secto separare lacerto. Cretatā: cādidam:nā prætores ex ludis suis mappā mittebāt ī eū:hoc ē emittebat ī eū q ī circo aurigaret. Tranql. de Nerone aurigāte:Aliquo īquit libertoriā mittente mappā:unde magistratus solent:Expone igit mitteret.i.emittere uellet:Auguriāti ī circo Hermogenes subiens clā subripuit. Distringere:nudare & spoliare. Pedes mēsaꝝ:nā ad pedes sedebāt serui. Vela:quibus theatrū tegit. Substringere:colligere. Calui linigeri:sacerdotes Isiaci dicebant: q; & rasi essent & lineo uterent habitu nā tertio quoq; die tondebant: ne pilorum sordibus iter sacrificādū piaculū cōmitteret:ut nero.Lineū fuisse habitū:illoꝝ testat Tacitus:qui ubi Trāql. dixit de Domitiano: Mane Isiaci celatus habitu inter sacrificulos uanæ superstitionis: scribit solertia liberti lineo amictu turbæ sacrificolarum imixtus. Oui.Nūc dea linigera colitur celeberrima turba.Fiebant potissimū ægyptiorum sacerdotū uestes ex lanugine:quæ ex frutice gossipio nascebat ad superiorem partē ægypti: alii xilon dixerunt: unde uestes xilinæ appellabantur. Si strata:isidis sacerdotes baculo:quem sistrꝝ appellabāt utebāt & supra poeta dixit:Et pilata subit; itaq; reditq; cohors.

Siccus: Aper cū pauper esset: parcam habebat mēsā:uolebatq; uideri id agere īstituto & moribus suis: poeta deridet: aitq; sibi ñ uideri laudādū apꝝ:q; sobrius sit:qm̄ ea laus sit ī seruo hoc ait secutus sectā suā epicureā:ī qua non sobriū esse:sed īdulgere Genio laus erat.

Non amicum:quia uolo amicum qui indulgeat Genio.

Hoc nemus: Marcella:cuius supra meminit irriguos hortos ei donauerat: quos hic epigrāmate celebrat. Textilis:umbra dī:quæ ex textis & insertis īuicē ramis fit. Supini:iacentis & hærētis. Ductile:q; aliunde deriuat. Pæstum:oppidum Lucaniæ: ubi rosæ uernāt bis singulis annis:ut triferæ dicūt ī sannio. Olus:de caule itelligit:cuius perpetua uiriditate hyems; etiā uernat & colliculi Apitii industria pruina ad cōdimēta parabant.supra:Algentē modo q reliquit hortū.Nec algetnec ullū signū frigoris præbet. Turris:peristeriū siue colūbariū. Cādida:nā calcæ exp̄cepto Columellæ tectoria obstruebant columbaria:ne feles & meles possent irripere. Similes aues:colūbas cādidas. Regna:agellū. Nausica:filia fuit Alcynoi regis phœacū:quæ naufragū Vlyxē ad regiā pater nā ex littore p;

Nuper cum myrino peteretur missio læso:
Subduxit mappas quatuor hermogenes
Cretatam prætor cum uellet mittere mappam.
Prætori mappam surripit hermogenes.
Attulerat mappam nemo:dum furta timentur:
Mantile e mensa surripit hermogenes.
Hoc quoque si deerit medios distringere lectos:
Mensarūque pedes non timet hermogenes.
Quāuis non modico caleant specula sole:
Vela reducuntur:cum uenit hermogenes.
Festinant trepidi substringere carbasa nautæ:
Ad portum quotiens paruit hermogenes.
Lingeri fugiunt calui sistrataque turba
Inter adorantes cum stetit hermogenes.
Ad cœnam hermogenes mappam non attulit unq̄
A cœna semper rettulit hermogenes.

Ad Aprum.

Siccus sobrius est aper:quid ad me:
Seruum sic ego laudo non amicum.

De hortis marcelle uxoris.

Hoc nemus:hi fontes:hæc textilis umbra supini
Palmatis:hoc riguæ ductile flumen aquæ.
Parataque:nec bifero cessura rosaria pæsto
Quodque uiret iani mense nec alget olus.
Quæque natat clusis āguilla domestica lymphis
Quæque gerit similes candida turris aues.
Munera sunt dominæ:post septima lustra reuerso
Has marcella domos paruaque regna dedit.
Sit mihi nausicæ patrios concederet hortos:
Alcinoo possem dicere malo meos.

In Vacerram.

O iuliarum dede eus calendarum
Vidi uacerra sarcinas tuas uidi.

duxit:lōgū extat Home.carmē:horti āt & pomaria Alcynoi īclyta sūt monumētis & græcoꝝ & latinoꝝ.Bifera erāt ut scri.Home.& Papi.qd bifera alcynoi referā pomaria regis.Malo meos potius:uolo quos dedit Marcella quam tuos. O iuliarum:Vacerram deridet:q calēdis iuliis rus migrabat:ut diues uideret & alicuius æstimatiōis:nā calēdis iuliis:ut ex Trāql.ī Tiberii uita percipi licet: senatores migrabant rus nec ante licebat secedere:nisi auaro & ignobili poeta recenset Vacerræ totam suppellectilem eunti rus:& eius quidem inopiam deridet:qui solenni die migrabat.

Probina:pro pensione duoꝝ annoꝝ.
Ingéti:adulta & carẽte uiro. Irus:mẽdicus fuit itacensis:cui nihil erat roboris p̃ter linguã:erat ãt binominis:nã olĩ dicebaꝫ Arneus: postea Irusa loquacitate mendicitatis. Home. Arneo nomẽ erat:qꝫ ĩdidit mater ĩfanti:Irum pueri oẽs uocabãt. supra: Iro pauperior licet fuisse. Cliuum aricinũ.i.oẽs paupes: qa aricinũ locũ tenẽt. Tripes:q tribꝫ pedibus sustẽtabaꝫ. Matella:uas urinaꝝ. Meiebat:effluebat. Suberat: suppositа erat. Impudicus:fœdus. Geres genus locaustarũ:ut scribit Plĩ. supra: Teque iuuant geres. Menæ:pices q colorẽ hyeme mutãt. Casei tolosani: ex Gallia caseus neumasensis optimus erat:afferebãt ĩde tolosates mali saporis. Quadrima:quatuor annis seruata. Pulei: manipulum seruare docet Cato in re rustica ad rustica cibaria cõdienda. Coronã:manipulũ. Restes: appellãt colligata allia. Derides:quid uideris derideꝛ uillicos tã tenui suppellectile: dũ eoꝝ pauptatẽ ipsis ad quos accedis repræsẽtas. Ponti:prosenchæ põtis.i.ista suppellectile habitare inter mendicos ad pontem nõ cum uillicis.
Gratis:sine pensione.
Pueros: Locꝰ ẽ ex dictiõe. Ficetũ dr locus ubi multæ arbores ficulneæ sũt. Itẽ ficetũ põt dici:ubi multi sũt laborãtes fico morbo:cũ Labienus hortos uẽdiderit & emerit pueros laborantes fico morbo:quẽ assidua subagitatio creabat. Ficum habet.i.multos ficosos:cũ poeta uideatur dicere:nihil nisi consitum ficis.
Triginta: Consilium ẽ a perito: ut si uelis agere fœlicẽ uitã nulli te facies nimiũ familiarẽ:nã neq; fœlicitate amicoꝝ nimiũ ita poteris efferri: nec calamitate nimiũ torqueri. Siue enĩ nimiũ gaudeas:siue doleas nimiũ: pturbatio est uitæ quietæ. Iocũda:ps uoluptatis.
Bicolor:niger & ruber. Cãdida turba:candidoꝝ lapilloꝝ. Cauere:declinare. Morsus tristem mœrorẽ animi.
Tanq̃: eodem argumento supra scripsit in Seniã:quæ ut fellationis crimen dissimularet dicebat se esse fututam a latronibus:nã hic Callistratus dicebat se esse præcisum: cum irrumationis crimen uellet tegere: quod poeta indicat ex coniectura:nemo enim scelus aliqd̃ fatetur:nisi maius uelit dissimulare.
Tanq̃ uiuas mecum: tanq̃ mihi soli oĩa aperias. Tacet plura:uult dissimulare grauiora:& qui fellant:ut diximus tacent.

Quas non retentas pensione probina
Portabat uxor ruffa crinibus septem.
Et cum sorore cana mater ingenti.
Furias putaui nocte ditis emersas
Has tu priores frigore et fame siccus:
Et non recenti pallidus magis buxo:
Irus tuorum temporum sequebaris.
Migrare cliuum crederes aricinum
Ibat tripes grabatus et bipes mensa:
Et cum lucerna corneoque cratere
Matella curto rupta latere meiebat.
Focum ferentis suberat amphoræ ceruix
Fuisse geres aut inutiles mænas
Odor impudicus urcei fatebatur.
Qualem marinæ misit aurea piscinæ:
Nec quadra deerat casei tolosatis:
Quadrima nigri nec corona pulei
Caluæque restes alleoque cepisque
Nec plena turpi matris olla resina
Summiniane qua pilantur uxores.
Quid quæris ædes uilicosque derides
Habitare gratis o uacerra cum possis:
Hæc sarcinarum pompa conuenit ponti.

De Labieno.

Vt pueros emeret labienus uendidit hortos
Nil nisi ficetum nunc labienus habet.

Ad Iulium.

Triginta mihi quatuorque messes
Tecum si memini fuere iuli.
Quarum dulcia mixta sunt amaris:
Sed iocunda tamem fuere plura.
Et si calculus omnis huc et illuc
Diuersis bicolorque digeratur.
Vincet candida turba nigriorem.
Si uitare uelis acerba quædam:
Et tristes animi cauere morsus:
Nulli te facias nimis sodalem.
Gaudebis minus et minus dolebis.

In Calistratum.

Tãq̃ simpliciter mecum calistrate uiuas:
Dicere præcisum te mihi sæpe soles.
Non es tam simplex q̃uis calistrate credi:
Nam quisquis narrat talia:plura tacet.

In Labullum.

Libras quatuor aut duas amico
Algentēque togam breuēque lænam
Interdum aureolos manu crepantis
Possint ducere qui duas calendas
Quod nemo nisi tu labulle donas.
Non es crede mihi: bonus quid ergo?
Vt uerum loquar optimus malorum.
Pisones senecasque memmiosque
Et crispos mihi redde: sed priores
Fies protinus ultimus bonorum.
Vis cursu pedibusque gloriari
Tigrim uince leuēque passerinum:
Nulla est gloria præterire asellos.

In Nasutum.

Nasutus nimium cupis uideri:
Nasutum uolo: nolo polyposum.

Ad Candidum.

Hunc qui fœmineis nocteſque dieſque cathedris
Incedit tota notus in urbe nimis.
Crine nitens niger unguento perlucidus ostro
Ore tener: latus pectore crure glaber:
Vxori qui sæpe tuæ comes improbus hæret
Non est quod timeas candide: non futuit.

In Sabellum.

Odi te quia bellus es sabelle:
Res est putida bellus et sabellus:
Bellum denique mallo quam sabellum
Tabescas utinam sabelle belle.

In Pontilianum.

Mentiris credo: recitas mala carmina laudo:
Cantas canto: bibis pontiliane bibo.
Pedis dissimulo: gemma uis ludere uincor:
Res una est sine me quam facis: et taceo.
Nil tamen omnino præstas mihi: mortuus inquis
Accipiam bene te: nil uolo sed morere.

In Tuccam.

Non est tucca satis quod es gulosus:
Et dici cupis et cupis uideri.

De Calistrato et Aphro.

Libras: in Labullum qui paruis mūneribus uolebat uideri liberalissimus: cū hoies sui temporis auaros superaret Poeta ait eū dignū eē laude: facile enī est auaros liberalitate supare: qđ si cōtendet cū antiqs: erit illoꝝ ultimus: cū sibi uideatur suoꝝ tempoꝝ primus.

Aureoli: nūmismata erant: quæ p̄ter cætera tinnitū habebāt: ut supra: Qui crepet aureolos forsitan unus erit. Ducere: subltētare amicū duobꝫ mēsibus.

Optimus: liberalissimus auarorum.

Redde mihi: rep̄sēta liberalitate tua.

Sed priores: antiquos nr̄i tp̄is: Fies ultimus: qa ultimū locū nō assequeris.

Tigrim: supra. Vtꝫ ne currat Passerinus aut tigris. nā uelocissimi erāt: comparat Tigrim & Passerinum antiquis: Asellos nouis & recētioribus.

Nasutus: Nasuti dicūt p̄ acriter iudicauit: ī eos scribīt: qui ut scire aliqd uiderētur acriter potius quā perire iudicabant: ex methaphora igit̄ huiusmodi hoies appellat polyposos. Polyposi sūt quoꝫ nasus polypo morbo ī fœdā magnitudinē excrescit. Nasutus nimium iudicator.

Hūc qui: Mollē designat q̄ uxori cādi amici hærebat. ut uir uideret: cū cēt cinædus. Nō ē qđ timeas: nō debes timere. Glaber: crure: depilato crure.

Improbus: insatiabilis. Non futuit: qa ē cinædus: ut supra: Irrupi lupe non erat cinædus: quia. s. ille futuebat: sed hic præcidebatur.

Odi te: Sabellū derideꝫ: q̄ bellus nolebat dici: cū perabsurda sit appellatio uoce ipsa: ut dicas sabelle belle: bellum mutilato noīe a Sabello. Belle: iocus ē ī uoce. Tabescas: fias tabidus. Alludit ad illud res putida. nā res putidæ tabescunt: uolo iqt potius bellū q̄ Sabellū .i. mallē tm̄ bellū prācurto noīe q̄ Sabellū bellū. nā bis bellū ita īculcamus.

Sabelle belle: uocātis ē & deridētis inculcationē noīs dicereris inepte.

Mentiris: ī Pontilianū: q̄ poetæ oē genus officii præstāti nihil dabat: sed polliebat̄ se datuꝫ post mortē: nihil ait se uelle Mar. nisi ut moriatur. ut ostendat eum stultum qui amico ex morte spem proponat: cum ea sit causa nō cōciliandi amici: sed ut mortem optet.

Dissimulo: ostendo non audiuisse.

Vincor: cedo. Gemma: latronibus.

Quam facis pædicas. Accipiam bene te. i. bonis relictis bene tecū agā.

Non est: in Tuccam qui & gulosus erat: & ita uolebat uideri: eodem argumento supra in eum qui uolebat uideri pauper & erat.

Barbatus:ſeniorum nuptias celebratas iuſto ferme ritu teſtatur Iuue. Nubit amicus dixit: & Nero ſuo Pythagoræ nupſit:q & Doriphorus dicebaſ:nuper Calliſtratus Aphro nupſerat celebratis nuptiis ī quo poeta urbis patientiam deteſtaſ:q̄ ſileat tāq̄ partū expectet. Rigido.i.mētulato.& mutoniato:erat enī draucus. Faces:tædæ geniales:nā ante ferebanſ faces una cum aqua: ut ait Var.

Talaſſo:nuptiaꝝ deo ꝓpriū erat carmē:ut ſupra. Quid ſi me talaſſonē iubeas uerbis dicere nō talaſſionis. Vt pariat:ut illud Iuuenalis:Interea tormentū ingēs nubētibus hæret. Quod nequeant parere & partu retinere maritos.

Facundos:Sabelli poetæ īprudētiam carpit:q cōpoſuerat carmē de uario cōcubitus genere:aitq; cū nō debuiſſe tāti facere ingenii & eloquentiæ ſuæ laudem:ut hæc ſcriberet puellæ Didimi māgonis:qui didimus dicebatur. Nam Spaſio & hemus puellas quidē habebāt molli carmine eruditas. Papini. Diues Spaſio:quos agit tumultus: Hūc ītrant faciles hemi puellæ:ſed Didimus molliores habebat:nomē tali magiſtro cōuenit:cū ſupra legerimus Didimū ſpadonē & mollē:hoc magis placet:quā ut dicas Didimi.i.phrygiæ a monte didimo. Elephātis:ſcripſit uaria cōcubitus genera:ex eius libris Tiberius cubiculū iſtruxit editis picturis:quales libri deſignabant: & Virgilii laſciuo carmine: Elephāris nobilis ē: ubi Lalage tabellā unā dicat Priapo. Illic:ī libris tuis.

Nouē:nouē genera cōcubitus. Tacent fellationē. Quo ſymplegmate.i. quo āplexu. Symplegma ē cōplicatio.

Catena:ſerie ī ſpecie catenæ. Tāti.i. tāti nō debebas facere te hēri deſertū: ut hæc ſcriberes:debuiſſes ī aliis rebus eloquētiā & īgeniū oſtētare.

Vnice cognato:ad.M.Vnicū:q elegiacū carmē ſcribebat & abſtinebat heroico:ne æmulus fratri uidereſ:quēadmodū ſupra dixit de Turno ī Memorem.

Cognato:ſanguine:qa erat affinis.

Propīqua:q eadē ſtudia amas q̄ ego.

Leſbia:amica Catulli. Te poſſet amare:adeo elegāter ſcribis. Zephyri: fauor īgenii. Dare uela:ſcribere graue carmē:tractū a nauigantibus. Hēs frīs:& ī hoc frīs officiū demonſtras:qm̄ nō uis certare cū poſſes.

Hædina:pellicea ueſte utebātur olī quā ſcorteam uocabāt:ut diceſ in diſtichis:phœbꝫ nup caput texerat īdumēto corii:qdā iocās dixit eum hēe caput calceatū:q urbaniter & uere dictū poeta laudat. Nuda tpa:nā hic carnes pilis:pellē hædi appoſuerat: ut ita caluā tegeret & oſtentaret pilos.

Vendūt:Gallus & Lupercus mali poetæ īſani habebanſ:tā malorꝫ carminū emptores īueniebant īā ſanos & prudētes eſſe dicit:q ſciant uendere mala carmina.

Difficilis:in Variū amicū:cuius moribus modo alienabatur mō aliciebaſ.

Tecū: ꝓpter acerbitatem. Sine te: propter iucunditatem.

Barbatus rigido nupſit caliſtratus aphro:
Hac qua lege uiro nubere uirgo ſolet.
Præluxere faces:uelarunt flammea uultus:
Nec tua defuerunt uerba talaſſe tibi.
Dos etiam dicta eſt nondum tibi roma uidetur
Hoc ſatis:expectas nūquid et ut pariat.

In Sabellum.

Facundos mihi de libidinoſis
Legiſti nimium ſabelle uerſus:
Quales nec didimi ſciunt puellæ
Nec molles elephantidos libelli.
Sunt illic ueneris nouem figuræ
Quales perditus audiat fututor.
Præſtent et taceant quid exoleti
Quo ſymplegmate quinque copulentur
Qua plures teneantur a catena.
Extinctam liceat quid ad lucernam.
Tanti non erat eſſe te deſertum.

Ad.M.Vnicum.

Vnice cognato iunctum mihi ſanguine nomen
Quique gerit ſtudiis corda propinqua meis.
Carmina cum facias ſoli cedentia fratri
Pectore non minor es:ſed pietate prior.
Leſbia cum tenero te poſſet amare catullo
Te poſt naſonem blanda corynna ſequi.
Nec deerant zephiri ſi te dare uela iuuabit
Sed tu littus amas:hoc quoque fratris habes.

Ad Phœbum.

Hædina tibi pelle contegenti
Nude tempora:uerticēque caluæ
Feſtiue tibi phœbe dixit ille
Qui dixit caput eſſe calciatum.

Ad Claſſicum.

Vendunt carmina:gallus et lupercus
Sanos claſſicæ nunc nega poetas.

In habentem uarios mores.

Difficilis:facilis:iucundus acerbus es idem
Nec tecum poſſunt uiuere:nec ſine te:

Boletos: ex stomacho scribit epigramma in captatorem: qui cœnam dabat: ut scriberetur hæres: quã cœnã & si lauta uidet acerbissimã sibi eé scribit poeta: neq; tãgi a se: sed malle inuitari ad tenuẽ cœnã: quã possit reddere. Si tãq̃ uilia: si lege & nõ sic: ut mẽdosi habẽt codices: tãq̃ uilia. i. tãq̃ parauifaciens ea. Mea uota. i. me capi iis cibis. Volo: gustabo. Vale: nõ cœnabo tecũ. Protinus imo nihil. i. cũ primũ fuerimus cœnati: nihil erit: nã gulæ uoluptas stati finit. Præterea ea tota cõuertet ẽ emissionẽ uentris q̃ a cane lãbet: aut ĩ lotiũ uersa fundet ĩ testã pximã uiæ: qd̃q; grauius ẽ hoc unũ ĩ cœna lautissima manet: ut sulphureo colore simus & podragosi.

In Lautum Inuiatorem.

Boletos et aprum sic tãq̃ uilia ponis
Et non esse putas hæc mea uota uolo
Si fortunatum fieri me credis: et hæres
Vis scribi propter quinque lucrina uale.
Lauta tamen cœna est: fateor lautissima: sed cras
Nil erit immo hodie protinus immo nihil:
Quod sciat infœlix damnatæ spongia uirgæ:
Vel quicũque canis: iunctaque testa uiæ.
Malorum leporũque et suminis exitus hic est:
Sulphureusque color: carnificesque pedes.
Non albana mihi sit comessatio tanti:
Nec capitolinæ pontificũque dapes.
Imputet ipse deus nectar mihi: fiet acetum
Et uaticani perfida uappa cadi.
Conuiuas alios cœnarũ quære magister:
Quos capiant mensæ regna superba tuæ.
Me meus ad subitas inuitet amicus ofellas
Hæc mihi quam possum reddere cœna placet.

Ad Pedagogum.

Crinitæ line pedagoge turbæ:
Rerum quem dominum uocat suarum:
Et credit cui postumilla diues
Gemmas: aurea: uina: concubinas.
Sic te perpetua fide probatum
Nulli non tua præferat patrona:
Succurras misero precor furori:
Et ferues aliquando negligenter
Illos: qui male meum perurunt:
Quos et noctibus et diebus opto
In nostro cupidus sine uidere
Formosos niueos pares gemellos:
Grandes non pueros sed uniones.

In habentem amœnas edes.

Daphnonas platanos ac æreas cyparissos

Spõgia: & ad mẽsas tergẽdas utebant & ad uasa inmissiõe uẽtris polluta: ea dicebat spõgia dãnata: dãnata. n. ĩstrm dicimus turpibus ministeriis dicata. In fœlix spõgia dicata tã uili ministerio.

Sciat: fẽriat abstergẽdo. Dãnatæ uirgæ: nã spõgia uirgæ alligabat. Nec q̃cũq; canis. i. qd erit mihi cœna: q̃ paulo post ĩ stercus emissã cãis lãbet. Verecũde se ex ea cœna nihil habiturum significat: dũ uult ostẽdere se paruifacere. Testæ: uiis pximæ erãt: ĩ quas prætereuntes meiebãt. Titius in oõne: qua lege fanniã suasit: Dũ eunt nulla é ĩ angiporto amphora: quã nõ ipleãt qppe: q uessicã plenã uini habẽt. Pedes carnifices: podagrosi. Albana: epulũ ĩ albano ĩstituerat Domitianus. i. nõ tanti facerẽ epulũ albanũ: ut uellẽ pati hæc.

Nec capitolini: ĩtellígit de septẽ uiris epulonibus: q ĩ capitolio epulabant.

Dapes põtificũ: lautiores & luxuriosæ erãt: hæ dicebant adhipales: ut alii scribũt adiiciales Festus & pli. autores. uide Macrobiũ de cœna Metelli põtificis q̃ lauata fuit. Ipse deus: uel iupiter uel ĩpator. Imputet: si laudat & magnificat. Vappa: significat fecem uini: ut Probo placet: ut alii scribunt uilius uinũ é. Perfida. i. uenenata. Magister: structor cœnarũ. Supba: fœlicia & magnifica. Capiãt: denũciãt & delectent. Subitas: ad ĩparatos cibos.

Crinitæ: Linus pedagogus libertus Postumillæ tantæ erat apud patronã gratiæ: ut ei committerentur gemmæ concubini totum penu. Poeta nunc geminos poscit: cum uideatur uelle petere pueros geminos. petit uniones. Acumen poetæ ex eo est q̃ ad exitum usq; epigrammatis habet lectorem suspensum: quasi petiturus sit concubinos: cũ tandem petat uniones. Turbæ crinitæ: puerorum crinitorum. Nulli non: omnibus. Pares: laus est unionibus.

Non pueros. s. peto ut putabas: sed uniones: & ita risum mouet.

Daphnonas: diuitis auaritiam deridet: qui locum amœnum parauerat arboribus porticibus: balneis: riuulis aq̃rum: nusquam aperta cœnatione amicis locum igitur pulchrum habebat ad nõ habitandum: cũ nec dormiret illic nec cœnaret. Daphnones loca lauro cõsita dicuntur latine laureta.

Et non unius balnea ſolus habes.
Et tua centenis ſtat porticus alta columnis:
Calcatuſque tuo ſub pede lucet onix:
Puluerũque fugax hippodromõ ungula plaudit
Et pereuntis aquæ fluctus ubique ſonat.
Atria longa patent:ſed nec cœnantibus uſquam
Nec ſomno locus eſt:quam bene non habitas:

De Fabullo.

Tam ſæpe noſtrum decipi fabullum.
Miraris aule ſemper bonus homo tyro eſt.

Ad Semproniam.

Tempora pieria ſolitus redimire corona
Nec minus attonitis uox celebrata reis.
Hic ſitus eſt hic ille tuus ſempronia ruffus
Cuius et ipſe tui flagrat amore ciuis.
Dulcis in elyſio narraris fabulla campo:
Et ſtupet ad raptus tyndaris ipſa tuos.
Tu melior quæ deſerto raptore rediſti:
Illa uirum uoluit nec repetita ſequi.
Ridet et iliacos audit menelaus amores.
Abſoluit phrygiũ ueſtra rapina parim:
Accipient olim cum te loca læta piorum
Non erit in ſtygia notior umbra domo.
Non aliena uidet ſed amat proſerpina raptas:
Iſte tibi dominam conciliauit amor.

In paternum.

Nummi cum tibi ſint opeſque tantæ:
Quantas ciuis habet paterne ratus
Largiris nihil incubaſque gaze
Vt magnus draco:quem canunt poetæ
Cuſtodem ſcythiçi fuiſſe luci:
Sed cauſa ut memoras et ipſe iactas
Diræ filius eſt rapacitatis.
Et quid tu fatuos rudeſque quæris:
Illudas quibus auferaſque mentem.
Huic ſemper uitio pater fuiſti.

In Zoilum.

Crine ruber:niger ore:breuis pede:lumine læſus:
Rem magnam præſtas zoile ſi bonus es.

Ad Puellas.

Solus habes: ſuperas alios lauretis: uel ſolus habes: qa hæc nõ cõmunicas cũ amicis:quos cœna nõ accipis: ut ſupra:Oĩa ſolus habes.Iuue. Gẽtis uitio nũq̃ patitur amicũ ſolus habet. Platani ad umbrã tm̃ ſerebant. Cypariſſos: cupreſſos: cypariſſus cupreſſũ ſignificat:nã ĩ delitus erat cupreſſus:quæ uariis animalium figuris formabat. Nõ unius balnea:nõ priuata: ſed magnitudine prope publica. Stat:erecta ẽ centenis colũnis ſultentata. Onix:lapis onichites:qui in pauimentis & thermis erat p̃cioſus.Onix pauimẽtũ ex onichite lapide. Hippodromos:ſpatiũ ẽ quo equi curſus exercetur.hippos græce latine ſignificat equũ dromos curſũ:hic accipit locũ ſpatioſũ:quo currens equa poſſet euagari. Vngula fugax.i.ungula celeris. Vbique ſonat: ubique reſonat. Vbiq;:toto domicilio. Sed nuſq̃ locus cœnãtib9.i.nuſq̃ ẽ cœnatio & nec locus ubi dormiaſ:cũ ergo nõ habeas hæc nõ habes ubi hĩtes: erat enim inhoſpitalis & amicos non accipiebat menſa.

Tã ſæpe:notat uerſutiã hoĩum ſuoꝝ: ĩter quos uir bonus ſẽp decipitur. Fabullus igit ea de cã ſæpe decipiebatur.

Tyro eſt.i.ſemp imperitus tãq̃ miles nouus inter ueteranos.

Tpa:Ruffus ĩ tumulo celebrat:cuius uxor rapta fuerat:ſed ea deſerto raptore:redierat ad maritũ:hoc totũ epigrãma nõ tã cõmemorat mortẽ Ruffi q̃ raptũ Sẽproniæ. Reis:cliẽtib9 nõ minus q̃ poeta. Tyndaris:helena. Ad tuos raptus.i.dũ audit te raptã rediiſſe ad uirũ. Abſoluit.i.liberat odio. Loca læta.i.elyſii cãpi. Nõ aliẽa:nõ aliẽo aĩo.

Iſte amor:Ruffi:quo arſit ĩ te. Placet ꝙ potiꝰ fuerit rapta a Ruffo q̃ ꝙ fuerit cõiunx. Dominam ꝓſerpinam.

Nũmi:ĩ pr̃nũ auoꝝ iocet q nihil amicis dabat afferens cãm p iocũ:ꝙ ipe eẽt filius rapacitatis: tu ĩqt poeta nũq̃ fuiſti filius:uitii:ſed pr̃ pitiſſimus. Ciuis rarus.i.magni ciues. Luci ſcythici.i. tẽpli Martis:nã uellus aureũ.lx.ſtadiis a regia colchoꝝ: ut ſcrĩ. Diodo.ĩ tẽplo Martis cuſtodiebat a dracõe uigili:quẽ Medea ueneficiis ĩ gr̃am iaſõis necauit unũqdq; tẽplũ ſuũ hẽbat lucũ: uñ lucũ p tẽplo accipimus.Scytichũ aũt pp Martẽ: q thrax & ſcytha eſt & illic ſcythæ ſũt:unde alibi geticũ legimus Martem. Et quid q̃ris.i.cur non quæris.

Illudas quibus.i. quos fallas.

Crine:fieri nõ poteſt: ut aſpaſius ſcribit:ut qui omnino deformis eſt bonus ſit:ex hoc poeta in Zoilum ſcribit:quẽ ex oris deformitate malum eſſe ſuſpicatur. Lumine læſus:luſcus.ſ. Rem magnam facis:nam tãta deformitate homines non ſolent eſſe boni:mirum igitur eſt:ſi es bonus.

Gratis:in Eglem meretricem:quæ cũ gratis fellaret:baſia poſtea uendebat:humane inquit poeta facit:q̃ magno precio uẽdit baſia:ne ſæpius baſiet:cũ ſit fellatrix. Fellatricis.n.oſculũ ipuriſſimũ eſt. Hoc:baſiatores. Bene uendat.i.magno p̃cio. Libr̃ coſmiani.i.foliati unguẽti. Quater binos a noua moneta.i.octo flauios. Baſia nõ muta.i.non ſine lingua iſerta. Facit hoc hũane:nã ſi daret gratis multi baſiarẽt:& oris fœtore offẽderẽt. Lĩgere.i.fellare.alibi:Lingas nõ mihi.

Aegrotas:In policarmũ:q ut munera ab amicis exigeret ſæpius ſimulabat ſe ægrotare.Nã cõualeſcentes dona ab amicis poſcebãt q̃ diis uouerãt p ſalute ea dicebãt ſoteria:nã σῴζω ſignificat ſeruare:unde ſoteria dona data amico ſeruato:& reduci Papinius carmẽ qd̃ p Rutili gallici ſalute cecinit:Soteria appellauit hoc qd̃ diximus argumento. Nocet nobis:quia mittim⁹ ſoteria. Aegrota ſemel.i.morere & abſolue uitam una ægrotatiõe: hoc aũt dixit ambigue:cũ dicere uideatur opto ut ĩ unã tm̃ ægrotatiõẽ incidas:nec ſæpius ægrotes: intelligit moriaris.

Gratis qui uos dare iubet puellæ
Inſulſiſſimus improbiſſimuſque eſt.
Gratis ne date:baſiate gratis:
Hoc egle negat:hoc auara uendit
Sed uendat bene baſiare quantum eſt.
Hoc uendit quoque:nec leui rapina.
Aut libram petit illa coſmiani.
Aut binos quater a noua moneta.
Ne ſint baſia multa nec maligna:
Nec cluſis aditum neget labellis.
Humane facit hoc tamen ſed unum eſt
Gratis quæ dare baſium recuſat.
Gratis lingere nec recuſat egle.

In Policarmum.

Aegrotas uno decies aut ſæpius anno:
Nec tibi ſed nobis hoc policarme nocet.
Nam quotiens ſurgis ſoteria poſcis amicos:
Sit pudor ægrota iam polycarme ſemel:

Ad Sparſum.

Cur ſæpe ſicci parua rura nomenti.
Larẽque uillæ ſordidum petam quæris?
Nec cogitandi ſpatium nec quieſcendi.
In urbe locus eſt pauperi:negant uitam.
Ludi magiſtri mane:nocte piſtores.
Aerariorum marculi die toto:
Hinc ocioſus ſordidam quatit menſam.
Neroniana nummularius maſſa.
Illinc paludis maleator hiſpanæ:
Tritum nitenti fuſte uerberat ſaxum.
Nec tura acceſſat entheata bellonæ:
Nec faſciato naufragus loquax trunco.
A matre doctus nec rogare iudæus
Nec ſulphuratæ lippus inſtitor mercis.

Cur:Strepitus urbanos & dormientibus & medicãtibus aliqd moleſtos fuiſſe.Iuue.teſtat ex Vmbricii p̃ſona: eo dẽ argumẽto Mar.hoc ſcribit afferens cãm quare ſecedat ĩ nomẽtanũ ſuũ:nã prædiũ illic habuiſſe ipe ſæpe ſupra teſtatus ẽ. Cur petã.i.accedã. Sicci:aridi & laborãtis ĩopia aquæ. Magiſtri Iudi:nã uicinos hẽbat magiſtros:ut alibi ĩdicat. Aerarii:dicũt milites faciẽtes ſtipẽdiũ: ærarii item q æs cudũt:ut hic. Marculi:malleoli. Nũmularius:trapezita.latine nũmularius trapezita græce.Ocioſus:qa ĩocio ẽ. Maſſa neroniana: neronianũ argẽtũ ĩtelligit puriſſimũ: ut arbitror:nã ut Trãqllus ſcribit ĩ Nerone.Exegit ĩgẽti faſtidio & acerbitate nũmũ aſperũ: argẽtũ poſtulatũ:nã argẽtũ poſtulatũ:qd̃ alii codices hñt poſulatũ:erat puriſſimũ & puſulla ſiue poſtula erat bractea argenti puriſſimi:ut ſupra legimus.Fœlix puſulla ſiue puſtula. De phiala id argẽtũ duriſſimũ iſequẽtia uerba Trãqlli demõſtrat:q ſcribit Neronẽ exigiſſe p̃ter argẽtũ puſulatũ aur̃ obrizon qd̃ ẽ puriſſimũ ſæpius excoctũ ĩ ſimilẽ igni colorẽ. Vel mẽſa neroniana qd̃ placet intelligit mẽſã Claudii fœneratoris alludens ad uetus cognomẽ. Nã claudii nerones dicebãt.Mẽſa neroniana.i.menſa Claudii:de q̃ ante ẽ locutus: Oppignerauit inqt annulũ mõ ad mẽſã Claudii.Hiſpanæ:aur̃ ex Hiſpania allatũ rude in urbe conflabatur cudebaturq; malleis ad ramenta excutienda.In Hiſpaniam tantum ĩ balneis quæ appellabant chriſoplyſia lauabãt. Malleator: percuſſor.Paludis hiberæ.ramenti aurei quod ex tago hiſpaniæ mittebatur. Turba entheata bellonæ:cybelis in furorem actæ.i.coribãtes qui non ceſſant a clamore dum ſacra faciunt. Trunco faſciato.i. tabella:nam naufragi ſolebant mendicare alligato collo tabella naufraga. Rogare:mendicare. Iudæi nemus egeriæ incolentes mendicabant. Inſtitor:negociator. Mercis ſulphuratæ.i.lignorum ſulphuratorum. Lippus ob opus ſulphureum.

Damna.i.quis posset numerare q̃tum somnus amittit de suo. Rombus carmine magico luna de cœlo trahi dicebat̃:ut despumaret herbas paratas ad ĩcãtationẽ. Luca.Phœbeq; serena non aliter diris uerboꝝ obsessa uenenis paluit:præterea donec suppositas proprior despumet ĩ herbas:eo tpe ut mulieres laborãti lunæ succurrerẽt æra uerberabãt:sic.n.ĩcãtationẽ ĩpediri posse putabãt Iuue. De loq̃ci muliere:una laborãti possit succurrere lunæ.Rõbus ĩstr̃m magicũ erat:quo de ductalitia rẽ magicã adiuuabãt:ut supra ex Theocriti descriptiõe & poetaꝝ nr̃oꝝ uerbis recitauimus. Colco: magico:ꝑꝑ medeã quæ magicã exercuit. Quod manus uerbis.i.mulieꝝ romanaꝝ. Petilianis regnis:uel de petilia lucanoꝝ metropoli q̃a illic agꝝ habuit petiliã: philocretes a Meliboea ꝓfugus ædificauit:sãnites muniuer̃t. In regnis petilianis:in agro petiliano: uel de domo petilii ĩtelligit:q̃ ĩ sũmo ianiculo erat. Nec maior autũnus.i.nec ẽ maior uindemia:nec plures fructus.

Cursus essedo.i.spaciũ currẽdo.i.tu habes gestationẽ:nã gestatio erat locus ubi gestabãt̃ obualitudinẽ:uel de hippodromo:ut supra dixit: Puluerẽq; fugax hiepodromõ ungula plaudit. Sõnus ĩ ꝓfũdo.i.altus sõnus. Nec dies admissus.i.nõ tibi ẽ lux nisi quãdo uoluerisapire molestias urbis: quas ne in cubiculo q̃dẽ licuit euitare.

Ancillarioꝝ:Ancillariolus dr̃ & q̃ ancillas sectat̃: & q̃ ancillare officiũ præstat. Vxor obiurgãs Alaudã maritũ: ꝙ ancillare officiũ subiret: uel qd̃ ancillas sectaret̃ appellabat eũ ancillariolũ:ipsa rẽ hẽbat cũ lecticariis:nã & ancillariolus & lecticariolus noĩa st̃ seruilia. Alaudæ:alludit ad nomẽ:cũ utrũq; sit seruile.Alauda:hic ꝓpriũ nomẽ: alibi ẽ auis nomẽ:q̃ nomẽ dedit legiõi: legiõis alaudæ meminit Sueto:& Cice. ĩ Antonium:& ad Atticum:& Pli.

Tm̃:Basia sæpe detestatus ẽ basiatores:idẽ facit nunc cũ amicus reuersus a basiatoribus dissuauiet̃. Vicina tribules. Osculo hircoso:fœtido. Defiocolus:cui deest oculus dr̃:ita habet codex antiquus:alii codices habẽt dexioculũ:hoc ẽ q̃ dextꝝ tm̃ hẽt oculũ: placet prior scriptura. Lippus utroq; oculo stillãte. Recẽs:q̃ nuper fuit in ope.

Nõ tãti:hoc ẽ nõ debeo tãti facere reditũ:ut hæc uelis pati.

Martis:Natalẽ ĩ agro celebrat:quẽ in urbe solebat colere lautius: cãm affert q̃re nõ sit ĩ urbe hoc die:q̃a.s.uelit esse eo die liber:qd̃ ĩ urbe nõ dabat̃. Alũne martis:calẽdæ martiæ. Roseã:phebœã & solarẽ. Dei syderei.i.huius diuinæ machinæ.i.cœlũ. Virides aras: ad cespites ĩcultos & uirides. Cultus meis calẽ.i.die meaꝝ calẽdaꝝ. Viuere:relaxare aĩum:ut sæpe ẽ dictũ.

Natali:Eodẽ argum̃to deridet eũ q̃ celecret natalẽ suũ lautis & laboriosis mẽsis & spõte tm̃ laboris suscipiat ĩ accipiẽdis amicis:q̃tũ nollet ferre si dñs ĩpetraret. Pallere:ãxios eẽ. Sabello:amico: inuitato.

Numerare pigri damna quis potest somni?
Dicet quot æra uerberent manus urbis.
Cum secta colcho luna uapulat rumbo.
Tu sparse nescis ista:nec potes scire.
Petilianis delicatus in regnis.
Cui plana summo despicit domus montes:
Et rus in urbe est:uinitorque romanus.
Nec in falerno monte maior autũnus.
Intraque climen clausus essedo cursus.
Et in profundo somnus:et quies nullis
Offensa linguis nec dies nisi admissus.
Nos transeuntis risus excitat turbæ.
Et ad cubile est roma tedio fessis:
Dormire quotiens libuit:imus ad uilam.

Ad Alaudam.

Ancillariolum tua te uocat uxor:et ipsa
Lecticariola est:estis alauda pares:

De importunis basiatoribus.

Tantum dat tibi roma basiorum
Post annos modo quindecim reuerso:
Quantum lesbia non dedit catullo.
Te uicinia tota te pilosus.
Hircoso premit osculo colonus.
Hinc instat tibi textor inde fullo:
Hinc sutor modo pelle basiata.
Hinc menti dominus periculosi.
Hinc defioculus et inde lippus
Fellatorque recensque cũnilingus:
Iam tanti tibi non fuit redire:

Ad suum natalem:

Martis alũne dies roseam quo lampadã primum.
Magnaque syderei uidimus ora dei.
Si te rure coli uiridesque pigebit ad aras.
Qui fueras latia cultus in urbe mihi:
Da ueniam seruire tuis quod nolo calendis.
Et qua sum genitus uiuere luce uolo.

De Sabello.

Natali pallere suo ne calda sabello.

Desit:et ut liquidum potet allauda merum.
Turbida sollicito transmittere cecuba sacco
Atque inter mensas ire redire suas.
Excipere hos illos:et tota surgere cœna:
Marmora calcantem frigidiora gelu.
Quæ ratio est:hæc sponte tua perferre patique:
Quæ te si iubeat rex dominusque neges.

De Ligurra.

Versus et breue uiuidumque carmen:
In te ne faciam times ligurra.
Et dignus cupis hoc metu uideri.
Sed frustra metuis:cupisque frustra.
In tauros libyci ruunt leones:
Non sunt papilionibus molesti.
Quæras censeo si legi laboras:
Nigri fornicis ebriumque poetam.
Qui carbone rudi putrique creta
Scribit carmina:quæ legunt cacantes:
Frons hæc stygmate non meo notanda est.

Ad Saturnum.

Antiqui rex magne poli mondique prioris:
Sub quo pigra quies nec labor ullus erat.
Nec regale nimis fulmen nec fulmine digna:
Scissa nec ad manes:sed scita diues humus.
Lætus ad hæc faciliſque ueni solemnia prisci:
Gaudia cum sacris te decet esse tuis:
Tu reducem patriæ sexta pater optime bruma
Pacifici latia reddis ab urbe numæ.
Cernis ut ausonio similis tibi pompa marcello:
Pendeat:et quantus luxurietur honos.
Quā nō parca māus:largeque numismata mēsæ:
Quæ saturnæ tibi pernumerentur opes.
Vt sit his precium meritis et gratia maior:
Et pater et frugi sic tua sacra colit.
At tu sancte tuo sic semper amare decembri.
Hos illi iubeas sæpe redire dies.

Ad Cordubam.

Vncto corduba letior uenafro:
Histra nec minus absoluta testa:
Albi quæ superas oues galesi:
Nullo nutrice nec cruore mendax.
Sed tinctis gregibus colore uiuo:
Dic nostro rogo sit pudor poetæ.

